M.E.C.D. 2016

R 16 902

E, XXVII, Tabª 5ª, nº 1

(Piso 2º)

M.E.C.D. 2016

# ERVDITISSIMI

pietiſſimiq; ſacrę paginę profeſſoris, necnō inter celeberrimi Cluñ. ordinis patres eminentiſſimi Ioannis Raulin: Sermones de euchariſtia, opus equidem pro ſui excellētia omni laude ſuperius: in quo cuncta pene quę circa huiuſcemodi ſacramentum expetere ſinit chriſtianę fidei pietas: tam apte/ tam diſtincte/ tamq; profunde cōplexus eſt: vt non modo ceteros omnes. qui hac de re ſermonem fecere. ſed & ſeipſum viciſſe videatur.




¶ Venundantur Parrhiſijs a Ioanne Paruo in via Iacobea ſub Lilio aureo.

Cum priuilegio Regis

R. 16902 (3)
M.E.C.D. 2016

# ¶ Le Roy noſtre ſire

a donne priuilege trois ans a Iehan Petit Libraire iure de luniuerſite de Paris: pour ce preſent liure intitule Sermones de Eucharistia Ioannis Raulini. de imprimer ce dit liure. Et deffent a tous aultres imprimeurs & libraires de ce royaulme de nō imprimer ne faire imprimer: vendre: ne diſtribuer aultres que ceulx que ledit libraire fait imprimer: de ce iourduy. xxiij. de mars. Mil cinq cens & dixneuf. iuſques a trois ans finis & accomplis: ſur peine de cōfiſcation deſdits liures & damende arbitraire. Donne a Lion le. xxiiij. iour de Iuillet. M. ccccc. & . xv. Par le Roy ainſi ſigne.

¶ I. Bartelemy.

¶Reuerendo in Chriſto patri ac dño/dño Emardo de Boyſi
ſacri ordinis Cluñ. Dionyſianiq; in Francia cœnobij modera-
tori/paſtoriq; vigilantiſſimo:humilis ſuus monachus/ac theo
logus indignus Petrus de Montmartre.

CVM(philoſophi teſtimonio )perſpectum ſit Phiſicorũ
naturã vacuũ exhorrere: & in eo quidem au- libro.iiij.
ctorem ſuum ducem ſequi:cuius videlicet le
gibus olim prohiberẽtur filij Iſrael ſuis vacui Exo.xxiij.
apparere cõſpectibus:dedi operam reueren- &.xxxiiij.
de in Chriſto pater vel tenue quippiã in dñi
mittẽdũ gazophilatium coram exhibere. tueq;
offerre dignitati. Argentũ certe & aurũ non [illegible]iij.
eſt mihi.vt Petri nñi verbi s vtar.qđ autẽ habeo hoc do tibi. Libel
lum dixerim de Euchariſtia.tuę illius Cluniacę domus quondam
alumni Ioãnis Raulin. viri vtiq; memoria digniſſimi: q excellẽtiſſi
me noſſet de theſauris ſuis velut ſcriba doctus proferre noua & ve-
tera.qui exultaret vt gigas ad currendam ſcripturarũ ſacrarũ viã.
cuius deniq; fieret lingua velut electꝰ calamus ſcribę velociter ſcri
bentis.& doctrinę eius vbertas ſicut ſtillicidia ſtillãtia ſuper terrã.
Quę nimirũ doctrina ex q̃ limpido fonte.ex q̃ aurea vena/ſcaturi-
gineq; prodierit:tacentibus nobis ſcripturę palam acclamãt.quibꝰ
iam fama nominis viri totum pene diſcurrit in orbem. vſqueadeo
vt in odore operum eius paſſim currant diuini declamatores elo-
quij.Sicq; merito dicere potes cum Yſaac.Ecce odor filij mei ſicut gen̄.xxvij.
odor agri pleni:cui benedixit dñs.Benedixit plane ei altiſſimus:qui
tantorum/tamq; multiplicium talentorum fulgebat amictꝰ lumi-
ne ſicut veſtimento:vt abſq; eo quod intrinſecus latebat in pręcla-
riſſimi animi dotibꝰ: exteriorum quoq; ſenſuũ non deeſſe tgloria.
Crediciſſes certe alterũ non quidem Moyſem qui impeditioris Exo.iiij.
eſſet linguę.ſed Aaron.quem legationis munere coram Pharaone
defungi eloquentię eius gratia diuina iuſſit authoritas. Quid enim
ſi audiſſes hominem ſua verba reſonãtem? Putaſſes vtiq; rediuiuũ
Heliam.cuius verbum arderet quaſi facula.diuiniq; amoris flam-
mam audientium pectoribus ingereret.imitteret.aut ſi mauis:pe Eccleſia.
netrabilius omni gladio ancipiti pertingeret vſq; ad diuiſionẽ ani- xlviij.
mę ac ſpiritus.compagum quoq; ac medullarum. Cęterum ſi ſpe- hebrę.iiij.
ciei eius elegantiam conſpexiſſes:quaſi alterum Dauid vultu de-
ſiderabilem/formaq; conſpicuum iudicaſſes. Sed(vt breui omnia
complectar)tanta inerat viro gratiarum copia:vt pene totas in eũ
ſuas vires natura congeſſiſſe videretur. Verum nunquid & nobis
benedixit dñs ad introitum eius:apud quos caneſcebat obſcurorũ

legis interpretatio. iamq; fere emarcuerat quaſi alterum fœmur Ia-
cob ſcripturę ſacrę intellectus. ac demum intelligentię caligauerāt
oculi: quando Danielem hunc. qui ſpiritum deorum hoc eſt viroꝝ
ſanctoꝝ haberet, ſuſcitauit. dū Eſdrā iſtum in lege doctiſſimū n[o]-
ſtrę donauit familię. deniq; dum quaſi ſolem in firmamento reli-
gionis noſtrę ad effugandas ignorantię tenebras Raulinum hunc
conſtituit: Etiam copioſiſſime benedixit. Sunt autem & in ordinis
tui Cluñ. horto pater benigniſſime, nouellę quędam plantationes
in iuuentute ſua: quas ſecus decurſus aquarum doctrinę ſacrę plā-
tauit hic noſter Raulinus: ſed tuum eſt rigare: tuum eſt irriguum da-
re. ſed vtrūq;. ſuperius quidē & inferius. Vides & quoſdam iam pa-
ratos ad meſſem. quinimo iam fructus proferētes. poſitaq; ſuper
candelabrum lucerna lucētes his qui in domo dei ſunt, fiat tm̄ eis
benedictio tua ſicut craſſitudo terrę erupta ſuper terram: vt am-
plius pingueſcant ſpecioſa deſerti. & copioſius vallis Cluniaca abū-
det frumēto. Sed ne te diutius remorer: ecce de fructib⁹ quos pro-
tulit cedrus illa alta libani Raulinus memoratus. Hoc lęto/feſtiuo-
q; ſuſcipe vultu pater humaniſſime. Paruuſculum quidem munus
papyreo occluſum pugillo: ſed omnis gloria eius ab intus: quam ſi
attentiuſcule cōtempleris: ſub breui illo ſpatiolo cęli latitudinem/
longitudinemq; mirabere. Puſillum certe eſt mole corporea: ſed
virtute maximum. Quod videlicet ſi vtraq; & intellectus & affe-
ctus mola contriueris: tantę (mihi crede) dabit ſuauitatis odorē: vt
putes te in ſpirātiſſimā intraſſe areolam aromatū. optimarūq; ſpe-
Matth. ij. cierū hauſiſſe fragrātiā. Ita fiet. vt nō minus a magis illis gentium
primitijs in domo dei obtuliſſe. nō vtiq; ego ſed Raulinus ille cre-
datur. imo amplius per oēm modum. Opuſculū nēpe auro precio-
Colo. ij. ſius. ꝙ ei placere doceat in quo ſunt oēs theſauri ſapiētię & ſcientię
dei abſcōditi. quē habēs (iuxta Gregorij ſententiā) habet vniuerſa.
eiq; (Hieronymo teſte) totus mundus diuitiarū eſt. Thure inſuper
fragrātius. ꝙ eius redoleat/ſpiretq; fragrātiā. qui dedit ſemetipſum
Ephe. v. pro nobis oblationē in odorē ſuauitatis. Demū myrrha vtili⁹ effica-
ciuſq;: ꝙ eū rite ſuſcipere inſtruat: q a putredine / corruptiōeq; pec-
cati (etiā iādiu fœtētem) vindicare/ac eripere poſſit pctōris ſpiritū.
Qꝫ ſi quęrat quiſpiam. ſint ne alia quę ſuperauerint fragmenta
de menſa fœcundiſſima memorati patris. Expectant em̄ plurimi
amplius epulari. copioſiuſq; ſatiari ab vberibus doctrinę eius. Re-
ſtant certe plurima: ſed impręſentiarū eoꝝ ſum morem ſequutus:
quos vinorū ꝓclamatores vulgus appellitat. qui nimirū experiētia
teſte pauxillū vini in ſcyphulo nō niſi ſūmis cōtigēdū labijs ꝓpo-
nere/ꝓpinareq; ſolēt: vt quib⁹ guſtatū placuerit: ad bibēdū plenius
inardeſcāt. cęteroſq; inuitēt. Sic ꝑfecto futurū ſperam⁹: vt qui i hoc

M.E.C.D. 2016

codicillo quaſi in riuulo hauſerint doctrinæ Raulini ſuauitatē: magis ac magis ardore neſcio quo medullitus infigendo accendantur ad ampliorem in plurimis quæ ſuperſunt quaſi in pleno fonte deguſtationem. vt ſic nūq̄ fiat Raulin⁹ tanq̄ mortuus a corde. ſed amplius reuiuiſcat. arctiuſq; imprimatur hominum cordibus tanti viri memoria. Qq̄ ea potiſſimū ratione diſtulerimus quæ apud nos ſunt ad publicos proferre/ producereq; aſpectus : & imprimis ſermones de ſanctis: ꝙ eos non plene integros haberemus. deficientibus nonnullis. quæ certis fuerant communicata perſonis. vtiq; plus debito ad reſtituendum negligentibus. Interim hoc tātillum operis ſumat ſtudioſorum turba virorum: nec diutius fraudabitur a deſiderio ſuo: quin poſt dies paucos (aſpirante altiſſimo) reliquis fruatur eiuſdem patris opuſculis. Verum cui potiſſimum dedicari deuoueriq; decebat hunc ipſum defuncti laborem: niſi tibi. vt pote Cluñ. vineæ (cui⁹ es paterfamilias) fructum? Aut quo pacto alieno conſecraretur citra tui iniuriam quem cōſtituit dominus paſtorem & epiſcopum animarum noſtrarum? Itaq; hilari vultu / benignoq; animo p̄ſentem ſume libellum: & quaſi nobiliſſimam ſpiritus alimoniam ac p̄dam auidius app̄hende. Te nimirum qui cum dignitate multiplici es ſingulari ſanguīs p̄rogatiua inſignitus: nobiliſſimis decet ſapientiæ ſtudijs (qualia nunc proponimus) oblectari recreari. immo & paſci. Illi ſiquidem ex quibus beatam trahis originē: ex antiquiſſima Guelforū familia (quo ad paternum ſtipitem attinet) p̄deuntes: ſumma ſibi naturæ benignitate / beneficioq; collata prudentia: temporaliū regnorum adminiſtrationibus fœliciter p̄fuere. Quod & in pie recordatiōis fratre tuo euidentiſſime noſtra ꝯſpexit ætas: cuius humeris q̄ſi atlanteis tota pene gallici regni ſūma incumbere / innitiq; videbatur. Tibi vero qui in domini ſortem euocatus: ſpiritualis regiminis curam aſſumpſeris: magna enitendum eſt ope. multo quidem excellentioribus ſapientiæ munerib⁹ commiſſas oues ad cęleſtis regni paſcua deducere: vt in modico fidelis: ſupra multa conſtitui a domino mereare. Sed vbi ſapientiam illam hauries ad dirigendos pedes noſtros in viam pacis. noſq; deducendos vſq; ad mōtes ſupernę illius paſcuę? Plane in pleniſſimo ſapiētię fonte Chriſto quem in Euchariſtia veneratur chriſtiana religio. qui illic copioſiſſima gratiarum donorumve munera (dum dignum ſibi p̄ſtatur habitaculum) ſecum afferre conſueuit. Neq; eñ (vt Bernardus ait) ſine ſalute Ieſus. nec ſine vnctione Chriſtus. nec ſine gloria venit dei filius. De cuius plenitudine quoniam exuberāter admodum guſtauerat hic noſter Raulinus: ne ſibi ſoli natus videretur. ſimulq; reputans bonum quanto communius tanto eſſe diuinius: quod imp̄ſentiarum cernere eſt de Euchariſtię ſacramen

M.E.C.D. 20

to effudit/communicauitq;.omnibus ſane chriſticolis.pſertim tamen ſacratiſſimę menſę miniſtris non minime futurum vtilitati. vbi inuenient ſapientes omnes pariterq; indocti quod laudent atq; mirentur. Accedite imprimis grãmatici. & rem miraculo digniſſimã conſpicabimini. in vna videlicet eademq; ſola litera gen⁹ omne dictionis/orationiſq;. immo & ſcientiarum omnium: congrue ſupramodum contineri. hoc eſt in eo qui eſt alpha & ω. principiũ & finis. primus & nouiſſimus. qui ſcientiarum dominus ſcriptura teſte haud dubie creditur. Adeſte & vos o logici. & procul hinc equiuocationum laberinthos. elenchorum/ac paralogiſmorum decipulas: cæteraq; id genus fallaciarum veſtrarum portẽta pellitote. hic vobis proponitur puriſſima illa & ineffabilis veritas. quæ nec fallere quidẽ nouit nec falli. quæ de ſe ait. Ego ſum via veritas & vita. Hęc eſt quę ſuper omnia vincit veritas. quã & mirari. ſed nihilominus & totis vos decet cordium medullis amplecti. Quid ni & phyſicos accerſiamus? Venite igitur ad ſpectaculum o phyſici. videbitiſ quod natura neſciuit: ignorauit ratio: mens non capit humana. cibum vtiq; in ſe cibatum conuertentem. dicente ad Auguſtinum domino. Non tu me mutabis in te ſicut cibũ carnis tuæ. ſed tu mutaberis in me. cum tamen veſtris ex traditiõibus cibum in aliti ſubſtantiam conuerti debere conſpicuum euaſerit. Hic & vos o geometrę locum ſumitote. habebitis certe vnde miremini. quos/ eum quem cęli capere non poſſunt ſub tenuiſſima claudi hoſtia (fide cõpellite) confiteri neceſſum erit. & ſi reclamare videatur regula illa veſtra qua velut indubiũ aſſeritis continens ſemper eſſe contento maius. Accedite & vos o arithmetici & obſtupeſcite. qui cũ nihil non numerabile conſpicere ſoleatis: hic tamẽ de eo meminiſſe audietis. cuius magnitudinis non eſt numerus. Vos quoq; o muſici aures vr̃as diſponitote: vt plene haurire liceat ineffabilem illã diuinitatis/humanitatiſq; harmoniam. in perfectiſſima vtriuſq; concordia ſẽp cõſeruatã ꝑpetuoq; cõſeruãdã. Nec vos abeſſe decet o mathematici/aſtrologiq;. vt vidẽtes ꝙ hic digit⁹ dei fecit mirabilia. ad ꝙ vos neqꝗ aſpirare poſſe fateamini neceſſe ẽ. ꝗq; mirabiliter ĩ hoc ſacramentum aſtrorum dominus influxerit: ſtupore apphenſi nõ habeatis vltra ſpiritum. Sed nec medicos hinc extrudemus. quin immo hic eos contemplari conuenit. quantum interſit inter ſuas. ac noſtram hanc medicinam ſaluberrimam. de qua Sapiẽs. Medicina omnium in feſtinatione nebulę. Accedant & hi qui erudiendo affectui moribuſq; informandis inuigilant. quorum illa vox eſt. Non vt ſciamus ſcrutamur: ſed vt boni efficiamur. Hi vtiq; ſunt ethici: a quibus vitæ honeſtas/modeſtiaq; exquiritur. Vnde vero recta honeſta ve formatur vita: niſi ex charitate? & illa nimirũ deus

Apoca.j. Ioan.xiiij. ij.Eſdre. iij. Eccleſia. xliij. ethico.j.

eſt. quem hoc in ſacramento contineri fidelium ambigit nemo. habent quoq; politici in quo ſeſe hic exerceant: qui commune bonũ pro optima reipublicę cuſtodia diligendum aſſeuerãt. Nempe cõmuniſſimum bonum Chriſtus eſt. qui illuminat omnem hominẽ venientem in hunc mundum. Deniq; hic habent theologi omnes quod totis expetunt pcordijs. totaq; mentis intentione ſequuntur non tamen ſine admiratione dicẽtes cum Pſalmigrapho. Q̃ magna multitudo dulcedinis tuæ domine: quam abſcondiſti timentibus te. Sed nunquid hoc in volumine reperient ſimpliciores vnde paſcantur & erudiantur? Vtiq; inuenient. Nam ibi eſt & lacteus potus quo tenera imperitorum nutriatur infantia. & ſolidus cibus quo robuſta perfectorum & peritorũ iuuentus ſpiritalia ſanctę virtutis accipiat incrementa. Quæ tamen omnia ad dignam ſolidiſſimi illius cibi. corporis & ſanguinis domini noſtri Ieſu Chriſti ſũptionem erudiunt. illuminãt. ſed & accẽdũt ac inflãmant. Sed q̃ longo poſt ſe interuallo cæteros qui de huiuſcemodi ſacramento ſermonem fecere reliquerit noſter Raulinus: quibus diſcretionis ſpiritus fuerit datus: omnia adamuſſim ponderantes & ęqua lance librantes: iudicium ferant. Interim parce q̃ſo benigniſſime pater. parce. ſi aliquanto diutius q̃ par fuerit: ſim digreſſus. Ad hoc eñ me coegit defuncti pceptoris amor qui modum neſcit. Vale in Chriſto. in quo viuas fœlix in ęuum.

M.E.C.D. 2015



Suſcipe pacato pater humaniſſime vultu
Quę tibi Cluniacum protulit ecce ſolū.
Hęc ſunt( crede mihi )cūctis potiora metallis.
Talia nec vaſtus pignora mundus habet.
Nam quid eo melius totum qui condidit orbem
Hic ſibi quem codex cōciliare docet.

M.E.C.D. 2016

¶Religioſiſſimi Patris/artium ac ſacrę Theologię profeſſoris Ioannis Raulin,inter celeberrimi ordinis Cluniacēſis proceres ſuis temporibus nominatiſſimi:Sermones de Euchariſtia fœlix ſortitur exordium.

¶De mirabilibus ſacramēti Euchariſtiæ Sermo prim⁹ p thema.

MEmoriam fecit mirabilium ſuorum miſericors & miſerator domin⁹:eſcam dedit timētibus ſe. Pſalmo.cx.

¶Tripliciter aliquę res ſolēt dici mirabiles. Vno modo quia magnę & arduę:& hoc modo miramur inter piſces/cetas.inter quadrupedia/elephantes.inter aues/gryphes.Secūdo modo. quia īſolitę.vt miramur eclipſim ſolis.vel ſigna in cælo & cometas.& in terra tremorem.& in mari videnť mirabiles elationes maris. Tertio mō.qn̄ res ſunt incognitę.vt ſerpētes diuerſarum ſpecierum q̄uis parui ſint. miramur tamen de eis.& ſimiliter miramur homines extraneos & piſces incognitos.& effectus naturæ varios:eius cauſas ignorantes. Propter quod Philoſophus.j.metaphyſicę dicit ꝙ propter noſtrū admirari cœperunt Philoſophi philoſophari.Ideo ſuo modo etiā patres veteris teſtamenti tria in deo admirati ſunt conformiter ad p̄cedentia.Mirati ſunt enim primum in eo poteſtatis immenſitatē in rerum creatione.iuxta illud Pſal.Quoniam magnus es tu & faciens mirabilia:tu es deus ſolus.Secundo mirabantur ſapientiam in gubernatione hominis tanq̄ rem incognitam & quæ hominis tranſcendebat facultatem.iuxta illud Pſal.Mirabilis facta eſt ſciētia tua.i.ſapientia tua ex me quē taliter regis. cōfortata eſt.i.ꝑpter debilitatem mei intellectus mihi incognita & fortis ad cognoſcendum.& non potero ad eam apprehendendam.Tertio. mirabātur bonitatem in inſolitis miraculis.vt in mirabilibus ęgypti quæ fecit.Exo.iij.Percutiam ægyptum in mirabilibus meis.vt & in māna de cælo cadente:& ſic de alijs.Sed iſta miracula eis non ſufficiebant.Non enim erant niſi vmbra futurorum.Propter quod cum ſapiente maiora mirabilia & noua inſtanter petebant dicentes illud Eccle.xxxvj. Innoua ſigna.immuta mirabilia. Nimis em̄ antiqua ſunt iſta.tranſeat vmbra & accedat veritas.accedat in ꝓpria ille qui fecit magnalia in ægypto:mirabilia in terra Chā: terribilia in mari rubro. Magnalia quidem fecit in hunc modum veniens. ſed maiora q̄ olim. Fecit enim magnalia in incarnatione in mundū veniendo.Mirabilia in terra Chā.ad literam loquendo.quādo conuerſatus eſt nobiſcum prædicando fecit tantam miraculorū multitudinem.& certe incognita multa oſtendit. quando ibi eru-

A Mirabile. Tria videbantur antiquis in deo mirabilia.q̄ miramur in naura.

ctauit abſcondita a conſtitutione mundi. Tertio fecit terribilia in mari rubro. hoc eſt in effuſione ſanguinis ſui, in paſſione moriẽdo. quãdo petrę ſciſſę ſunt: terra tremuit: ſol obſcurat⁹ eſt. & (quod horribilius eſt) filius dei mortuus eſt. Et quia mirabilia ſaltem noua libenter audiuntur, recitantur, & retinẽtur: ideo fecit memoriã mirabiliũ ſuorum miſericors & miſerator dñs, eſcam dedit timentibus ſe: non quidẽ eſcam corporalem: quia eã non ſolum dat timẽtibus ſe ſed etiam ſecundũ Pſal. Ille eſt qui dat iumẽtis eſcam ipſorum, & pullis coruorum inuocãtibus eum: imo qui dat eſcam omni carni. Et cum hoc ſit vſitatiſſimũ: non poſuiſſet illud Propheta tanq̃ quid ſingulare & memoria dignũ. nec etiam intelligit illã eſcã fuiſſe mãna datum patribus. cum quadraginta annis fuerit bonis & malis donatum. nec fuerit memoria p̃teritorum ſed futurorum figura. ideo neceſſe habuit intelligere nobiliorem eſcam. ſ. eſcam corporis Chriſti quã deus ordinauit ſolum manducari a timentibus eum. Et quia Maria ſecũdum eccleſiæ rep̃ſentationem & picturam hunc cibum ſemp tenet in manibus ſuis. ſ. filiũ ſuũ Chriſtum, ad eam tanq̃ ad matrem noſtrã: tanq̃ ad eleemoſynariã paradiſi pauperes famelici confugiamus dicentes. Aue.

B
Mirabile ſeu miraculum.
Q; mirabile euchariſtię deus ſol⁹ fecit. qđ ꝑpetuo durabit. & ꝙ ſcriptũ ſit i cordib⁹ hominũ. ſed nõ ſic faciunt ſancti ſua mirabilia.

¶ Notandum ꝙ aliter domin⁹, aliter ſancti miracula vel mirabilia operantur. Primo. quia ſancti nunq̃ ſoli faciunt mirabilia. ſed ad inuocationem nominis dei. aut ſaltẽ in virtute eius. iuxta illud Pſal. Mirabilis deus in ſanctis ſuis. ipſe dabit virtutem. ſ. ad faciendum mirabilia. ſed deus ipſe ſol⁹ & ꝑ ſe facit ea. Pſal. Qui facit mirabilia magna ſolus. Vnde Auguſt. ſuper Pſal. lxx. Tu es qui facis mirabilia, magna ſolus. fecit & Moyſes, ſed nõ ſolus. fecit Helyſæus. fecerunt Apoſtoli, ſed non ſoli. imo tu cum eis. Ait enim Ioan. xv. Sine me nihil poteſtis facere. in ſignum cuius hoc mirabile myſteriũ dominus ſolus fecit & inſtituit & nullus alius cum eo.

¶ Secundo differenter operantur. quia ſancti & ſi fecerint mirabilia: illa tamen pro tempore, aliquo parum duraturo fecerunt & in aliquo loco ſpeciali. ſed hoc mirabile quod dominus inſtituit non ſolum pro tempore durat, non ſolum in aliquo loco. immo ſecundum Pſal. Memoriale eius in generatione & generationem. Nã Eccleſiaſtes. i. Generatio pręterit. & generatio aduenit in diuerſis temporibus. terra autem corporis Chriſti inæternum ſtat.

¶ Tertio. quia memoria mirabilium ſanctorum tantummodo remanere ſolet in auditu & viſu voluminum in quibus illa ſcribũtur. Memoria vero eorum quæ per ſe dominus & ſolus operatus eſt non ſolum in auditu & librorum lectione permanet, verum etiam in viſu fidei. in guſtu affectus. & in rei veritate/ iuxta thema propoſitum. Memoriam fecit & cætera.

CIrca præſentem materiam dicenda ſunt duo
per modum quæſtionis. Primo. vtrum ſcru-
tari debeamus mirabilia huius ſacramenti.
Secundo. quæ ſunt mirabilia eius.
¶ Ad primum ſic proceditur. Et videtur ꝙ
non debeamus talia ſcrutari. quia dicit Pſal.
Non ambulaui in magnis: neq; ĩ mirabilibꝰ
ſuper me: id eſt non quæſiui ſcire ardua my
ſteria. quæ me & intellectum meum excedunt. cuiuſmodi ſunt mi
rabilia huius ſacramenti. propterea ſcriptum eſt Exo. xij. ꝙ in co-
meſtione agni os ex eo non cõmminuetis. Soliditas enim tãti my-
ſterij diſcuti nõ debet neq; populo frangi. In oppoſitum tamen ar-
guitur. quia memoriam fecit dominus mirabilium ſuorũ &c. me-
moria autẽ præſupponit cognitionem, ergo ſi dominus horũ mi-
rabilium in nobis creauit memoriam: ſequitur ꝙ poſſumus & de-
bemus ea cognoſcere. Ad hanc quæſtionem per tres propoſitiões
dicetur. Prima propõ. Mirabilia huius ſacramenti a deuotis chri-
ſtianis libentius audiuntur & diſcuntur q̃ quæ facilia ſunt apprehẽ
di in alijs doctrinis. Nam ſecundum Ariſto. ſecundo metaphyſicę.
Pauca malumus ſcire de arduis & cæleſtibus q̃ multa de mathe-
maticis. Cui alludit illud Pſal. Mirabilia teſtimonia tua: ideo ſcruta
ta eſt ea anima mea. Hæc enim eſt ingenij humani natura, vt quẽ-
admodum omnem corporis naturam tranſcendit: ſic & ſupra ſe ni
tatur ad altiora conſcendere. Pſalmi. Mirabilia opera tua: & anima
mea cognoſcet nimis. Ideo vt dominus humanum quietaret in-
genium, & affectum ſuauitate & dulcedine repleret: memoriam fe
cit mirabilium ſuorum. Primo. quidem vt humanum quietaret i-
genium, quod ſub latitudine figurarum veteris teſtamenti conti-
nebatur. & quod cæli ambitus capere non poterant: ſub breui me
moriali hoſtiæ: & ſub breui compendio. vt omnes eum aperta ve-
ritate cognoſcerent: comprehendit. Inde eſt ꝙ meliꝰ ẽ hominẽ in
huiuſmodi exercitari: q̃ in mirabilibus quæ faciunt vel facere vidẽ
tur iſti ioculatores vel magici. in quibus principes communiter de
lectantur magis q̃ in iſtis. quæ in rei veritate exhilarant cor homi-
nis. quos admonet Pſal. dicens. Cantate domino canticum nouũ:
q̄a mirabilia fecit. Et meliꝰ ẽ iſup ĩ his admirari q̃ ſup mulieris pul
chritudĩe ꝑ quã ſæpe decipiunt̃. vt patet Iudich. xv. vbi dr̃ ꝙ pul-
chritudinem eius admirabantur nimis. & tamen per eam decepti
ſunt & ad nihilum redacti. Secundo. vt mentem repleret ſuauitate
& iocũditate. Quia em̃ veteris teſtamẽti patres in mãna nõ intelli-
gebant mirabilia & veritatẽ eorũ: ideo ſæpe murmurabãt. & ſi itel
lexiſſent, nunq̃ cõtra dñm loquuti fuiſſẽt. Pſal. Patres nr̃i ĩ egypto
nõ intellexerũt mirabilia tua: non fuerunt memores multitudinis

C
Euchari-
ſtia.
Qꝙ dñs re
uelauit mi
rabilia eu-
chariſtiæ
ad qetan-
dũ hũanũ
ingeniũ &
demulcen
dum affe
ctum.

miſericordię tuę. ideo vt deguſtarēt illam diuinam ſuauitatem. vt impleretur illud. Pſal. Memoriam abundantię ſuauitatis tuę eructabunt. memoriam fecit mirabilium ſuorum &c

Euchariſtia. Qui ſunt modi qbꝰ licet ſcrutari mirabilia Euchariſtiæ.

¶ Secunda propoſitio. De magnis & arduis huiꝰ ſacramēti mirabilibus ſcrutari & inquirere poteſt quis tripliciter. Primo ea inquirendo quæ per reuelationem nobis oſtenſa ſunt & credi debent a fidelibus. & hoc eſt ſalubre & neceſſarium ſaluti. Ideo cum ſapiēs dixiſſet. Eccleſiaſtici. iij. Altiora te ne quęſieris. ſtatim ſubdit. Plurima ſupra ſenſum hominum oſtenſa ſunt tibi. Secūdo vltra hoc procedendo & per rationes efficaces hoc volendo concludere. & hoc impoſſibile videtur & malum. de quo ſapiens. Scrutator maieſtatis opprimetur a gloria. Nam ſępe ex tali diſcuſſiōe labitur homo in plurima inconuenientia. vt patet de Philoſophis qui diuinitatem inueſtigando naturalibus rationibus. dum crediderunt demonſtrare: in varios errores ceciderunt. Tertio hoc poteſt fieri ad credibilia & mirabilia iſta inducendo ſcripturas & aliquas rationū apparentias. & hoc non eſt malum. ſed ſunt magis baculus & ſolatiū noſtri intellectꝰ. & oſtēſio ꝯformitatis fidei ad res naturales.

E Euchariſtię ſacramentum. Quę tria requiruntur ad capacē auditorē vel relatorē mirabiliū Euchariſtiæ.

¶ Tertia propoſitio. Ad hoc ꝙ aliquis iſtorum mirabilium ſit capax auditor aut relator tria requiruntur. Primo ex parte relatoris ꝙ ſit doctus & intelligens. ideo dicit Pſal. Deus docuiſti me a iuuentute mea. & vſq; nunc pronuntiabo mirabilia tua. & iterū alibi. Qui deſcēdunt mare in nauibus. i. qui cōdeſcēdunt intellectui & capacitati populi in nauibus eccleſiæ exiſtentis. & hoc ad nauigandum mare ſcripturę vbi eſt abyſſus immenſa myſteriorū & difficultatum. facientes operationes in aquis multis. i. qui exponunt ſcripturas & varia dogmata operantur & componūt ex multis aquis ſcripturę. ipſi viderunt opera eius & mirabilia eius in ꝓfundo. i. profunda ſcrutati ſunt. Secūdo requiritur ex parte audientium. ꝙ habeant aurem intellectus paratam ad credendum & non impeditam. propter quod dicebat Pſal. Reuela oculos meos: & cōſiderabo mirabilia de lege tua. reuela (inquit) oc̄los meos. i. tolle velamen oculorum interiorum. Eſt enim vnum velamen ignorantię quo excęcati ſunt iudęi ne Chriſtum videant in hoc ſacramento. quod per velamen poſitū ſuper faciē Moyſi. Exo. xxxiiij. deſignatum eſt. Vnde Apoſtolus. ij. Coꝛ. iij. Velamen hoc poſitū eſt ſuper corda eorum vſq; in hodiernum diem. Hinc & Ambro. Grauat oculos diuturnum velamen. & hoc ita vt non poſſint conſiderare mirabilia de lege eorū excerpta. quomodo ſcilicet mirabiliter in agno materiali agnus ſpiritualis ſignificatur. quomodo i manna cibus ſpiritualis. quomodo in hoſtia Chriſtus continetur. Hæc enim aperto oculo videri non poſſunt. ſed oportet ipſū igno-

M.E.C.D. 2016

rantię velamen deponi. Aliud eſt velamen ſubtile ſubtilitate inge-
nij noſtri, qñ ſtultus chriſtianus in ſuo cõfidẽs ingenio magis q̃ deo
credens: mirabilibus huius ſacramẽti non aſſentit. Vnde Thob. ix.
De oculis Thobię quaſi mẽbrana oui. i. ſubtilis pellicula extracta
eſt, & ſic viſum recepit. Ideo tãta ſubtilitas & arrogantia intellect⁹
amouenda eſt. quia cõfitetur dñs Matthęi. ij. ꝙ abſcondit hęc a ſa-
pientibus & prudẽtibus, & reuelauit ea paruulis. Non eñ cõmuni
ter recitãtur noua & mirabilia viſa vel audita capitoſis & duris cer
uicibus. Tertio requiritur ex parte vtriuſq; guſtus affectiõis ſuffi-
ciẽter diſpoſitus ad deguſtandũ & ſaporandum mirabilia iſta. Nõ
eñ paruulis & idiotis cõiter a ſapiẽtib⁹ recitãtur noua & mirabilia,
quia talium nõ ſunt capaces. Propter quod Apłus. j. Cor. iij. Tãq
paruulis lac potum dedi vobis, non eſcam. Potum eñ dat lacteum
de carne extractũ, & hoc carnalibus qui nihil niſi terrena ſapiunt,
ſed eſcam ſolidam peritis in amore dei & ſpiritualibus viris. Sic au
tem viri ſpiritualis cũ intellectu erecto & eleuato ad ſpiritualia co-
gnoſcenda affectus facile diſponitur ad deguſtandum hmõi ſpiri-
tualia mirabilia. Propter quod dicebat Pſal. Viam iuſtificationum
tuarum inſtrue me. i. inſtrue me facere ea quibus iuſtus efficiar &
ſic faciliter exercebor in mirabilibus tuis ea deguſtando/ audiẽdo/
& memoriter recitando. Propter quod memoriam fecit mirabiliũ
ſuorũ miſericors &c. Vnde & diſcipuli Chriſti quia nimiũ rudes &
imperiti erãt in amore dei: cũ Chriſtus de huius ſacramẽti materia
prędicauit/ abierunt retrorſum dicẽtes, quia durus eſt hic ſermo.

¶ Secundo quęritur quę & quot ſunt mirabilia in hoc ſacramento
euchariſtię cõtenta? Dicitur ad hoc ꝙ q̃uis huius ſacramẽti myſte- F
riorum & mirabilium numerus ſit a puro viatore incomprehenſi Mirabilia
bilis: tñ pro nunc dicemus eſſe decem mirabilia in hoc ſacramento eucharis-
contenta. Primum mirabile eſt: ꝙ in hoc ſacramẽto verbis a ſacer- ſtię.
dote prolatis Chriſtus verus deus & verus homo ſub hoſtia conti- Qꝫ decẽ
netur ſine mutatione eius: qui prius tamẽ ibi corporaliter nõ erat. mirabilia
Qꝫ eñ in eo ſit Chriſtus patet ex determinatione ipſius magiſtri inueniun-
Chriſti dicẽtis Lucę. xxij. Accipite & comedite/ hoc eſt corp⁹ meũ. tur in eu-
& hoc ſufficiat vobis, quia illi credendum eſt de ſe, qui ſe ſolus no- chariſtia.
uit. vt dicit Hilarius. Fuit eñ aliquando interrogatũ a iudęis eo ꝙ
ſimulachra minime colebant, vbi erat deus eorum. Inde Pſalm.
Fuerunt mihi lachrymę meę panes die ac nocte, dum dicitur mihi
quotidie vbi eſt deus tuus. Sed facile nunc ad hanc quęſtionem re
ſpondere poſſumus illud Baruch. iij. Hic eſt deus noſter & nõ ęſti-
mabitur alius. hic eſt de⁹ noſter ſub nebula illa poſitus. Nã. iij. Re-
gum. viij. habetur. Dicit deus vt habitaret in nebula. i. ſub hoſtia.
Ibi enim virtus & dei ſapiẽtia abſcõdita eſt, iuxta illud Abacuk. iij.

Ibi abſcondita eſt fortitudo eius. Et illud Eſa. xlv. Vere tu es deus
abſconditus. Propter quod in figura Gene. xviij. dicebat Iacob, &
nos cum eo poſſumus dicere. Vere dominus eſt in loco iſto & ego
neſciebam, per ſenſum ſcilicet iudicare. Modo tamen iudico cũ eo
ꝙ non eſt hic aliud niſi domus dei & porta cęli. Fecit enim dñs ſi-
cut bonus chirurgicus ſolet facere. Vt em̃ immũditiã de oculo edu
cat: manum ſuã panno molli & ſuaui inuoluit ne ledat. Sic Chriſtus
deitatem & humanitatẽ modica inuoluit hoſtia: vt dulcius noſtrę
infidelitatem mentis ſanaret & abſtraheret a cordibus noſtris. In
quo reprehendũtur qui negant ibi eſſe Chriſtũ: quod dicitur fuiſſe
prima hereſis diſcipulorũ Chriſti. vt habetur de conſecra. diſt. ij. pri
ma quidã. Vnde quoad aliquid peior videtur hęreſis quę negat hic
eſſe corpus Chriſti q̃ quę negat eum eſſe Chriſtum: quia prima di-
cit eũ eſſe mendacem. Secunda confitetur eum eſſe ſanctum ho-
minẽ, vt de facto teſtimoniũ perhibent ſarraceni. Vnde Pſal. Non
crediderunt verbo eius. ſ. heretici, & pro nihilo habuerũt. i. reputa
uerunt terram deſiderabilem: quia Nume. xiij. Detraxerunt terrę
quã inſpexerunt, quę re vera fluit lacte humanitatis & melle diuini

G

Euchari-
ſt[...]

De hęreſi
Berẽgarij
circa eu-
chariſtiã.

tatis. Cuius hereſis quõdam diffamatus fuit Berengarius Ande-
gauẽſis ecclię diacon⁹, quã retractauit ĩpẽt pib⁹ Nicolai papę. cuius
cõfeſſionem corã. cxiiij. epiſcopis factam miſit papa Nicolaus per
vrbes Italię / Germanię / & Gallię. vt eccleſię quę prius doluerãt de
auerſo atq; peruerſo poſtea gauderent de reuerſo atq; cõuerſo. Di-
cebat em̃ in hoſtia tm̃ eſſe ſacramentum nõ corpus Chriſti aut ſan-
guinem. vt patet de cõſecra. diſtin. ij. Ego Berengarius. Qui licet
poſtmodũ fuerit ſanctiſſimę vitę: omnia ſua prędia & poſſeſſiones
quibus abũdabat largiens pauperibus, & in pœnitentia arctiſſima
perſeuerauerit: tamen ꝑpter hęreſim ſeminatam / a Fulberto Car-
notenſi ab hac vita decedente cum intraret eius camerã inter mul
titudinẽ populi iuſſus eſt diſcedere dicente aſtare immanem dęmo
nẽ prope Berengarium. qui Berengarius in die Epiphanioꝝ dece-
dens propter ſubuerſos errore ſuo multũ timebat apparere coram
domino, licet de pœnitẽtia graui facta confideret. Hęc Guillelm⁹

H

[E]uchari-
[ſt]ia.
Manudu-
ctio quędã
ꝙ corpus
Chriſti ſit
[i]n ſacro, &
[q]uõ [i]bi vi-
deatur.

gemeticenſis. Sed ꝙ ſit ibi in ſacramento corpus Chriſti de nouo
ſine mutatione poteſt oſtendi per ſimile in naturalib⁹. Nam ſicut
ignis incipit de nouo eſſe in aere abſq; ſui locali mutatione quando
aer in ignem conuertitur: ſic Chriſtus abſq; hoc ꝙ de cęlis deſcen-
dat aut locũ mutet eſt in ſacramẽto: qñ panis in corpus Chriſti con-
uertitur. ¶ Sed dices mihi, quomodo credam tibi ꝙ ibi ſit corpus
Chriſti, cum illud videre non poſſim? Dico ad hoc. Primo ꝙ credis
iumenta & omnia alia animantia exiſſe de terra, & tamen ea exire
non vidiſti, & te talem patrem & talem habuiſſe, & tamen eos non

M.E.C.D. 2016

vidiſti,& talẽ te genuiſſe,& tamen hoc non vidiſti,cur ergo ad aſſertiuum Chriſti verbũ non credes ibi eſſe corpus Chriſti, q̃uis ipſum non videas oculo corporali. Dicitur ſecũdo ꝙ in ſacramẽto ſub ſpeciebus videtur verũ corpus Chriſti & verus ſanguis corporali oculo,ad modum loquẽdi qui in ſcriptura eſt vſitatiſſimus. Nã Geñ. xxxij.cum ſub forma angeli apparuiſſet dominus Iacob dixit. Vidi dominum facie ad faciem,& tamen non viderat eum niſi in ſpecie humana in qua angelus apparuerat. Item Exodi.iij.Sub ſpecie ignis vidit Moyſes dominum,& tamen ſępe dicit ꝙ dominum vidit in ſpecie rubi igniti. Similiter viſus eſt ſpiritusſanctus in ſpecie ignis & in ſpecie columbę. Sic etiam ſub ſpecie panis & vini videtur a quolibet chriſtiano verum Chriſti corpus & ſanguis. Vnde ex geſtis beati Gregorij habetur ꝙ cũ quędam matrona romana ab eo cõmunicaretur & diceret. Corpus & ſanguis Chriſti cuſtodiat te:riſit dicẽs ſe nõ credere ibi eſſe corp⁹ Chriſti,quia ipa in domo ſua parauerat iſta. a qua Gregorius hoſtiam retraxit,& poſt miſſam ipſo orante coram ea in carnem verſa eſt,& ſic matrona ab errore reuocata:tandem ad preces eiuſdem ſancti caro in hoſtiam ſcd̃m priorẽ formam reſtituta eſt. ¶Secundum mirabile ꝙ in hoc ſacramento ad verba ſacerdotis panis in corpus Chriſti & vinum in ſanguinem eius transſubſtantiantur & realiter transmutantur. Hinc Ambroſius libro de ſacramentis. In altari ante verba ſacramentalia eſt verus panis,vbi vero acceſſerunt verba conſecrationis:ex pane vera fit caro Chriſti. Q̃ autem hoc ſit verum patet : quia illius virtute transſubſtantiatur hoc,qua verbum caro factum eſt, & qua quęcũq; dixit facta ſunt. Hoc & factum eſt illius virtute, qua & vxorem Loth in ſtatuam ſalis mutauit, qua & virgam Moyſi conuertit in colubrum,& econuerſo,qua ęgypti fontes & flumina vertit in ſanguinem & aquam in vinum. Si em̃ deus has creaturarum mutationes potuit facere:quare nõ mirabilior deus in ſeipſo hoc potuit facere? Si verbum Hellę ignem de cęlo potuit deponere:quõ nõ poterit verum panem in Chriſti carnem mutare? Si maius eſt aliquid de nihilo creare q̃ aliquid in aliud tranſmutare,& omnes primum concedant a deo factum eſſe : cur ſecundum reputant deum non poſſe facere? Pręterea.ſi dominus potuit Adę & Lazaro mortuo vitam inſpirare,& terram in corpus eius mutare:quare non poterit panem in carnem mutare? Item homo facit de terra aurum & argentum & de cinere vitrum,deus autem multo potẽtior eſt homine,quare poteſt panem in corpus ſuum mutare. Item potẽtior eſt deus q̃ natura,ſed natura conuertit panem in carnem & vinũ in ſanguinem,ergo multo magis deus hoc facere poteſt. Item Ioãnes Damaſcenus ſic arguit. Si verbũ dei ſuperueniẽs actiuũ eſt illi⁹

I Euchariſtia. Perſuaſiones multę de trãſſubſtantiatione panis & vini in corp⁹ & ſanguinẽ Chriſti.

quod dixit. dixit em̄. Fiat lux & facta eſt lux &c. & verbo celi firma ti ſunt & omnis decor eorum, & qui ex puriſſimis ſanguinibus virginis hominem ſe fecit: quare non poterit panem & vinum corpus ſuum & ſanguinem facere. Item ſi Maria dicēte quinq; verba. Fiat mihi ſecūdum verbum tuum. ſubito totus Chriſtus in carne/ anima/ & deitate in ventre ſuo fuit: non eſt dubium quin dicente ſacerdote quinq; verba conſecrationis a Chriſto ordinata quin totus Chriſtus in carne/ anima/ & deitate ſit in ſacramento. ¶Sed dices mihi. Quomodo aut qualiter ſit talis tranſmutatio? Nihil enim ibi videtur tranſmutatum. Reſpondet Ioannes Dama. ꝙ ſufficere debet querenti qualiter fit huiuſmodi tranſſubſtātiatio/ reſponſio facta ab angelo Marię quęrenti quomodo fiet iſtud. Reſpōdit em̄ angelus. Spiritusſanctus ſuperueniet in te. i. operatione ſpiritusſancti illud fiet. Similiter dico tibi ꝙ tranſſubſtātiatio fit operatione ſpiritusſancti. Sufficiat ergo tibi quod ſuffecit beatę virgini: quę per fidē quam habuit verbis angelicis filium dei cōcepit. ¶Tertium mirabile ꝙ trāſſubſtātiatione facta nec panis nec vinū ſub ſpecieb⁹ amplius remanēt. Ad hoc eſt Decretalis extra de ſumma trini. & fide catho. c. j. vbi ſic dicitur. Corp⁹ & ſanguis Chriſti in ſacramēto altaris ſub ſpecieb⁹ panis & vini veraciter cōtinētur trāſſubſtātiatis pane in corp⁹ Chriſti & vino in ſanguinē virtute diuina. Dignū em̄ & iuſtū eſt (vt inquit Guillelmus pariſien̄.) ꝙ aduenīēte vero pane cadat materialis, nec eſt eius iniuria: imo ius creatoris eſt: vt ei aduenienti honorem deferat creatura ſua: relinquens ei penitus locum ſuū & alia quę ab eo habebat pro ſeruitio eius: vt pote albedinem, dulcedinem, quantitatem, grauitatem, & ſic de alijs. Ait em̄ idem Guillelmus ꝙ cum quidam formis panis & vini ſubeſſe crederet veras panis materialis & vini ſubſtantias alijs cibis vti nolebat. & ꝓpter hoc in magna quātitate cōficiebat iuxta quod ad ſuſtētationē ſui corpis ſibi ſufficere exiſtimabat. Hinc infra paucos dies deficiēs abſq; alterius rei mala occaſione: cognouit non ſubeſſe formis illis quod corpus ei⁹ nutrire valeret. Quod q̄uis potuerit eſſe verū non tamen ſemper hoc miraculum apparet: quia cum trāſmutātur ſpecies: tūc redit natura priſtina, cū aūt recipiūtur ſpēs in ſtomacho: ſtatim alterātur. In hoc dat̄ nobis documētū, ꝙ ſi creatura inſenſibilis ita ſuo obœdiat creatori vt cedat ei vſq; ad nō eſſe ſui: nos qui rationales ſumus in omnibus & per oīa debemus parere pręceptis eius & in eius pręſentia humiliari. Sic em̄ nos inſenſibilia docent. ¶Sed dices. Nonne cū pane poſſet eſſe corpus Chriſti, cur ergo ibi non remanet panis? Dicitur ꝙ licet a doctoribus multę ſoleāt aſſignari cauſę: duę tamen ſunt principales. ¶Prima eſt. quia ſi remaneret panis: tūc huius ſacramēti manducatio nō eſſet tm̄ ſpiritualis

K Euchariſtia. Q: nec panis nec vinū manēt poſt tranſſubſtātiationē, et quare.

[handwritten margin:] ...quare nō ...a ...factis conſe... ...a.

refectio:ſed etiã carnalis [illegible] cibus carnalis aſſumeret. Secunda eſt
idolatriæ vitatio. Si enim quãdoq; ſub ſacramento maneret panis:
fortaſſe indiſtincte adoraret cum dño. Ideo ſcdm Franciſcũ de ma
ronis. in hoc ſacraméto tm̃ credũtur quattuor cõtineri. ſcilicet verũ
corpus Chriſti ex vi verborũ. Secũdo. ſanguis Chriſti ex cõcomitã
tia immediata. quia nõ eſt corpus viuẽs ſine ſanguine. Tertio aĩa
etiã ex cõcomitãtia. & quarto diuinitas vnita. ¶ Quartũ mirabile
eſt quomõ tam magnũ corpus ſub tam parua hoſtia & in qualibet
parte eius cõtineatur. Huius aũt aliquomodo apparet ſimile ĩ na-
turalibus. Nã magnæ turris aut eccleſiæ imago apparet in paruo
oculo aut in paruo ſpeculo. & fracto ſpeculo apparet hæc imago to
ta in qualibet parte diſcõtinuata. Cur itaq; imago dei patris (imo ve
ritas ipſius imaginis) nõ apparebit tota in parua hoſtia. imo ĩ quali
bet parte hoſtiæ? Cũ etiam aĩa ratiõalis ſit tota in toto & tota ĩ qua
libet parte corporis: quare creator ipſius nõ apparebit in hoſtia? Itẽ
ſi ſol iſte materialis parua obuoluit nubecula: quare creator eiꝰ ſol
iuſtitiæ parua hoſtiæ albedie tegi nõ poterit? Itẽ qui diuinitatẽ ſuã
quã cæli capere non poterant ſub paruo corpore clauſit. quis eſſet
vbiq; to ta: quare nõ poterit corpus ſuũ ſub parua hoſtia claudere.
etiã ipſo corpore alibi & in cælo & in terra exiſtẽte? Sed dices mihi
Non põt ſenſus meus ita iudicare ꝙ ſub tam parua re ſit res tam
magna & tam ſolida. Dico ad hoc. Primo. ꝙ aĩalis homo nõ perci-
pit ea q̃ dei ſunt: ſpũalis autem oĩa dijudicat. Ideo beſtiales qui ſo-
lum ſuis ſenſibus credũt hoc nõ poſſunt iudicare. quia ibi oẽs ſen-
ſus (auditu dẽpto eo ꝙ fidei cõiungitur) ſi nõ ratione & fide ꝑueniã
tur: decipiuntur. In cuius figura yſaac in bñdictione Iacob decepꝰ
eſt secũdũ oẽm ſenſum excepto auditu. Secundũ viſum. quia caliga
uerant oculi eius præ ſenectute. & credebat Eſau videre & Iacob
aſpiciebat. Secundũ odoratũ. quia credebat ſentire fragrantiã veſti
mentorũ quæ portabat Eſau. q̃ tamẽ Iacob deferebat. Secundũ ta
ctum. quia credebat palpare manus piloſas Eſau. & palpabat pelli-
culas hędorũ. Secundũ guſtũ. quia credebat guſtare de venatione
& comedebat hędũ de capris. Solus auditus recte iudicauit dicẽs.
Vox quidẽ vox Iacob eſt. Sic in Euchariſtiæ ſacraméto oẽs huma
ni ſenſus deludũtur quantũ ad iudiciũ. cum ibi iudicẽt eſſe panem
& vinũ. ſolus auditus fidei cõformis iudicat ibi eſſe verꝫ Chriſti cor
pus. Ideo ſi ſenſus deficit: ad firmandũ cor ſincerũ ſola fides ſuffi-
cit. Ibi eñ ſenſus in cõponendo decipit̃. ſed nõ ſecũdũ apphenſio-
nem. quia vere ſua obiecta apphendit. vt viſus albedinẽ. guſtus ſa-
porem panis & vini. odoratus odorẽ. & tactus qualitates tangibi-
les panis & vini. ¶ Quintũ mirabile. ꝙ idem Chriſti corpus in nu
mero eſt ſimul in multis locis/in multis altaribus/in multis etiã ſto

L
Euchariſtia.
Manuductiones ꝙ corpꝰ xpi tã magnũ cõtineatur ſub parua hoſtia. & ꝙ ibi oms ſenſus decipiunt̃ pter auditũ.

yſaac figura.

M
Euchariſtia.

M.E.C.D. 2010

Similitudines q̄dāꝙ corpꝰ xpi poſſit ſi-mul eſſe i pluribꝰ locis.

machis receptū. Cuius plurima ſimilitudo poteſt in natura inueni-
ri. Prima eſt. quia ſi ſit vna res p̄ſens pluribus ſpeculis pfecte tota
videtur in quolibet ſpeculo. ergo non eſt mirū ſi corpus creatoris
vnicū p̄ſens pluribus hoſtijs ſub diuerſis hoſtiis & in multis locis
videat̃. Secūda ſimilitudo ē. quia ſicut aīa eſt vita corporis phyſici:
ita corpꝰ Chriſti vita corporis myſtici. Inde nominat̃ a Chriſto pa-
nis vitę. Ioan. vj. Ego ſum panis vitæ. & iterū. Qui mādúcat me
viuit ꝓpter me. & iterū. Et panis quē ego dabo caro mea eſt ꝓ mū-
di vita. ſed aīa ratiōalis eſt tota in qualibet parte corporis & in ſin-
gulis mēbris. ergo corpus Chriſti qđ eſt eccleſiæ vita poterit eſſe ī
ſingulis mēbris eccleſiæ totū. cū ab eis ſacramentaliter recipitur.
Tertia ſimilitudo. quia ſicut verbū cordis cū ſenſibili voce pcipit̃.
& vnū & idem in corde p vocē viuā multorū aures immutat. cor-
da irradiat & illuſtrat. ſic vnū & idē & indiuiſum corpus & in mul-
tis altaribus totū ab oībus pcipitur. Ideo dicit̃ Eccleſia. xv. Panis
vitæ & intellectus. Cibauit (inquit) illū dn̄s pane vitæ & intellectꝰ.
Quarta ſimilitudo. Si mirabilis deus in ſanctis ſuis. quare non in
ſeipſo mirabilior. vt vult Auguſt. in ſermone. ſed deus ita operatus
eſt in ſanctis ſuis ꝙ fecit eos ſimul ſtare in diuerſis locis. vt de bea-
to Ambroſio. qui legit̃ fuiſſe in exequijs beati Martini apđ Turo-
num. & tamē erat Mediolani celebrans. & de beato Maximino. q
interfuit exequijs beatę Marthę: & tamē erat apud Aquēſem ciui-
tatē. & de ſancto Seuero qui actu celebrabat apud Rauēnatē vrbē.
& tamē longe alibi erat ad tumulandū beatū Germinianū. ergo po-
tuit hoc in ſuo corpore mirabilius facere. & hoc valde cōgruit. Nā
deo conuenit vbiq; eſſe ſimpl̄r & ꝓprie. creaturę vero in loco vno
tm̄. corpus vero Chriſti medio mō ſe habet. Cū em̄ ſit creatura nō
debet creatori coęquari in hoc ꝙ ſit vbiq;. quia hoc eſt potentię il-
limitatę. cū vero ſit vnitū diuinitati debet in hoc alia corpa excelle-
re. vt ſimul poſſit in pluribus locis eſſe. & ex hoc ſequit̃ ꝙ in diuer-
ſis locis mouetur & quieſcit.

N Euchari-ſtia.

Q; corpꝰ xp̄i ęqualiter ſit ſub parua & magna hoſtia ſimili-tudo ī mā-na & can-dela.

¶ Sextum mirabile. ꝙ ſub maiori forma hoſtiæ non plus ha-
betur de ſacramento q̄ ſub minori. Cuius ſimile apparuit olim
in huius ſacramēti figura. Nam qui plus de māna colligebat non
plus inde reportabat q̄ qui minus. Sic qui ſub maiori hoſtia hoc ſa-
cramentum accipit q̄ qui ſub minori. Item ſecūdum Bona. in. iiij.
d. x. Lumen candelę ſi ſit in magna domo & poſtmodum transfe-
ratur in paruam: tantum lucet in parua quantum in magna non ra-
rius neq; denſius. Similiter corpus Chriſti in parua & magna ho-
ſtia.

O

¶ Septimum mirabile. ꝙ a tot & tam longis temporibus con-

M.E.C.D. 2016

tinue manducatur a quolibet chriſtiano. & tamen non inde minuitur. In quo fallitur iudęus dicens. ꝙ ſi corpus Chriſti fuiſſet vnus mons magnus iam fuiſſet totaliter exhauſtum & comeſtum. Sed non aduertit primo, quomodo Chriſtus de quinq; panibus saturauit quinq; milia hominum: de quibus maiores reliquię remanſerunt q̄ erant illi quinq; panes. Sic ſuo corpore a fortiori poteſt totā eccleſiam paſcere ſine ſui diminutione. Itē calor & ſplendor ignis. odor roſę. & ſapientia hominis ſe communicant quantum in ſe eſt ſine ſui decreſcentia. & candela candelis. & lux ſine ſui decremento ignem & lucem alijs miniſtrat. quanto magis lux noſtra quę illuminat omnem hominem: poteſt ſe omnibus cōmunicare ſine ſui detrimento. Pręterea. ſol licet illuminet & paſcat oculos intuentiū ab origine mundi: non tamen inde minuitur, ſic nec verus iuſtitię ſol cum cibat animas ſanctorum in ſacramento. Quarto. ſi mulier Sareptana & Helias cum puero quotidie comedebant de farina hydrię: & de lecytho olei ſine ſui diminutione: ſic non eſt dubium quin Chriſtus ſine ſui diminutione ſpiritualiter poſſit omnem cibare eccleſiam. Si enim hoc miraculum propter Heliam oſtendit: non eſt dubium quin maius miraculum propter ſuam totam eccleſiam oſtendere poſſit & de facto oſtendit. Item ſecundū Chryſoſt. ſicut illa vox quę dixit. Creſcite & multiplicamini & replete terrā. ſemel quidem dicta eſt: ſed adhuc in virtute illius omnia creſcunt. augentur. & in eſſe continuantur. ſic & omnis eccleſię menſis vſq; in hodiernum diem: & vſq; ad eius aduentum vox illa Chriſti ſemel dicta ſacrificio altaris pręſtat firmitatem.

Euchariſtia. Q; nō eſt mirādū ſi corpꝰ xp̄i nō minuatur licet quotidie mādúcet a fidelibꝰ.

¶ Octauum mirabile. ꝙ dum frangitur hoſtia non frangitur corpus Chriſti: ſed manet integrum ſub vtraq; particula. Hoc probatur. quia dum legitur dominum idem ſacramentum benedixiſſe & fregiſſe. non fregit tamen corpus ſuum. ergo & ita modo poteſt fieri. Secundo. quia ſi diuidatur corpus hominis non propter hoc diuiditur anima eius. quia modo extenſo & commenſuratiuo non continetur in corpore. ergo a fortiori & Chriſti corpus. Tertio. quia ſi diuidatur ſpeculum propter hoc non diuiditur imago. ſed manet integra in qualibet parte ſpeculi. Et ſi quęratur quomodo ergo dentibus maſticabitur. Dicitur ꝙ in natura inuenitur ꝙ homo comeſtus a beſtijs per minutas partes laniatus eſt. nec tamen eius anima laniatur. quare ergo non poterunt ſpecies comedi / frangi / & maſticari non fracto corpore Chriſti.

¶ Nonum mirabile. ꝙ omnia accidentia ibi per ſe ſubſiſtunt ſine ſubiecto. Q đ fuit ꝯgruū ſecūdū Bonauē. iiij. d. xij. ꝑpter q̄ttuor. Primo ꝑpter efficaciorē ſignificationē. q̄a efficaciꝰ & ꝑfectiꝰ ducūt

P Euchariſtia. Rōnes q̄tuor propter quas i ſacramēto altaris manēt accidētia ſine ſubiecto.

E.C.D. 2016

in ſignatum. cum non habeatur ibi ſtabiliens per naturam. Secundo propter conuenientem cibationem. Quia enim ille cibus ſpiritualis eſt: ideo oportet animam ſubleuari a carnalitate ſenſus per fidem. & a carnali dilectione per charitatem. & ideo non debuit ibi remanere panis materialis. Tertio propter filij dei promotionem. Dum enim ſubleuatur interius ad intelligendum quod eſt ſupra naturam. ſ. accidentia eſſe ſine ſubiecto: fit habilior ad credendū quod eſt ſupra ſeipſum. ſ. ꝙ totus Chriſtus ſit in tam parua hoſtia Quarto propter diuinorum operum perfectionem. quæ dicitur in hoc ſacramento comperiri. cum ſit omnium perfectiſſimū. In quo attenditur duplex perfectio. Prima. in hoc ꝙ accidentia accipiunt modum nobiliſſimum eſſendi. ſ. eſſe per ſe. Iſte eſt enim vltimus gradus aſcenſionis ex parte accidentium. Secunda in hoc ꝙ ſubſtantia quæ ſuberat accidentibus cum eſſet materialis & corruptibilis in corpus quoddam ſpirituale & incorruptibile. & in corpꝰ diuinitati iunctum & glorioſum tranſſubſtātiatur. quod tamen eſt vltimus gradus aſcenſionis corporalis ſubſtātię. Et ſi queratur. quare neceſſarium fuit velari Chriſti corpus ſub accidentibus. Dicitur ſecundum Franciſcum de Maronis. ꝙ propter quattuor. Primo. propter humilitatem. vt homines captiuēt itellectum ſuum in obſequium Chriſti. vt ea credant quæ ibi continentur ſub humilitate ſui intellectus. Secundo propter fidem. vt fides habeat meritum. Tertio propter indignitatem. quia īdigni ſunt mali ipſum videre. ¶ Quarto. ꝓpter imbecillitatem quo ad omnes. quia lucē corporis eiꝰ naturaliter vix quis poſſet abſq; miraculo inſpicere. ¶ Decimum mirabile. ꝙ reſolutis ſpeciebus aut ipſis corruptis redit materia præcedens. nec eſt ibi amplius corpus Chriſti. quia ſicut ī alijs operibus mirabilibus expleto officio illorum ad quæ ordinata erāt propter miraculoſa domini opera facienda talia redacta ſunt in ſtatum priſtinum. vt de columba ī qua apparuit ſpiritusſāctꝰ. Matth. iij. quæ peracto officio redijt in materiam præiacentem. & de ſtella magorum. vt dicit ibidem in gloſa. ſic non eſt dubium quin quando ſpecies deſinunt eſſe ſpecies: ipſe ſubſtantię materiales ſpecierum in primum ſtatum vel ſaltem in priorem materiam reducantur. ſicut prius fuerunt ſupernaturaliter tranſmutatæ. Ideo bene dicit Pſal. A domino factum eſt iſtud. & eſt mirabile in oculis noſtris. Et ita ſicut dominus decem plagis percuſſit egyptum: ſic per hæc decem mirabilia ſanauit populum ſuum.

¶ Sermo ſecundus de cauſis inſtitutionis ſacramenti, per thema.

PAraſti cibum illorum: quoniam ita eſt præparatio eius. Pſal. lxiiij.

A
Euchariſtia.
Q̄ pietas dñi & ꝯditio naturę nr̄ę cōmouerūt dominū: vt pararet nobis cibū corporis ſui.

¶ Ad hoc cōuiuium parandum iādudum dominum Ieſum commouit (vt arbitramur) natura ſua & noſtra. Natura ſiquidē ſua qui pij patris morem gerit erga filios. qui liberos non dimittit improuiſos. ſed ad min⁹ eis prouidet de neceſſarijs. Si enim mali parentes talis exiſtant conditionis: vt ad prędam vigilent pro liberis: vt vnde nutriantur habeant. iuxta illud Iob. xxiiij. Vigilanteſq; ad prędam præparāt panem liberis. quanto magis diuinam magnificentiam panem ſuauiſſimum ſuis filijs in alimentum dare immenſa pietas admonebit. Si enim vos cum ſitis (inquit) mali noſtis bona data dare filijs veſtris: quāto magis pater veſter cæleſtis dabit ſpiritum bonum petentibus ſe. Secundo hoc naturali iure cautum eſt vt moriens pater per legata filio prouideat vnde viuat. Si enim (vt ſcribitur Iudicum. xiiij.) De comedēte exiuit cibus. & de forti egreſſa eſt dulcedo. i. ad literam de leone occiſo exiuit mel. & de forti animali dulcedo mellis nutrimento cōueniens. Vel ad moralem ſenſum. de raptore comedente populum exit cibus. & de forti tyranno & feroci dulcedo diuitiarum quas congregauit: diſpergitur iuſtis & iniuſtis. quāto magis leo de tribu Iuda moriēs mel & dulcedinē ſui corpis debuit dimittere ſuis in eſcā & prouiſionē. Secūdo hoc ſuaſit ei natura noſtra. Nam ſcd̄m differentiā alitoꝝ eſt differētia ciborū. Piſces em̄ conuerſantur in aqua vbi inueniunt cibum ſuum. terreſtria in terra. aues in aere. angeli in cælis. homo vero ex natura ſua medius eſt inter bruta terreſtria & aues cæleſtes. cōueniens cum brutis in corpore. cum angelis in anima. ideo indiget cibo duplici. ſ. corporali. quem a terra recipit & ſpirituali quo ad animam. quem a cælo ſuſcipiat. ita vt ſicut homo tenetur nutrire corpus ſuum. aliter fame moreretur. & eſſet ſuiſpſius homicida: ſic & animam. ne ex defectu illius cibi moriatur. Ante vero incarnationem erat huius cibi fames valida in egypto: ideo verus Ioſeph dominus noſter pręparauit nobis hanc refectionem. quando corpus ſuum contulit diſcipulis. & ſic panem cæli dedit eis. Et ad hoc faciendum ſtatuit nauem. vt de longinquo apportaret cibum iſtum per mare huius ſeculi. de qua Prouerb. vlti. Facta eſt quaſi nauis inſtitoris, de longe portans panem ſuum. Nos ergo ad nauem illam concurramus vt hoc alimentum percipere valeamus. quod nobis ad ſalutem perneceſſarium eſt: dicentes Aue.

B
Euchariſtia.

¶ Aliter dominus. aliter mundus cōſueuit parare cibum. Primo. quia meliora cibaria & pocula mundus ſuis primo propinat, iuxta

M.E.C.D. 2010

Q̄ dn̄s ci bū corpis ſui longe aliter pa rat q̄ mun dani cibos ſuos.

illud dictum Architriclini Ioan.ij. Omnis homo primum bonum vinum ponit: & cum inebriati fuerint tunc id quod deterius eſt: ita vt quod minus bonum eſt ſeruis remaneat in cibum & potū. Sed ſic dominus hoc parat conuiuium vt ſit idem cibus & morſellus, idem poculum miniſtrorum & eorum quibus miniſtrandum eſt. Nam (vt habetur .j. Corith. x.) Omnes de vno pane & de vno calice participamus. ¶ Secundo mundus parat ad eorum expenſas & ſumptus qui comedunt: ita ꝙ quanto magis comedunt tanto plus ad pauperiem deueniunt, niſi cibi comeſti precium labore aut quo uis alio opere recompenſent. Sed dominus ad proprios ſumptus hunc cibū parauit in cœna & altari crucis: ita vt non oporteat niſi ſibi gratias agere. iuxta illud Pſalm̄. Qui dat eſcam omni carni confitemini deo cęli. nec depauperantur ſui miniſtri ſi pluries & ſæpe hunc cibum ſumant: immo ex hoc ditiores fiunt. iuxta illud Pſalm̄. A fructu frumēti vini & olei ſui multiplicati ſūt. ¶ Tertio apud mūdanos ſerui poſtq̄ miniſtrauerunt: tunc primum & non antea ſedent ad menſam & comedunt: ſed in hoc conuiuio fit econuerſo: quia prius miniſtri comedunt: deinde alijs hunc cibum miniſtrant. iuxta Hymnum. Cuius officium committi voluit ſolis preſbyteris quibus ſic cōgruit: vt ſumāt primo & poſtea dent cęteris. ¶ Quarto quia mundus vt cōmunius ſolis diuitibus & multum paucis parat conuiuium, ſed dominus & diuitibus. iuxta illud Pſalm̄. Manducauerunt & adorauerunt omnes pingues terrę. & pauperibus. iuxta illud Pſalm̄. Edent pauperes & ſaturabuntur. & generaliter omni populo ſuo. ſcd̄m ꝙ dicitur in Pſal. Nunquid & panē poterit dare aut parare menſam populo ſuo? & ſtatim poſt r̄ndet. Panem angelorum manducauit homo, cibaria miſit eis in abundantia.

¶ Quinto differenter parāt: quia reges & principes & mundani in cōuiuijs ſuis parādis nō ſuum ſanguinē fundunt ſed magis alienū. vt patet in Herode & Pharaone: imo de ſanguine pauperū vt plurimū fiunt illa grandia cōuiuia. Chriſtus autem in hoc cōuiuio nos ſuo proprio ſanguine paſcit, & ſuum ſanguinem fundit. iuxta illud Lucę. xxij. Hic eſt ſanguis meus noui teſtamēti qui pro vobis effūdetur in remiſſionē peccatoꝝ. ¶ Sexto: quia mūdani vt ſuā oſtēdāt magnificētiā ſemel aut vicib⁹ paucis pręparāt cōuiuiū. Nā (vt vult Ariſto. iiij. Ethico.) Semel aut paucū fit in vita quod magnifice fit & hoc apud mundanos. Magnificentia vero Chriſti in illa vltima cœna ita parauit, vt non ſolum pro ſemel ſed etiam pro omni die & pro omni tēpore parauerit, vt omnes accipiant. ¶ Septimo: quia mundani vt plurimum non per ſeipſos cibos parant, ipſe autem dominus in propria hunc cibum parauit. iuxta illud quod canit ei eccleſia. Paraſti cibum illorum.

M.E.C.D. 2016

Circa materiã hui⁹ ſermonis vna tñ quæſtio terminabitur. Cum nihil ortum ſit ſub ſole cui⁹ legitima cauſa non præceſſerit: cur dominus hoc ſacramentum inſtituit. Reſpondetur ꝙ licet multę poſſent aſſignari rationes: tamẽ pro nũc ex dictis diuerſorum doctorũ ſex tantum recitabuntur. Prima cauſa inſtitutionis huius ſacramenti fuit ad commemorationem amoris. & illius maxime quẽ oſtendit nobis in cruce. Multa enim beneficia contulerat domin⁹ filijs ſuis iſrael liberando eos a ſeruitute egypti. in tranſitu maris. ĩ mãna de cęlo pluto & in multis alijs. Sed paulopoſt (vt dicit Pſal.) Obliti ſunt benefactorum eius & mirabilium ſuorum quæ oſtendit eis. Ideo ne tam cæleriter ab amore eius recederem⁹: hoc amoris memoriale perenne in corporali ipſius receſſu ſuis diſcipulis. & generaliter omnibus fidelibus dereliquit. dicens illud Lucę. xxij. Hoc facite in meam commemorationem. Fecit enim dominus ſicut facere ſolent nobiles aucupes. qui anteꝗ dimittant aues prædales dant eis nobiliorem morſellum de præda. ſ. cor vt libentius ad prædam reuertantur. Quidam tamen videntur eſſe ſicut miluus vel cæterę aues immundę, quæ nunꝗ volãt niſi ad aues vł beſtiolas ĩmundas. quia non ſunt nutritę de nobili ſanguine. Sic multi ſunt qui nunꝗ fuerunt hoc nobili ſacramento nutriti. ſed magis per rapinas & vſuras/ pauperũ ſanguine. quę ſuis fraudib⁹ quaſi lãceolis a pauperibus abſtrahũt. Nobiles vero q ſunt Chriſti fideles iſto nobili ſacramẽto nutriri debẽt & aĩa & corde. licet em̃ cibus ille corporaliter & ſacramẽtaliter ad ſtomachũ tẽdat: & ibi quãdiu ſpẽs integrę ſũt ꝑmaneat: ꝑ receſſum tñ corporalẽ corruptis ſpẽb⁹ effectus manere debet in corde. nobilius eſt nutrimentũ purius & delectabilius (vt dicũt naturales) mittitur ad cor. Nihil aũt nobili⁹ nihil purius. nihil delectabilius eo nutrimẽto qđ in ſe continet omnem delectationẽ. iuxta illud. Sap. vj. Panẽ de cælo ꝑſtitiſti eis omne delectamentũ in ſe habẽtẽ. Ideo aĩam cuiuſlibet fidelis hortať ipſe dicẽs illud Cãti. viij. Pone me vt ſignaculũ ſuper cor tuũ. Hoſtia em̃ parua paruulũ eſt ſignũ, ſed magni amoris expreſſiuũ cum ſup cor apponiť. Ex quattuor em̃ cõiecturari ſolet amantis amor. Primũ quidẽ ex cõmunicatiõe familiari. ꝑpter qđ dicit Ariſto. viij. Ethico. Incõmunicatio diſſoluit amicitias. qua ex cauſa nõ ſolũ voluit Chriſt⁹ cõmunicare nobiſcũ ſpũaliter ſed etiã corpaliter & ſacramẽtaliter. nõ ſolũ extra ſed & ĩtra nos hĩtare. Quia ꝗ videm⁹ & audim⁹ & odoram⁹ a nobis diſtãt. ꝗ vero tãgim⁹ extra nos ſũt. ꝗ autẽ mãducam⁹ & bibim⁹/ nobis ĩtimãť. Chriſt⁹ ꝑpterea vt ſe nr̃is ĩdelebiliter vniret cordibus: hoc ſacramentũ iſtituit per quod intra nos ſemper eſſet & ſe totum nobis irreuocabiliter donaret: & nos in ſe

C Euchariſtia. Qꝫ amor xp̃i fuit vna ex cauſis inſtitutionis ſacramẽti Euchariſtiæ.

D Amor xp̃i Qꝫ ex q̃ttuor ꝑpendiť amor xp̃i ĩ ſacramento.

conuerteret. vt noſtrum quilibet dicere poſſet illud Apoſtoli. Gala.vj. Viuo ego iam non ego, viuit vero in me Chriſtus. Secundo conſideratur ex magnifica amici refectione. Cum enim amicus amico magnum parat conuiuium & ex cariſſimis ſpeciebus & cibis confectum: tunc magni amoris indicium eſt. Nullum autẽ conuiuium hoc precioſius eſſe potuit: in quo corpus dominicum diuina maieſtate repletum manducandum fidelibus proponitur. Ex tunc enim recepit nos ad ſuum conductum & ad ſuas expenſas vt ſibi dicamus illud. Pſal. Deduces me & enutries me. Enutries quidem hoc cibo & eo mediante me deduces vſq; ad ſalutis portum. nec ſolum ad expenſas & conductum, ſed etiam ex hoc nos recepit in ſua domo tanq̃ ſibi familiares & commenſales. Vt eñi inquit Guil. Pariſieñ. libro de ſacramentis. Eius cẽſetur familia a quo & paſcitur & de cuius menſa viuit. & ita participantes hoc ſacramentum dei quodã modo commenſales efficit. Inde eſt q̃ cũ dominus non poſſet cum filijs Iſrael qui erant eius populus peculiaris verſa vice comedendo communicare: mittebat interdũ ignẽ de cælo qui partem ſuam ſacrificiorum quaſi ipſius vice vorabat. hæc Guil. Et quia nos cognoſcebat dominus multum eſſe amatores carnis: verbum caro factum eſt. & tunc dedit nobis carnem in epulum. Tertio conſideratur amor ex bonorum temporalium ꝓ amico ampla multum expoſitione: vt ſi quis amicus in neceſſitate conſtituatur & alter pro ſubleuanda huiuſmodi neceſſitate oia bona ſua/aut ſaltem eorum partem exponeret: tunc ille verus amicus comprobaretur. Sic fecit dominus qui non ſolum temporalẽ humanitatem quam ex tempore aſſumpſit, ſed etiam ipſam diuinitatem in hoc ineffabili ſacramento nobis donauit. & ad modum pij patris qui ab hoc mundo decedens cogitat dimittere theſaurũ filijs ſuis: quo per totam vitam ſuam ditentur: ſic iſte cum pio patre ſuo recedens ab hoc mundo ſuis fidelibus vt in perpetuum ditentur/largitus eſt. Roma. viij. Qui pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo non etiam cum illo nobis omnia donauit. Propter quod. j. Reg. xviij. in ſignũ amicitiæ Ionathas exuit ſe tunica qua erat indutus. & cum voluit recedere a Dauid dedit illam ſibi. Sic in ſignum amoris Chriſtus humanitatem qua erat indutus exuit ꝑ mortem in paſſione ſua: & receſſurus ad patrem illam nobis i hoc ſacramento donauit. Et quia frequenter diligitur plus donum q̃ dans: ideo voluit idem eſſe donum & dantem: vt amorem ſuum arctius in cordibus noſtris imprimeret. inde ſcribitur Ephe. v. Dilexit nos & tradidit ſemetipſum hoſtiam pro nobis. Quartum ſignum eſt mors ſponte pro amico ſuſcepta. Ioannis. xv. Maiorem hac dilectionem nemo habet &c. Omnium enim amoris ſignorũ

comenſales effi. dei

M.E.C.D. 2016

certiſſimũ eſt mors pro amico ſuſcepta. Nihilem̄ eſt humano cordi apertius ad amorem. Hinc eſt ꝙ vnuſquiſq; dicit ad probationem amoris quo amari ſe credit ab alio. Ideo me diligit ille, qui pro me ſi opus eſſet moreretur. Hęc autem maxime memorantur in hoc ſacramento. j. Corinthio. xj. Quotienſcunq; manducabitis panem hunc & calicem bibetis: mortem dñi annũciabitis donec veniat. ❡Sed circa hoc queritur quomodo hoc ſacramentũ dr̄ eſſe memoriale paſſionis: cum tñ nullam aut paucam videatur habere cum paſſione cōueniẽtiã. Tum ſecũdo. quia in Offerẽda miſſę dicit̄ hoc ſacramẽtũ nō ſolũ fuiſſe inſtitutũ in memoriã paſſionis, ſed etiã reſurrectionis & aſceſionis. Nō eſt igitur propriũ paſſionis memoriale. ❡Ad hoc reſpōdetur. Primo ꝙ quadrupliciter hoc ſacramentũ eſt ſignũ memoriale paſſionis. Primo quia hoc ſacr̄m in ſpeciebus ſacramẽtalibus in miſſa frãgit̄, in quo dat̄ intelligi fractio Chriſti in cruce & aperturę & foramina ꝑ quę emiſit ſanguinẽ. Secũdo. quia ex hoc ꝙ ſanguis Chriſti ſeparatũ cōſecrat̄ a corꝑe ei⁹: quis vtrũq; ſit integrũ ſub vtraq; ſpecie: ſignat̄ & repſentat̄ ꝙ ſanguis Chriſti fuit in cruce ſeparatus a corꝑe & extra corpus effuſus. Tertio per hoc datur intelligi (vt dicit Altiſiodo.) ꝙ paſcha noſtrũ imolat⁹ eſt Chriſtus. Sicut em̄ agnus paſchalis in memoriã liberationis Iſrael ex ęgypto interficiebatur & edebat̄: ſic cũ editur verus ille agnus qui in cruce occiſus eſt: in memoriã reducit̄ paſſionis effect⁹, quo a ſeruitute diaboli & peccati erepti ſum⁹. Quarto. quia terimus huius ſacramẽti ſpecies dentib⁹: ad oſtendẽdũ & memorãdũ tribulationes quas in cruce paſſus eſt & quibus attritus eſt. & hoc (vt dicit Altiſiodo.) vt imitemur patiẽtiã & humilitatẽ & alias eius virtutes quas ipſe oſtendit in cruce. Proinde ſic intelligit̄ illud verbũ Apl̄i. Mihi abſit gloriari niſi in cruce dñi. i. in amore quem mihi exhibuit dñs quando pro me crucifixus eſt, & in liberatione qua me liberauit, & imitatione virtutum quas oſtendit in cruce. Dicitur ſecundo ſcd̄m Alex. de Hall̄. i. iiij. ꝙ licet dñs principaliter ordinauerit hoc ſacramentum in memoriam fieri paſſionis vt aſſequamur ei⁹ fructum: tñ quia ad hoc aſſequendũ multum valet fides reſurrectiōis & ſpes aſcenſionis: ideo prędicta tria cōmemorat eccleſia. Paſſio quippe accẽdit charitatem, reſurrectio corroborat fidem, aſcenſio amplificat ſpem. Quid em̄ magis accẽdit charitatem q̄ ꝙ proprio filio non pepercit deus, ſed pro nobis omnibus tradidit illũ? Quid magis cōfirmat fidem q̄ ꝙ Chriſtus reſurrexit a mortuis primitię dormientium? qm̄ quidem per hominem mors, & per hominem reſurrectio mortuorum. Quid inſuper magis amplificat ſpem, q̄ ꝙ aſcendens in altum captiuam duxit captiuitatem. vt vbi ille eſt, illic ſit & miniſter eius? Hęc Hall̄. ❡Secũda inſtitutionis cauſa fuit

E
Euchariſtia.
Q ſacr̄m euchariſtię quadrupliciter eſt memoriale paſſionis.

F
Fides. Euchariſtia. Q̃ magni meriti eſt fides ſacri euchariſtię.

(vt inquit Guillelmus Altiſiodo. in quarta parte.) ad meritum fidei, quia fides non habet meritum vbi humana ratio prębet experimentum. Meritum em̄ fidei & laus eſt credere quod nō vides, & maxime id quod eſt ſupra rationem naturalē, vbi homo abnegat ſemetipſum potius credens primę veritati q̄ ſibi vel alicui rationi. Viſus em̄ ibi dicit eſſe panem & vinū, & dn̄s carnē & ſanguinē, qui ait. Qui vult venire poſt me abneget ſemetipſum. i. propriū intellectum & propriam voluntatem. Ait enim. Vos vocatis me magiſter & domine., & bene dicitis. Sum etem̄. Quia ergo ipſe eſt magiſter: magis debemus ei credere q̄ nobis. & quia ipſe eſt dn̄s: debemus abnegare propriam volūtatem & illi tanq̄ dn̄o obedire. i. voluntatē noſtrā volūtati eius cōformare. Hęc altiſiodo. Vnde Augu. libro de vtilitate credendi. Tanta eſt virtus fidei: ꝙ nec parentes carnales colimus niſi per fidē. Credo em̄ ꝙ iſte ſit pater meus, non ſcio: quia non eram qñ genuit me. Similiter nec patrē ſpūalem cognoſcimꝰ niſi per fidē. Vt ergo fides magnū habeat meritū: credimus ſub forma panis eſſe Chriſti corpus, qđ tn̄ nō videmꝰ. Inde & quidam rex francorum Philippus nomine cū ſibi diceretur ꝙ ad eccleſiā quādā accederet in qua inter manus ſacerdotis videbatur Chriſtus in ꝓpria forma: rn̄dit ſe nō veturū: ne fidei meritū perderet. Exemplo illiꝰ ęremitę cui apparuit diabolus dicēs, ꝙ ipſe erat Chriſtus. Cui quidē ęremita rn̄dit ſe nō eſſe dignū videre Chriſtū in terris, & ꝙ ſatis ſibi erat eum videre in cęlis. Sic & nobis ſufficit fides in hac vita ꝙ ibi ſit Chriſtus, vt in alia vita eum videre poſſimus, vt ſicut huius ſacramenti inſtitutio reſurrectionem pręceſſit dominicam, ſic huius fides claram huius viſionem antecedat.

G
Euchariſtia. Q̃ ſacrm̄ euchariſtię iſtitui debuerit añ paſſionē Chriſti probať triplici rōne

¶ Circa hoc eſt dubium. Vtrum tempus paſſioni Chriſti ꝓximum ad hoc ſacramentū inſtituendū fuit aptū. Et videtur ꝙ nō. quia ſignum memoriale debet ſequi & nō p̄cedere illud pro cuiꝰ inſtituitur memoria. Si igiť iſtđ ſacrm̄ fuerit inſtitutū in paſſiōis memoriā: debuit inſtitui poſt paſſionē & nō ante. Reſpōdetur per duas ꝓpoſitiones. Prima eſt. Congruū fuit hoc ſacramentū inſtitui modicū ante paſſionem. Probat de Argentina in quarto. quia Chriſtꝰ erat caput fideliū & nos membra eius, & ideo licet non eſſet neceſſariū hoc ſacramētū eo tēpore cū corporali ſua pręſentia caput illud ſuis mēbris iungebatur: tn̄ qñ per paſſionē iſta corporalis pręſentia tolli debebat: tunc illud ſacramētū erat neceſſariū vel ſaltem cōgruum, quatinus ſublata pręſentia corporali capitis ipſorum fidelium: adhuc ipſi manerent vniti ſuo capiti pręſentia ſacramentali. Secundo hoc idē patet ab alijs. Nā eo tempore debuit hoc amoris ſacramētum inſtitui: dum amoris maximum ſignum apparuit, ſed hoc maxime demonſtratum eſt paſſione imminente. iuxta illud Ioan. xiij. Cum dilexiſſet ſuos qui erant in mundo in finem dilexit eos.

M.E.C.D. 2016

Tum.quia non ſolum voluit tunc dare ſua & ſuos nobis.ſua quidem.i.omnium creaturarum ſuarum obſequia,& ſuos.i.angelos in adiutorium noſtrum,ſed etiam ſeipſum dedit.in filium per carnis aſſumptionem.Eſa.ix.Filius datus eſt nobis,in ſocium per naturę noſtrę conformitatem.Philippeñ.ij.Habitu inuentus vt homo.in magiſtrum per prędicationem.Ioãnis.xiij.Vos vocatis me magiſter & domine,& bene dicitis.in lucem per exempli operationem.Ioan.xiij.Exemplum dedi vobis.&c.in holocauſtũ medullatum per paſſionem.in patrem per gratię regenerationem.Ioan.j.Quotquot autem receperunt eum dedit eis poteſtatem filios dei fieri &c.& tandẽ nec ſuffecit ſed etiã ſeipſum dedit in cibũ ad ſpiritualem refectionem,ita vt hoc ſacramentũ eo tempore videatur inſtitutum:quo amor eius in terris ebulliebat. Tertio quia ea quę circa mortem alicuius diſcuntur:tenacius & firmius memorię imprimũtur.Inde eſt ꝙ antiqui religioſi in primitiua eccłia ſanctos patres migraturos de ꝓximo circũſtabant:vt aliquid doctrinę ſingularis quam memorię commendarent:ab eis acciperẽt.Ideo vt firmius fideliũ mentibus imprimeretur tantũ beneficiũ:cõueniens fuit prope mortem eius illud inſtitui.Quando enim aliquis ab amicis ſuis recedit:libenter dat eis aliquod iocale vt ſint ſui memores.Sic & Chriſtus fecit:cũ a diſcipulis ſuis receſſit.Vnde Hieronymus.Hanc memoriam nobis dedit,ſicut ſi quis proficiſcens peregre aliquod pignus ei quem diligit,relinquit.vt quotiens illud viderit:poſſit eius beneficium & amicitias memorari.Quem ſi ille perfecte dilexerit:illud ſine ingenti deſiderio vel fletu videre non poteſt.Dicitur ſecundo ſecũdum de Argentina.ꝙ licet ſignũ memoriale ſequi debeat quantum ad ſignationem:potuit tamen præcedere quo ad inſtitutionem:vt reducat rem huiuſcemodi ad memoriã.Propter qđ ait dñs diſcipulis ſuis.Et nunc dixi vobis priuſꝗ fiat:vt cum factũ fuerit reminiſcamini:quia ego dixi vobis.ideo ante paſſionẽ inſtitutũ eſt.Vnde ſcđm Bona.i.iiij.dñs añ paſſionẽ fuit cũ diſcipulis vt ſociꝰ:& ideo tũc reliqt ſigna amoris.ſed poſt reſurrectionẽ fuit vt dñs & quaſi extraneꝰ:ideo reliquit tũc magis ſigna timoris,vt ſuaꝝ cicatricũ oſtẽſionẽ.Dixit eñ Luc.vlti.Hoc eſt qđ dicebã vobis cũ adhuc erã vobiſcũ.¶Tertia inſtitutˀ õis cauſa fuit ad ſpei ſubleuationẽ.& hoc quadrupliciter.Nã ſubleuaꝛ fidelis primo ad ſperandum qđ petit obtinere.quia vt inquit Altiſiodo.in.iiij.)vult dñs ꝑſentialiter & corpaliter quotidie nobiſcũ eẽ:vt magis ſperemus obtinere petitiones noſtras.Nã ipſe eſt dator eorum quę petimus & orat & petit pro nobis,& ipſemet eſt donum ex quo maxime ſe habet in ꝑtãte ſua ſe dare.Ideo cũ habeamꝰ talẽ oratorẽ:nõ dubiũ quin obtineamus qđ petimꝰ,niſi ꝑ nos ſteterit.

H Euchariſtia. Spes. Qꝛ quatuor modis ſubleuatur ſpes nr̃a ex ſacramento euchariſtię.

¶ Secundo ad ſperandū ꝙ poſt hanc carnis corruptionē immortalitatē nobis donaturus eſt. Propter hoc etiā iudicamus ipſum mutaſſe panem vitę tranſitorię in panem vitę æternę: quia vult vitā noſtram mortalem in æternam tranſmutare, vt ſicut homo per eſum ligni venit in mortis neceſſitatem: ſic per eſum huius panis recuperet æternitatem. Sicut enim de primo ligno dictū eſt. Quacunq; hora comederitis de ligno ſcientiæ boni & mali, morte moriemini: ſic de hoc dictum eſt Ioan. ſexto. Qui manducauerit ex hoc pane viuet in ęternum. Propter quod & hic cibus in morte datur viatori: vt eum virtute ſua immortalem efficiat. ¶ Tertio ad ſubleuandum nos ad ſpem æterni conuiuij. Nam ſecūdum Guilelmum Pariſieñ. libro de fide & legibus. Nihil magis aggregat homines & conuenire facit in vnum locum q̄ cibus & potus. Si ergo ille cibus ſit æterni conuiuij & ſanctorum exiſtentium in cęlo: voluit nobis dominus hanc menſam parare, vt deum patremfamilias quo alimur cognoſcentes: ad ſanctorum communionem nos admittendos ſperaremus. Vnde Bernardus. Quis profecto non illic cupiat vehementer in altis montibus paſci in domo domini, vbi eſt adeps panis ille qui de cęlo deſcendit? Quomodo nos ſatiabit in patria: quos hic tam ſuauiter refecit peregrinos? Secūdū Ioānem Gerſon. Dederat domin⁹ olim animę rationali multa pignora ſuę dilectionis & arras pulchras ſuę deſponſationis: ſcilicet cęlū & terram ad eius obſequium & ſolatiū. Cōtempſerunt has arras plurimi etiam philoſophorū & eis omnia vilia erant: propter quod ad extremū ſeipſum in arram dedit: dum in hoc ſacro conuiuio iuxta eccleſię canticū. Futurę glorię nobis pignus datur. ¶ Quarto ſubleuatur homo ad ſpem aſcendendi ad cælum. In cuius figura iij. Regum. xix. Ambulauit Helias in fortitudine cibi illius vſq; ad montem dei Oreb. Hoc autē declarat quidam in quodam Rationali diuinoꝝ officioꝝ dicēs. Ait quippe dn̄s. Nemo aſcendit in cęlum niſi filius hominis qui eſt in cælo. Illi autem vni & ſoli qui de cælo deſcendit tanq̄ ſuo capiti cuncta corporis membra annectuntur: omnes qui in fide huius ſacramenti, in plenitudine huius charitatis ſunt recepti, & ſic vnum corpus, vna perſona, vnus Chriſtus, vnum caput cum ſuis membris in cælum aſcendit, dixitq; gratulabundus glorioſam domino aſſignans eccleſiam. Hoc nunc os ex oſſibus meis & caro de carne mea. & oſtendens ſe & illam in perſonę conueniſſe vnitatem ſubiungit. Et erunt duo in carne vna. Magnum hoc ſacramentum eſt. Caro Chriſti quę ante paſſionem erat ſolius verbi dei: per paſſionem ita creuit & dilatata eſt, ita mundum vniuerſum impleuit: vt omnes electos qui fuerunt ab initio mundi vel futuri ſunt vſq; ad vltimum electum

M.E.C.O. 2016

in fine ſeculi:noua conſperſione huius ſacramenti in vnam eccleſiā faciat deum & homines ęternaliter copulari. Caro illa vnum erat granum frumenti anteq̄ cadens in terram mortuum fuiſſet: nunc poſtq̄ mortuum eſt creſcit in altari,fructificat in mentibus & corporibus noſtris,& aſcendente magno & diuite domino meſſis terram fructiferam in qua creuit:ſecum trahit in horrea cęli.

¶Circa hoc quęritur quare noctu inſtitutum eſt hoc ſacramētum & poſt cœnam,cum tamen aliter eccleſia celebrari decreuerit. I Euchariſtia.

¶Dicitur primo ꝙ noctu inſtitutum eſt. Primo.quia ea quę nocte diſcuntur tenacius imprimuntur,eo ꝙ ſenſus minus q̄ in die vagātur,& magis recolligiť homo interior. Ideo vt tenaci⁹ infigereť in cordib⁹ diſcipulo⁊ hoc ſacramētū:nocte inſtitutū eſt. Propter qđ & apoſtoli(vt dr̄ Actuū.ij.)ita tenaciter illi ſacramētali cōmunioni adheſerūt:vt quotidie perſeuerarēt in cōicatione fractionis panis. Q̄ppter tria inſtitutum eſt ſacramētū euchariſtię nocte.

¶Secundo vt oſtenderet hoc ſacramētum eſſe repręſentatiuum mortis eius,ideo nocte qua tradebatur ad mortem ipſum inſtituit.

¶Tertio vt hi qui ſunt in nocte mortis ipſum pro ſolatio aſſumāt.

¶Dicitur ſecundo ꝙ inſtitutum eſt poſt cœnam. Primo ad oſtendendum ꝙ pro ſolis amicis pręparatum erat. Q̄uis eñ ad prandium nuptiale indifferenter admittantur omnes: ad cœnā tamen ſoli amici recipiuntur. Sic ſacramētum iſtud pro ſolis amicis Chriſti inſtitutum eſt, q̄uis interdum ſe ingerant inimici, ſicut ſe iudas ingeſſit. Vnde & Matth.xxvj.ait. Facio apud te paſcha cum diſcipulis meis. Secundo vt oſtenderet legalia terminari ſicut terminatur tenebra luce apparente. Tertio vt oſtenderet ꝙ mentis,non corporis cibus eſſet. Prius eñ quod animale,deinde quod ſpūale.j.Corinth.xv. Et propter hoc ibi documentum oſtendit dñs,ꝙ ſacerdotes & chriſtiani nō tātū de animali cibo accipiant:quin poſtmodum ſint capaces cibi ſpiritualis.ſ. diuini eloquij. Poſt eñ materialem cibum dedit eis dominus ſpiritualem. ¶Quarta inſtitutionis cauſa(vt dicit Richar.de media villa in quadam expoſitione textus ſententiarū)eſt vt haberet eccleſia quod dignum deo offerret. Nam Mich.vj.ſcribitur. Quid dignum offeram dño? curuabo genu deo excelſo? Nunquid ei offeram holocauſta & vitulos anniculos? Nunquid placari poteſt in milibus arietum,aut in multis milibus hircorum pinguium? Nunquid dabo primogenitum meū pro ſcelere meo:fructum ventris mei pro peccato animę meę? Sed ad hęc reſpondet dominus illud Pſalm̄. Non accipiam de domo tua vitulos: neq; de gregibus tuis hircos. meę ſunt omnes ferę ſiluarum,iumenta in montibus & boues. Sed ſi offeramus ei hoſtiā illam immaculatam dicet pater. Hic eſt filius me⁹ dilectus: in quo mihi bene complacui. K Euchariſt. Tres cauſę inſtitutionis euchariſtiæ poſt cœnā

Quæritur vlterius vtrum iſtud ſacramentum in lege veteri ante Chriſti aduentum debuerit inſtitui. Et videtur ꝙ ſic. quia medicina confortatiua dari debet debilibus vt ſuſtententur & conforten tur, ſed iſtud ſacramentum eſt medicina confortatiua, & ante Chriſti aduentum fuerunt homines debiliores q̄ poſt. igitur. Item omnis viator indiget viatico cibo, ante Chriſti aduentum omnes erāt viatores non minus q̄ poſt, & iſtud ſacramentum eſt viaticū. igitur. Item nō videtur quare tot milibus annorum ſuſtinuit deus imperfectionē tantā in ſuo cultu, quare igiꝰ non prius glorię ſuę & saluti noſtrę conſuluit. Ad hoc reſpondetur. Primo ꝙ non debuit in veteri lege inſtitui ſacramentum hoc, ſed in noua lege tm̄ propter multa. Primo. quia aliter debent nutriri pauperes, aliter diuites. diuites quidem delicate, pauperes cibis groſſis. Et quia Iudæi ante Chriſti aduentum erant pauperes. pauperes ſcilicet ſenſu & intelligentia, eo ꝙ ſenſum & intelligentiam ſcripturę capere non valebant. pauperes etiam beneficijs dei in comparatione ad nos. Vnde Apoſtolus. ſecundo Corinthiorum octauo. Factus eſt pauper cum eſſet diues: vt illius inopia diuites eſſemus. Ideo Iudęis dedit dominus cibum ſatis aſperum: ſcilicet verbum dei. de quo Deuteronomij quarto. Nō in ſolo pane viuit homo. &c. Nos autem beneficijs dei multo plus diuites expediebat nutriri illo pane delicato. de quo Geneſis quadrageſimo nono. Pinguis eſt panis Aſer & prębebit delicias regibus. Secunda ratio. quia aliter debent viuere ſerui, aliter domini. Et quia populus Iſrael domino timore ſeruiebat, iuxta illud Pſal. Seruite domino in timore. nos autem amore tanq̄ filij. Ideo ſcd̄m Alex. de Hall. in lege ſcripta debebant eſſe ſacramenta timoris, puta animalium ſacrificia. Si enim ita puniebantur animalia pro peccato hominis vt occiderētur: maxime fuit homini de pœna ſibi inferenda timendum. Nūc autem lex eſt amoris in qua ex cōſideratione tanti beneficij poteſt homo ſperare de prętnio quaſi infinito: ideo tunc conueniens fuit ipſum preſtare beneficium. Et ſi dicatur ꝙ Exodi. iiij. ſcribitur ꝙ populus Iſrael erat primogenitus domini. Ait enim. Filius meus primogenitus Iſrael. & ita iuxta legem primogeniturę ſibi conueniebat illa portio duplex corporis & ſanguinis Chriſti. Dicitur primo ꝙ ſcriptum erat ꝙ maior ſeruiet minori. ſcilicet populus Iudaicꝰ qui fuerat maior natu non numero ſeruiret populo chriſtiano. Dicitur ſecundo ꝙ ex forefacto ſuo maximo in deum & Chriſtum ſuum amiſerunt illam duplicem portionem. Tertia ratio. quia aliter nutriendi ſunt paruuli, aliter grandęui, ſed cum fuerunt ante Chriſti aduentum, fuerunt vt communiter paruuli, & ſuum. a. b. c. diſcen-

L
Euchariſtia.
Quatuor cauſę propter quas iſtitutum eſt ſacr̄m euchariſtię i lege noua & nō veteri.

M.E.D.O. 2116

tes.ſ.elementa & figuras beneficiorum dei. virgis tamen domini indigentes nec capaces myſterij tanti. Nam( vt habetur Hebręorum ſeptimo.)Nihil ad perfectum adduxit lex. Vnde Guillelmus pariſienſis libro de ſacramentis. Si rudiměta & quaſi alphabetum perfectionis diuini cultus vix pauciſſimi in mundo,ſ.ſola gens Hebręorum innumeris inducta miraculis,tot & tantis flagellis compulſa,quodam modo recipere potuit: quanto fortius totus mundus ad hoc fuit ineptus. Sed ſuſtinuit deus hanc imperfectionem in ſuo cultu donec veniret plenitudo temporis. Gala.quarto. Quemadmodum ſuſtinet pueritiam in pueris,& paruitatem in ſeminibus & animalibus,donec per incrementa ad magnitudinem ſuę perfectionis perueniant. Quarta ratio.quia ſacramentum plenitudinis gratię non debuit inſtitui quouſq; gratię tempus adueniret,ſed eucharistia eſt ſacramentum plenitudinis gratię. Dicitur eñ eucharistia quaſi bona gratia. Tempus autem gratię eſt poſt Chriſti aduentum,ergo tunc debuit & non ante inſtitui. Et huic alludit figura Heſter.j Nam Aſſuerus tertio anno imperij ſui:ſcilicet poſt tempus legis naturæ & legis ſcriptę tempore legis gratię in horto eccleſiæ fecit parari grande conuiuium:ſcilicet corpus Chriſti,a quo conuiuio longe ieiunerauerat mundus ante incarnationem. Propter quod compatiẽs dominus dicit Marci.viij. Miſereor ſuper turbam.quia ecce triduo:ſcilicet ante legem,ſub lege, & poſt legẽ me ſuſtinuerunt,nec habent quid manducent. Inde & dicebat dominus miſericors. Scitis quia poſt biduum paſcha fiet.poſt biduũ ſcilicet naturæ & legis ſcriptę.ideo tempore tali congrue inſtituit hoc ſacramentum. Dicitur ſecundo ꝙ debilibus prius dari debet medicina pręparatiua q̃ fortis, al's ipſi periclitarentur. Ideo in veteri lege pręceſſerunt multæ figuræ huius ſacramenti tanq̃ præparatiua medicina a remotis diſponẽs homines ad ſuſceptionem huius ſacramenti. Deinde ſucceſſit prædicatio Chriſti tanq̃ præparatio proxima ad recipiendum fortem medicinam, & tamen iſtis non obſtantibus quidam fortitudinem huius medicinę non poterant ſuſtinere. Nam dicente Chriſto Ioannis ſexto. Niſi manducaueritis carnem filij hominis,dicebant quidam. durus eſt hic ſermo, & quis poterit eum audire. & abierunt retro quaſi abhorrentes fortitudinem illius medicinæ. Dicitur tertio ꝙ viaticum duplex inuenitur. Vnum ſuſtentans tranſeuntes per viam, & iſtud nunq̃ fidelibus defecit:quia ſemper habuerunt ſacram ſcripturam vel aliquam reuelationem, vel diuinam conſolationem. Aliud viaticum eſt perducens vſq; ad patriam, & illud eſt euchariſtia, & tale viaticum dari non debuit niſi eo tempo-

M Euchari= ſtia. Q; eucha riſtia data eſt quaſi medicina cõtra mor bum pec= cati.

re quo patri noſtro placuit nos ad cæleſtem gloriam peruenire.
¶ Quinta inſtitutionis cauſa fuit in remediũ morbi peccati. Vnde
Eccli.xliij. Medicina oĩm in feſtinatione nebulę.i.in deſcenſu feſti=
no & celeri illius qui ſub illa parua hoſtia quaſi ſub parua nube te=
gitur. Medicus enim tenerrime diligens infirmum qñ videt ne=
ceſſitatem ſui receſſus ab infirmo:nõ obliuiſcitur infirmi,ſed parat
ei medicinam bonam dicens ei medicinę conditionem & virtutẽ,
& quomodo debet ſumi pro ſalute recuperãda. Chriſtus aũt tener=
rime & fideliter dilexit paupes pctõres. Nũq̃ egenũ medicus,nũq̃
filium mater tantũ dilexit:quia dilexit nos & lauit nos in ſanguine
ſuo. Apoca.j. Sciens itaq; ꝙ oportebat eum a nobis recedere,& ꝙ
in craſtinum debebat eſſe amara ſeparatio:non oblitus eſt noſtri,
ſed more boni medici præparauit nobis medicinam adeo precio=
ſam & virtuoſam, ꝙ ſi ſumatur modo debito,potens eſt omnem
ſpiritualem ſanitatem efficere.cuius medicinę conditionem expri=
mit cum dicit Ioan.ſexto. Ego ſum panis viuus qui de cælo de=
ſcendi. Virtutem autem exprimit cum dicit. Si quis manducaue=
rit ex hoc pane viuet in ęternum. Modum ſumẽdi exprimit Apo=
ſtolus.j.Corinth.xj. Probet autem ſeipſum homo &c. Sic miſertus
dñs languentium in infirmaria militantis eccleſię: de pane cęli fe=
cit offam pinguem(vulgo vne toſtee)quę fuit intincta in ſanguine
ſuo quaſi in vino vt mederetur nobis. Inde eſt ꝙ vna pars hoſtiæ
in calicem demittitur. Sed videtur ꝙ neceſſarium non fuerit hanc
medicinam pręparare. Sicut enim medicis doctis ſatis eſt habere
libros vbi inueniant remedia pro occurrẽtibus morbis:videtur ꝙ
ſimiliter ſufficiebat ſancta ſcriptura ad medẽdũ morbis peccatoꝝ
& ad memoriam beneficiorum dei. Reſpondet quidã in libro quo
dam intitulato de officio miſſę.ꝙ adhuc non ſufficiebat ſacra ſcri=
ptura. Tum primo.quia ex magna parte genus humanũ obliuio=
ſum eſt & indocile. vt patet in iuuenibus & antiquis & rudi ple=
be. Tum ſecũdo.quia ſcriptura cõtinet magnas difficultates quas
attingunt pauci.propter quod cibus ſcripturę paucorũ eſt,nõ oim.
Tum tertio.quia meditatio ſcripturę ſolius animę eſt pabulũ: diui=
na vero pietas & corp9 & aiam ſibi cõiungere cupiebat,& vtrũq; in=
firmũ medicamẽto(qđ ipſe nouerat)ſanare ꝑperabat. Ideo magna
arte diuina ſapiẽtia hęc pigmẽta ſua voluit cõponere, quib9 quoti=
die ad memoriã populi groſſo mõ reducerẽt,vt inde morb9 ei9 le=
thargic9 ſanarẽt,& plebs adhuc infantula,imo edẽtula,q̃ neſcit cibũ
ſcripturę maſticare & digerere,& ſolidũ illi9 cibũ glutire:ſub hoc ele
ctuario dulciſſimo verbi diuinitatẽ vna cũ humanitate eiuſdẽ ſub
panis & vini ſacramẽto quaſi ſub ſorbitiuncula aſſuefaceret accipe

N Euchari= ſtia. Sacra ſcri= ptura. Quare nõ ſufficiebat ſcriptura ſacra ſine euchari= ſtia cõtra morbum peccati.

M.E.C.D. 2016

re. Hæc quidam in quodam libro de officio miſſę. ¶ Sexta inſtitu
tionis cauſa ſecūdum Rich. in quadam expoſitione textus. vt idē
eſſet cibus hominum & angelorum. & hoc propter multa. Primo.
ad tollendam diſcordiam inter homines & angelos. Diuerſitas ei
ciborum diſcordiam parit in eadem familia. Ideo panem angelo-
rum manducauit homo. Secundo in ſignum deſponſationis ma-
tris eccleſię. Nam conſuetudo eſt ꝙ quando diues aliquis habet
magnam familiam & accipit ſibi aliquam vxorem viduam quę ſi-
militer multam habet familiam. quę familiæ prius erant ad diuer-
ſos panes, matrimonio facto ſunt ad vnum panem & cibum. Sic ac-
cidit ꝙ filius dei qui multam habebat familiam. ſ. angelos paradi-
ſi. accepit in vxorem naturam humanam vel eccleſiam in huma-
na natura ſua tanq̄ pauperem & viduam. quæ multam habebat fa
miliam. ſ. populum fidelem. Ideo conueniens fuit vt homines &
angeli qui erant ad diuerſos panes: modo ſint ad vnum panem: q
Christus eſt. i quo cibo duo ſunt fercula ſaporoſa. natura ſcilicet di-
uina & humana. Tertio propter miſericordiam eius. Nam homo
peccando & a ſtatu rationis & hominis cadendo in tantum com-
paratus eſt iumentis inſipientibus, ꝙ omnē eſcam rationalis crea
turę. angelorum videlicet atq; hominum, abominata eſt anima ei⁹
& appropiquaret vſq; ad portas mortis. Ideo ſpiritualiter infirma-
ti ſunt homines. nec fuit qui adiuuaret, donec deus ex miſericor-
dia ſua ad lamentabilem clamorem prophetarum & patriarcharū
& bonorum virorum qui tunc erant, quadam compaſſione excita-
tus. ne miſerum iumentum ſuum finaliter fame periret. & vt con-
gruentius iumentum iſtud paſceret: ad ſtabulum ſeu locum iumen
torum venit. & inter iumenta natus ponitur. factus fœnum & pa-
bulum rationalium iumentorum in terris. quando verbum caro
factum eſt. & omnis caro fœnum. qui tamen in cælis erat panis an
gelorum. Quarto. quia (vt dicit Philoſophus ſecundo de genera-
tione.) Ex eiſdem ſumus & nutrimur. Ideo vt transferrentur homi
nes in angelos. & humana vita in angelicam per imitationē. quia
educatio facit mores. vt ait Seneca. voluit dominus nos angelo-
rum pane nutriri.

Q. Euchari-
ſtia.
Propter
quattuor
idē cibus
eſt hoīm
& angelo
rū in eu-
chariſtia.

¶ Sermo Tertius de qualitate & conditioni-
bus Euchariſtiæ per thema.

A Euchariſtia. Q̃ caro xp̄i excellētiorē cęteris carnibus in multis

Caro mea vere eſt cibus. Ioannis. vj.

¶ Secundum apoſtolum .j. corin. xv. Non omnis caro eadem caro. ſed alia hominum, alia pecorum. Non enim caro hominis dei ſimilis eſt conditionis cum illa quam comedimus ex pecoribus & volucribus. Nam ea q̄ eſt volucrum & quadrupedum ſæpe faſtidit appetitum. iuxta illd̄ numeri. xi. Anima noſtra nauſeat ſuper cibo iſto leuiſſimo. Caro autem Chriſti quam in ſacramento manducamus: a ſanctis & ſanis appetitibus quāto magis editur tanto plus deſideratur. iuxta illud Eccleſia. xxiiij. Qui edunt me adhuc eſurient. Inter quos Iob vnus pro omnibus iuſtis deſiderabat hunc cibum dicens. Iob. xxxj. Quis det de carnibus eius vt ſaturemur. Secundo. caro pecorum & generaliter omnium aliorum hominum caro tendit ad putredinem & corruptionem. ꝓpter quod non eſt ſemper ſana ei⁹ comeſtio. iuxta illud Iob. vij. Induta eſt caro mea putredine. & Gen̄. vj. Omnis quippe caro corruperat viam ſuam. Sed carnem Chriſti ſecure comedamus. Tū pͥmo. quia Petri teſtimonio. Act. ij. neq; caro eius vidit corruptionē Tum. quia ſaniſſimus eſt cibus. ſecundum q̄ dicit. Caro mea vere eſt cibus. Tertio. quia comeſtio illius carnis ſæpe commouet iram dei propter adiunctam vehementem concupiſcentiam. Vnde Numeri. xj. Flagrauit populus deſiderio carnium. neq; ſunt fraudati a deſiderio ſuo. ſed dedit eis dominus carnes ad veſcendum. & ſtatim iratus eſt furore magno. Pſal. Et pluit ſuper eos ſicut puluerē carnes. & ſicut arenam maris volatilia pennata. & ſequitur. Adhuc eſcę eoꝝ erāt ī ore eoꝝ. & ira dei aſcēdit ſup eos. Hic ad Hebræos. xij. propter vnam eſcā perdidit Eſau primogenita ſua. Sed ex huius beatiſſimę carnis comeſtione nulla ſequūtur incommoda: qm̄ potius ſani eam comedentes amorem dei & vitam conſequuntur æternam. De amore dei patet ꝑ illud Ioan. vj. Qui māducat meā carnem & bibit meum ſanguinem: in me manet per charitatem. & ego in eo ſimiliter. De ſecundo patet per illud Ioan. vj. Qui manducat meam carnem & bibit meum ſanguinem, habet vitam æternam. Propter quod Maria hunc cibum ſæpe ſolicite creditur comediſſe: & non ſolum comediſſe, ſed ſæpius ſub tabernaculo ī quo hoſtia ſacra reponebatur/ requieuiſſe. vt dicunt quidam deuoti doctores ſuper illud Canti. ij. Sub vmbra illius quem deſideraueram ſedi: & fructus eius dulcis gutturi meo. Illius ergo fructus ſuauitatem ab illa queramus. ſcilicet gratiam & deuotionem dicentes. Aue maria gratia plena &c.

M.E.C.D. 2016

B.

¶ Caro Chriſti non inconuenienter cibus appellatur propter quattuor. Primo. quia ſicut ex cibo ſumpto reparatur vigor deperditus. (Calor enim naturalis cõſumit humidum radicale. & tandem per cibum reſtauratur) Sic calor cõcupiſcentię habitualis in actum exiens vicijs & tentationibus & mundi occupationibus conſumit humidum gratiæ in quo conſiſtit vita animæ. Sed per iſtum cibũ reſtauratur vigor & feruor gratiæ & peccata relaxantur. Propter quod lugebat Pſal. ariditatem cordis ſui & deperditionem huius humoris. quia non manducauerat hunc cibum dicens. Aruit cor meum: quia oblitus ſum comedere panem meum. Secundo. quia ſicut homo cum eſt in ſtatu augmenti per cibum augetur. propter quod pueri indigent frequenti cibo. ſic hic cibus nos ſpiritualiter auget. Et quia ſemper ſumus in via huius ſeculi in aptitudine augmenti ſpiritualis: ideo tanq̃ famelici debemus frequenter hunc cibum ſumere vt augeamur in virtutibus. Et non ſolum vnumquẽq; fidelium auget. ſed etiam totum corpus eccleſiæ. dum mali ad deum reuertendo hunc cibum aſſumentes. iuxta illud Pſal. Dediſti eum eſcam populis Aethiopum. vnum corpus efficiuntur cum electis. & ſic creſcit corpus eccleſiæ. Tertio. quia ſicut per cibum fortificatur homo cõtra labores & impinguatur & in guſtu delectatur: ſic ex hoc cibo ſacramentali ſpiritualiter contingit. Nam (vt ait beatus Thomas in officio de corpore Chri.) O admirandum conuiuium ſalutiferum & omni ſuauitate repletum. in quo Chriſtus nobis proponitur ſumendus verus deus. Nullum eo ſalubrius quo peccata purgantur: virtutes augentur: & omnium chariſmatum gratia mens impinguatur. Quarto. quia q̃uis dicatur vulgo. dung pain mengier ſe ennuye on. i. frequens comeſtio vnius panis generat faſtidium. tamen ſemper panis comeditur: nec vnq̃ apud incolumes faſtiditur ſicut alij cibi. Dicunt enim medici ꝙ cibus ille cõuenientiſſimus eſt humanę naturæ. Sic iſte panis nunq̃ faſtidit comedentem, ſed magis appetitum excitat & deuotionem. iuxta iã allegatum. Qui edunt me adhuc eſurient. Quia tamen cibus corporeus & corporaliter ſumptus impuriorem reddit calorem naturalem corporis. vt dicit Ariſtote. ſecundo de generatione. quare nõ eſt cibus ita verus & ita conueniens. iſte vero cibus ſumptus auget animæ calorem & virtutem. quia auget gratiam. Ideo cibus ille corporeus non eſt vere cibus. & veraciter dominus dixit. Caro mea vere eſt cibus.

Eucharisti. Propter quattuor caro xp̄i appellat̃ cibus.

¶ Hic primo dicendum eſt de excellentia cibi huius ſuper alios cibos. Secundo de excellentia huius ſacramenti ſuper alia ſacramenta.

C
Euchari-
ſtia.
Cibus
Sex diffe
rentiæ
cibi ſacra-
mentalis
ab aliȷs ci
bis.

¶Quantum ad primum: ſciendum ꝙ inter cibum iſtum & cibũ
corporis.q̃uis ſit multiplex differentia. ſex tamen pro nunc expli
cabuntur. Prima differentia. quia cibus corporis ſic nutrit corpus,
ꝙ tamen non eſt vita corporis. licet ſuſtentet eam. ſed cibus iſte ſu
ſtẽtat aiam: & ẽ vita aię. licet enim corpꝰ viuat per inhęſionem aiæ
ipſi corpori, e conuerſo tamen eſt ibi. quia anima non viuit niſi ꝑ
inhęſionem ipſi deo per gratiam. ita vt ſecundum Guil. libro de
ſacramentis. licet cæteri cibi poſſint ad modicum ſubtrahi ſalua vi
ta quam ſuſtentant & reparant: hic tamen cibus nec ad modicum
ſubtrahi poteſt. Eius enim ſubtractio extinctio eſt vitæ. & ꝓpter
hoc vera animarum vita dicitur. ſicut ipſę animæ dicuntur vera &

D
Euchari-
ſtia.
¶cibus
ſacramen
talis ẽ vi-
ta animę

naturalis vita ſuorum corporum. Ideo ſicut ſeparatio animæ a cor
pore ad modicum etiam eſt mors corporis: ſic ſeparatio dei a men
te humana quantulibet modica eſt mors animæ. Nec eſt mirãdũ
(vt dicit Guil.) eum eſſe vitam animæ, cum Dañ. xiȷ. vocet eum
Daniel vitam ſeculi. Nam vbi habemus iurauit per viuentem in
æternum, hebręus habet. iurauit per vitã ſeculi. Et propterea ſol
intelligentię. Sap. v. & ſol iuſtitiæ Malach. iiȷ. nominatus eſt. Si-
cut enim ſubtracto toto ſole radioſitas eius ſimul ſubtrahitur: ſic &
deo ſublato a mente humana radioſitas donorum & gratiarum. ſi
ne quibus deo nemo placuit vnq̃: ſubtrahitur. Vnde & poeta Ara
tus teſtatur illud dicens. In ipo viuimus. mouemur. & ſumus. Prę
terea. quis eſt qui non audiat pauperem & egenum, cum ab eo tol
litur hęreditas aut ſubſtãtia ſua conquerentem. quia tulerunt a me
vitam meã? Quis ergo peccator pauper & inops non dicat vitã
ab eo tolli. cum ab eo hęreditas illa tollitur & ſeparatur. de qua Ec
cleſia. xxiiiȷ. Hęreditas mea ſuper mel & fauum. Sed quid quęri-
mus de hoc plurima teſtimonia, cum ipſemet qui eſt veritas. dicat
Ioan. vȷ. Qui manducat me viuit propter me? Et iterum. Qui mã-
ducat ex hoc pane viuet in ęternum. & iterum. Iſte eſt panis qui de
cælo deſcendit & dat vitam mundo. & iterum. Ego ſum panis vi-
tę. Sine igitur incorporatione huius panis non eſt vita nec gratię:
nec glorię. Secundo differunt. quia cibus corporalis conuertitur in
ſubſtantiam viuentis. ſed iſte cibus non conuertitur in ſubſtantiã
animę fidelis. ſed e conuerſo eam conuertit in ſe & eam ſibi vnit ꝑ
amorem. propter quod ſacramentum vnionis appellatum eſt. ſi-
cut videmus ꝙ cibus fit vnum cum cibato per conuerſionẽ vniꝰ
in alterum. ſed longe differenter. Quia enim nobilius trahit ad ſe
ignobilius. & fortius minus forte. & homo nobilior eſt cibo natura-
li quem ſumit: ideo illum ad ſe trahit & in ſe conuertit. Sed cibꝰ iſte

E
Euchari-
ſtia.

ſacramentalis. quia melior eſt ſumente: ideo cibus iſte conuertit in
ſe cibatum. Propter quod a domino dictum eſt beato Auguſtino:

M.E.C.D. 2016

vt ipſe teſtatur in libro Confeſſionum. Crede & manducabis me. Nec tu me mutabis in te, ſicut cibum carnis tuæ. ſed tu mutaberis in me. Et propter hoc etiam appellatur hoc ſacramentum cōmunio. quia ſicut cibus ſumptus vnitur membris: & etiam inuicē vnit ſingula membra ad quæ defertur. ſic per hoc ſacramentum non ſolum capiti Chriſto vnimur: ſed etiam omnibus eius membris. vt ſimus omnes vnum corpus in Chriſto. Et ad iſtud propoſitum dicitur. Numeri. xiij. Terra quam luſtrauimus. ſ. promiſſionis. quæ re vera fluit lacte humanitatis & melle diuinitatis: deuorat habitatores ſuos. i. ſibi incorporat per amorem eos qui comedendo hoc ſacramentum manent in Chriſto. Ioan. vj. Qui manducat meam carnem & bibit meum ſanguinem: in me manet & ego in eo. vt eorum quilibet dicere poſſit illud Cantic. vij. Dilectus meus mihi & ego illi. & ad me conuerſio eius. Eſt enim duplex eius conuerſio. Vna & prima qua ſe conuertit in me in incarnatione. cum deus factus eſt homo pro me ſaluando. Secunda vero qua me conuertit i ſe. quod fit in dominici corporis ſuſceptione. Eius autem conuerſio ad me vtrumq; per ſuam gratiam miſericorditer operata eſt. Dicam ergo veniens ad te domine Ieſu. Accedo ad te domine, vt me qui membrum ſum meretricis: facias membrum tuum. & non viuam iam ego. viuas vero in me Chriſte. dicamq; a modo cū gratiarum actione. Impleuit me ſpiritus tuus. quia deficit ſpirit⁹ me⁹. Sicut enim corporalis cibus non poteſt accipere vitam comedentis, niſi prius vita propria careat. (Caro enim pulli prius propria vita priuatur q̄ in vitam hominis comedentis transferatur.) Sic oportet nos veteri vita noſtra. i. propria ſenſualitatis voluntate priuari: ſi voluerimus per hoc ſacramentum corporis Chriſti viuificari. vt viuat in nobis ipſe Chriſtus. & nos in ſe conuertat. Et ita ſi iſte cib⁹ nos conuertit in ſe: ſignum eſt ꝙ animam ipſam moueri facit. non ſecundum ſenſualitatis appetitum: ſed ſecundum Chriſti voluntatem & imperium. Caro enim porci quamdiu eſt in porco: mouetur motu ambulationis ad porci motum. comeſta vero ab aquila & in ipſam conuerſa: motu volationis ad ſuperiora eleuatur. Sic mens prius porcino more ad hęc inferiora decliuis: virtute huius ſacramenti in Chriſtum conuerſa, myſtice ad voluntatem & imperium Chriſti incipit moueri. Tertio differunt. quia cæteri cibi non niſi ad tempus hominem nutriunt. etiam quantūcumq; vtatur bono medicorum regimine. Hic vero in iuſte viuētibus animam ſic nutrit: ꝙ eam perpetuat. Quod oſtenditur. quia ſi lignum vitæ in medio paradiſi poſitum hac virtute preditū eſt vt vitam corporalem perpetuaret: quanto magis attribuendum eſt corpori & ſanguini Chriſti ſi debite ſumantur: animarum vitam perpetuare. Inde Ioan. vj.

Q[uod] cib⁹ ſacramentalis ipſe conuertit ſumētem. & de duplici cōuerſiōe xpi.

Euchariſtia.

Ꝙ cibus ſacramẽ-talis aniꝫ mã ppe-tuat. & ecclesiã cõ-tinuabit. ſic ꝙ eo ceſſante ceſſabit eccleſia.

Qui manducat hunc panem viuet in æternum. Ideo de conſecra. d.ij. Re vera ſic dicit Ambroſius. Re vera mirabile eſt ꝙ manna plueret deus patribus. ꝙ quotidiano cæli paſcerentur alimẽto. ſed tamen qui illum panem manducauerunt in deſerto mortui ſunt. Iſta autem eſca quam accipitis ille panis eſt qui de cælo deſcendit Quicumq; hunc panem manducauerit non morietur in æternũ. quia caro Chriſti eſt. Et non ſolum hic cibus hominem in ſe perpe tuat, ſed etiam totam eccleſiam vſq; ad finem mundi continuabit. ita ꝙ quandiu durabit hoc ſacramentum; permanebit eccleſia in ſuo robore & non vltra. hoc patet. Primo per apoſtolum .j. Corin. xj. Quotienſcumq; (inquit) manducabitis panem hunc & calicem bibetis: mortem domini annuntiabitis donec veniat .ſ. ad iudiciũ. Secundo hoc idem patet ratione. Primo. quia deficiente alimen-to neceſſe eſt vitam deficere. ſed iſte eſt panis qui dat vitam mun-do. Ioan. vj. Ergo eo deficiente deficiet mundus. Secundo. hoc idẽ patet. quia Eſa. lxv. Secundum dies ligni erũt dies populi mei. ſed quod continetur in hoc ſacramento eſt lignum vitę in medio para diſi ſitum (propter quod communiter in medio eccleſiæ in loco e-minentiori collocatur.) quemadmodum lignum vitę in medio pa radiſi) ergo tamdiu durabit popul⁹ domini quamdiu hoc ſacramẽ tum in eccleſia permanebit. Tertio. hoc idem in figura oſtenditur. Nam circa caſtra filiorum iſrael deſcendit manna tm̃ in deſerto. ita ꝙ eis defecit, cum terram promiſſionis ingreſſi ſunt. Sic hoc ſa-cramentum quãdiu contigerit homines per præſentis miſerię de-ſertum euagari frequentabitur. nec deficiet, vſquequo terram ꝓ-miſſionis paradiſi perueniamus. quandoquidem tunc non ampli⁹ auferetur. ſed videbimus eum ſicuti eſt glorioſum deum. In cuius etiam figura ſex diebus colligebatur manna & non in ſabbato. q̃a omnibus diebus peregrinationis huius ſeculi colligetur & frequen tabitur quouſq; deueniam⁹ ad ſabbatum alterius vitę. Et ſicut mã na nocte tm̃ & non in die deſcendebat inuiſibiliter de cælo: ſic ci-bus iſte inuiſibiliter deſcendit in hoc ſacramento in nocte huius ſe culi vſq; ad diem alterius. Et inde dicitur viaticum. quia ſuſtentat in via quouſq; deueniamus ad terminũ. d.l. Penitentes. xxvj. q. vj. Is qui. Quarto differunt. quia corporalis cibus falſo eſt cibus. Cur enim dominus ſuam carnem vere cibum eſſe affirmaſſet: niſi & il-le alius cibus corporalis falſo cibus putaretur. Non enim cibus ille ad verum hominem pertinet. vt inquit Guil. pariſieñ. quia illo ci-bo nunq̃ verus homo interior vere cibatur. ſed ſolus eius equ⁹ vł aſinus. Iſte vero cibus eſt veri hominis interioris nutritiuus & cor roboratiuus. iuxta illđ Pſal. Panis cor hois cõfirmet. Et iõ mirabi-le ẽ ꝙ hoies tã ſolicite curãt de cibo ſui eq vł aſini & de ꝓprio nõ cu

G Euchari-ſtia. Ꝙ cibus ſacramẽ-

rant.ſimiles illi qui magis ſolicitus erat paſcere carcerariũ ſuum q̃ ſeipſum captiuum.Caro autẽ carceraria eſt.ſpũs vero captiuus. Si quis igit̃ cõſideret naturam illius cibi corporalis: erubeſcet ſtatim ſpũs eius ſeſſor illius equi ad p̄ſepe equi ſui vel aſini comedere. cũ menſa corporalis vt p̄ſepe habẽda ſit. Reiȷciat ergo cibum corporalem vltra neceſſitatem tanq̃ fœnũ equi ſui vel auenam.& erubeſcat comedere cum equo ſuo.& q̃rat hunc cibum ſpiritualẽ ad quẽ pertingere non põt equus ſuus vel aſinus.

talis ẽ ve[illegible] cibus ho[illegible]s. ali⁹ [illegible] ẽ cib⁹ eq vel aſini eius.

H Euchariſtia. Nõ emitur cibus ſacramẽtalis [illegible]et p̄cioſiſſimus, ſed datur.

Quito differũt. quia cibus corporalis ſi multũ iudicetur p̄cioſus multo p̄cio comparatur. hic autẽ cibus q̃uis p̄cioſiſſimus.non tamẽ emitur.ſed a deo patre miſericordiaꝝ in eleemoſynam ſemp̄ nobis donatur. In vltima eñi cœna filius eius mãdante ipſo patre hunc cibum legauit nobis per teſtamentũ ſuum.ita vt nullus vnq̃ nec ante eum:nec poſt tantam eleemoſynam nobis pauperib⁹ largitus ſit.more diuitum qui poſt cœnam pauperibus eleemoſynã erogare ſolẽt.iuxta quod ait Apocal̃.ij. Vincenti dabo manna abſconditum. dicit dabo, non vendam. Et iterum. Panis quem ego dabo caro mea eſt.Res certe mirabilis.cum in eleemoſyna huius ſacramenti manducat dominum pauper ſeruus & humilis cum timore tamen amore & deuotione. Vbi tamen in corporali menſa ſubditos ſuos domini contraria agẽtes deuorãt & comedũt cũ rigore & tyrãnide. De quib⁹ conq̃ritur dominus in Pſal. Qui deuorant (inquit) plebem meam ſicut eſcã panis.quæ indifferenter ab oĩbus comeditur. Sic populus eſt oĩm cõmunis eſca ſicut panis.qui ab omnib⁹ indifferẽter voratur & vexatur. Sexto differunt.quia cæteri cibi creſcunt in terra & de terra aſcendunt.iſte vero cibus de cœlo deſcendit. Sicut enim manna albi & candidi coloris.quẽadmodum erat ſemen coriandri.vt dicit̃ Numeri.xȷ.de cœlo deſcendebat.iuxta illud Exod.xvȷ. Ecce ego pluam vobis panes de cœlo:ſic Chriſtus ſpecioſus forma prę filiȷs hominum/dicit de ſeipſo. Ego ſum panis viuus, qui de cœlo deſcẽdit.

I Deſcẽſus Chriſti. De quadruplici deſcenſu xp̄i.

Qui quidẽ habet de cœlo quadruplicem deſcẽſum. Vnum mirabilem in virginis vterum.in quo deſcẽdit ſicut auis ad prędam. & ſicut amicus ad carcerem. vt exinde extrahat captiuum. Exodi. iiȷ. Vidi afflictionem populi mei.& ſequitur.deſcendi vt liberarem eum.Secundo.deſcendit in ſacramentum ad viuificãdũ mũdũ de quo Ioã.vȷ.Hic eſt panis qui de cœlo deſcendit & dat vitam mundo.& Pſal.Sicut ros hermon qui deſcendit in montem ſion.i. ros qui deſcenderat in monte modico hermon. i. virginis Marię quæ fuit reuera mons modicus per humilitatem. ſecundum illud Pſalmiſtę.De terra iordanis & hermoniȷ a monte modico. Poſtmodum deſcendit in montem ſion, id eſt ita ſe humiliauit:

vt ſub anguſtia formę panis in illo monte ſion ſe dederit comeden
dum. Tertio. deſcendit quotidie in mentes hominum iuſtorum vt
eas illuminet. ſicut radius ſolis in aerem. Iaco. j. Omne datum op-
timum & omne donum perfectum deſurſum eſt deſcendens a pa-
tre luminum. Deſcendit enim ſicut ignis in rubo qui ardebat & nõ
comburebatur. in quo rubo eſt viror foliorum. odor florum, & ſpi-
narum aculeitas. quia in conſcientia iuſtorum eſt viror virtutum.
odor ſanctorum deſideriorum. & tamen ibi admiſcetur aculeitas
tentationum. In hac enim deſcendit dominus: vt inflammet deuo
tionis affectum. Nouiſſime vero deſcendet ad iudicium ſicut ictus
fulguris ſubitaneus. j. Theſſa. iiij. Quoniam ipſe dominus in iuſſu
& voce angeli & in tuba dei deſcendet de cęlo. Et Geñ. viij. Deſcẽ
dam & videbo ſi clamorem opere compleuerint. Et iſte deſcenſus
figuratus eſt in pane ordei ſubcinericio qui deſcendit in caſtra Ma
dian & ea ſubuertit. Iudicum. vij.

K

Euchariſtia.

Quõ ſacramẽtũ Euchariſtię excellit ſacramẽta veterꝫ legis

¶ Secundo dicendum eſt de excellentia huius ſacramenti ſup alia
ſacramenta. Excellit enim hoc ſacramentum tam veteris q̃ nouę
legis ſacramenta. Primo quidem veteris legis. Et primo ratione in-
ſtitutionis. quia maioris auctoritatis eſt ordinatio quam facit papa
per ſe in concilio vel rex q̃ ea quam facit per legatum. Deus autem
ſacramenta veteris legis inſtituit per ſeruos ſuos prophetas vel p
angelos mediatores. iſtud vero ſacrificium per ſe inſtituit. quia Io-
an. i. Lex per Moyſem data eſt. gratia & veritas per Ieſum Chriſtũ
facta eſt. Iſta autem gratia eſt Euchariſtia. quæ in concilio primo-
rum ſacerdotum & epiſcoporum nouę legis proprio ore Chriſti be
nedicendo inſtituta eſt. iuxta illud Pſal. In concilio iuſtorum & cõ
gregatione magna opera domini. Secundo. quia in antiquis ſacri-
ficijs & ſacramentis ſola erat figura. ibi vero veritas continet̃. Erãt
enim ſacrificia veteris legis figura tm̃ huius ſacramenti & etiam
aliorum. Secundum enim Magiſtrum ſentẽ. in. iiij. Quattuor ſacri
ficia hoc ſacramentum figurarunt. ſ. ſacrificiũ Melchiſedech. agnꝰ
paſchalis. mãna. & ſanguis & aqua de latere Chriſti fluentes. Et ita
per ſacrificium Melchiſedech oſtenditur hoc ſacrificium figuratũ
fuiſſe in lege naturę. per agnum paſchalem. & mãna in lege veteri.
& per ſanguinẽ Chriſti in lege gratiæ. ¶ Sed querit circa hoc Guil
lelemus altiſio. cũ in lege gratiæ omnia ſacrificia ad vnum redacta
ſunt: cur in vtraq; lege tot voluit eſſe ſacrificia. Reſpõdet idẽ quar-
ta parte ſummę. q̧ hoc fecit dominus propter tria. Primo. vt reuo
caretur populus ille ab idolatria quam viderat in ęgypto. Pronus
enim erat ille populus ad immolandum idolis. & voluit dominus
illa animalia magis ſibi immolari q̃ idolis. Secunda cauſa fuit pro-
pter eius onus vt p̄meretur ſuperba duricia iudæorum multitudi-

M.E.C.D. 2016

ne illorum ſacrificiorũ. ¶Tertia. quia tunc erat tempus figurarũ:
& propter hoc erat tanta abundantia ſacramentorũ. In nouo vero
teſtamẽto ſupuenit veritas multipliciter deſignata: ſicut apud lo-
gicos cõtingit rem eſſe vnam, nomina vero plura ſignantia idem.
Ideo nũc tm̃ vnũ ſacramẽtũ pro oĩbus inſtituit. quia Eſa. x. Cõſum-
mationẽ & abbreuiationẽ fecit dñs exercituum in medio oĩs terrę.
¶Secũdo vero ſecundum Richar. de media villa in. iiij. ſenten. di-
ſtin. viij. in quadam expoſitione textus. Hoc ſacramentum in ſex
excellit alia ſacramenta nouę legis. Primo quidem quia a re huius
ſacramenti eſt virtus omnium aliorum ſacramentorũ. Vnde Hu-
go de ſancto victore. Hęc hoſtia ſemel pro ſalute mũdi oblata om-
nibus pręcedentibus & ſubſequentibus ſacramentis virtutem de-
dit. Et ſi dicatur. cur ergo non pręcedit hoc ſacramẽtum baptiſmi
& confirmationis ſacramenta: ſi ex iſto eorum virtus originet̃. Re-
ſpondet idem doctor loco allegato ꝙ baptiſmus & cõfirmatio hoc
ſacramentum pręcedunt ꝓpter quinq;. Primo quia horũ ſacramen
toꝝ figura hunc ordinem tenuit. Prius eñ mare rubrum tranſitur
per quod baptiſmus deſignatur. deinde hoſtes Amalech ſuperan
tur: quod confirmationem figurat. deinde manna comeditur. Ideo
vt res vmbrę & veritas figurę correſpondeat: ſic ordinauit eccleſia
vt prius homo baptizetur. deinde confirmetur, tertio euchari-
ſtiam recipiat. ¶Secunda cauſa eſt: quia ſic eſt ordo effectuũ ipſo-
rum. Nam fides pręcipue eſt res ſacramenti baptiſmi, & ſpes cõfir-
mationis, & euchariſtia eſt ſacramentum amoris. quia baptiſmus
illuminat, confirmatio fortificat, euchariſtia incendit. ¶Tertia cau
ſa eſt. quia in baptiſmo eſt ſpiritualis mortui ſuſcitatio: in confir-
matione ſuſcitati ad fortiora greſſus & perambulatio: in euchariſtia
ſuſcitati refectio. Et propter hoc Marci. v. ſuſcitatur primum a
Chriſto puella, deinde ambulat, tertio pręcipit Chriſtus amicis ſi-
bi dare ad manducandum. ¶Quarta cauſa. quia prius eſt vas mũ-
dandum & roborandum q̃ in eo theſaur⁹ precioſus vel vinũ opti-
mum recondatur. Primum autem fit in baptiſmo. Secundũ in cõ-
firmatione. Tertium in euchariſtia. ¶Quinta cauſa eſt. quia prius
eſt lauari q̃ comedere ad menſam. Propter quod Lucę. xi. iratus
eſt phariſęus quare non eſſet baptizatus dñs ante prandium. Inde
Geñ. xviij. Afferam pauxillum aquę & lauentur pedes veſtri & re
quieſcite ſub arbore: ponamq; buccellam panis & confortetur cor
veſtrum, poſtea tranſibitis. Primum autem fit in baptiſmo & ꝯfir
matione. Secũdũ in euchariſtia. ¶Secũdo excellit. quia a re hui⁹ ſa-
cramẽti nõ ſolũ aliorũ ſacramẽtorũ virtus procedit: ſed etiã ab illa
oĩa alia ſacramenta inſtituta ſunt & ſanctificata. Et ideo inuocatio
Chriſti que eſt res hui⁹ ſacramẽti fit in oĩbus alijs ſacramẽtis. Vnde

L
Euchari-
ſtia.
Q in ſex
excellit ſa-
cramentũ
euchari-
ſtię alia ſa-
cramenta
nouę legꝭ
& q̃re non
p̃cedit ba-
ptiſmũ &
confirma-
tione, cum
ex eodem
virtutes
eoꝝ origi-
nentur.

& tam dignum eſt hoc ſacramentum in comparatione ad alia: vt
ſacerdos miniſter eius tm̃ ad eius conſecrationem vtatur verbis
Chriſti dicens. Qui pridie q̃ pateretur accepit panem,& gratias
agens fregit & dixit. Accipite & manducate &c. Sed in alijs ſacra-
mentis miniſter vtitur verbis ſuis vel eccleſiæ ad confectionem ſa-
cramenti dicens/Ego baptizo te. Ego conſigno te &c. ¶ Sed circa

M
Euchari-
ſtia.
Quare nõ
eſt cõicata
ptãs conſe
crãdi ãge-
lis.

hoc mouetur queſtio. Si tam excellens eſt hoc ſacramentum: cur
non excellentiſſimis creaturis: puta angelis ad conficiendum eſt
cõmunicatum. Reſpondet Alexan. de Hal. in quarta parte. Pri-
mo ꝙ angeli non habent poteſtatem cõficiendi corpus Chriſti. Pa-
tet. quia hoc ſolum donatum eſt apoſtolis a Chriſto dicente. Acci-
pite & comedite. hoc facite &c. quod angelis nõ eſt dictum: nec illã
poteſtatẽ acceperunt ab apoſtolis: ideo illã nõ habent. ¶ Secundo
dicit ꝙ ꝑpter tria hęc poteſtas angelis nõ cõgruebat. Primo quia
ſi ſacramẽta miniſtrarentur homini per angelos: eſſet homo in ſua
reparatione ſubiectus naturę angelicę: & ſic nõ per Chriſtũ reſtitu-
tus eſſet in priſtinam dignitatem. Datur em̃ hoc ſacramẽtũ ad cõ-
firmationem ſpiritualẽ animę reparatę per Chriſtũ. Secundo. quia
inter deũ hominẽ & purũ hominẽ nõ eſt mediũ: ergo in hoc ſacra-
mẽto in quo deus homo miniſtratur homini puro nõ eſt ponẽdus
angelus medius. Magis em̃ ꝑpinquus ẽ homo purus deo & homi-
ni vero q̃ angelus ex natura ſua. Miniſter autẽ debet eſſe medius
inter id quod miniſtratur & id cui miniſtratur: ergo non debuit an-
gelus hoc ſacramentum miniſtrare aut cõſecrare. Tertio. quia hęc
virtus trãſſubſtantiandi data eſt mediãte verbo ſenſibili: ideo cu-
ius eſt proferre verbum ſenſibile: eius eſt miniſterialiter mediare.
hoc autem eſt hominis non angeli. ergo. Et ſi alicubi in ſanctorum
legendis inueniatur hoc ſacramẽtum angelorum medio fuiſſe mi-
niſtratum: hoc eſt ex ſpeciali diſpẽſatione dei conceſſum: qui non
eſt alligatus ſuis ſacramentis: neq; conſuetudini diſpenſationis eo-
rum. ¶ Tertio excellit. quia in alijs ſacramentis datur de plenitudi-
ne gratię. iuxta illud Ioannis. j. De plenitudine eius accepimus om-
nes: ſed in hoc datur plenitudo & fons gratiarũ. Inde propter hoc

N
Euchari-
ſtia.
Quare ſa-
cramẽtũ al
taris dicat
euchari-
ſtia.

euchariſtia appellatur: & etiam propter alia multa. Primo: quia illa
euchariſtia non eſt niſi gratia: & non niſi gratia eſſe poteſt. Secun-
do. quia non datur niſi a gratiſſimo. Tertio. quia non niſi gratiſſi-
mis miniſtrari debet. Quarto. quia gratiã in aĩa operatur. Quinto
quia eſt omnis gratię cõtentiua. Licet em̃ in omnibꝰ alijs ſacramẽ-
tis gratiam Chriſti per partes accipiamus: tñ in hoc ſacramẽto totũ
quod videmus, quod tãgimus, quod guſtamus: gratia eſt. ¶ Quar-
to excellit. quia in alijs ſacramẽtis datur bonũ medium. ſ. virtutes
& dona ſpiritus ſancti. hic autem datur ſummum bonum. ſ. ipſa di-

M.E.C.D. 2016

uina ſapientia:quod eſt infinite excellens bonum. Vnde ſcđm pręfatum doctorē. Bonum eo excellentiſſimū eſt ꝙ eſt maxime communicatiuū ſui. Sunt eñ quędam bona quę ſe cōmunicant pluribus:nō tamē totaliter ſed per partes:vt cibus corporalis. Alia ſunt meliora quę ſe totaliter cōmunicant pluribus:ſed pars poſt partē. vt cibus ſpiritualis. ſicut eſt verbum dei. Syllabatim enim ꝓfertur aut vox poſt vocem. Sed eſt aliud optimum:quod ſe totum communicat & ſimul:vt Chriſtus in euchariſtia idem numero omnib⁹ cōmunicatur:nō autem idem baptiſmus vel cōfirmatio. ¶ Quinto pręcellit. quia in aliis ſacramētis datur gratia pſentis vitę:in hoc vero vna cū gratia datur ſpes vitę futurę. Ioan. vj. Qui manducat meam carnem & bibit meum ſanguinem:habet vitam æternam. Sed ſi tantū excellat alia ſacramenta:cur non a ſolis pontificibus tanq̄ a dignioribus miniſtratur:cum tamen indifferenter omnes ſacerdotes ſint huius ſacramenti miniſtri. Dicitur ad hoc ſcđm Alexan. de Hall'. in quarta parte. ꝙ licet propter dignitatem & excellentiam corporis & ſanguinis conſecrandi deceret huiuſmodi officiū ſolū eſſe pontificum:ſicut eſt & confirmatio:tñ propter vtilitatem quam aſſequuntur fideles ex huius ſacramenti frequētia: aliter diſpoſuit diuina ſapientia:cuius prouidentia regitur eccleſia in ſuis inſtitutionibus. Secūdo dicitur ſcđm eundem doctorem:ꝙ multiplex eſt ratio quare data eſt hęc poteſtas non ſolum pontificibus ſed etiam ſimplicibus ſacerdotibus. Vna eſt diuini cultus dilatatio. Secunda eſt humanorum defectuum per frequētem hui⁹ medicinę ſumptionem reparatio. Tertia eſt pœnę defunctorū qui ſunt in igne purgatorii mitigatio. Quarta eſt beneficii redemptionis frequens recordatio. Quinta eſt diuinę familiaritatis manifeſtatio. Eius enim familiaritas nobis maxime oſtenditur ex ſuę pręſentię frequenti exhibitione. Sexta eſt noſtrę elationis repreſſio. In hoc enim maxime nobis exemplum humilitatis exhibetur:ꝙ dominus voluit corpus ſuum etiam a ſimplicibus perſonis tractari. ¶ Sexto excellit in hoc ꝙ cætera ſacramenta ſanctificāt:hoc vero deificat & in deum transformat. Hinc Deuterono. quarto. Deus noſter ignis conſumens eſt. ignis autem appoſita ſibi in ſe conuertit. Sic cum hoc ſacramentum digne ſumimus: deus ignis nos totos incēdit & in ſe cōuertit. vt ſic deificat⁹ homo dicat illud Pauli. Galath. primo. Viuo ego iam non ego. viuit vero in me Chriſtus. Inde eſt ꝙ duorum ſacramentorum formam in ſcriptura ſacra tantummodo inuenitur Chriſtus tradidiſſe ſcilicet baptiſmi & euchariſtię. vt oſtenderet ꝙ in ſe eſſet totius bonę vitę inchoatio & conſequenter conſummatio. Hęc Richardus. & ꝙ in his pendet initium vitę ſpiritualis, & conſummatio totius perfectionis.

Q Euchariſtia Bonū De triplici differētia bonoꝝ inter quę bonū euchariſtię tenet optimum gradum.

D Euchariſtia. Quare nō ſolis pōtificibus ſed etiam ſimplicib⁹ ſacerdotib⁹ data eſt poteſtas conſecrandi.

Euchariſtia. Sacerdos. Ex miniſterio euchariſtiæ ſacerdotes cõſequũť dignitatẽ: puritatem habere debẽt, ac timorẽ dñi accedunt ſimulq; eis magna debetur reuerentia.

Ex quibus manifeſte perpẽdũtur quattuor circa ſacerdotalẽ dignitatẽ: quę ex hui⁹ ſacramẽti miniſterio eis adueniũt. Primo quãtam dignitatẽ cõſequũtur: qui ꝓprijs manibus dñm tractant. Si eñi pro magno reputatur ꝙ ſenex Symeon puerũ in vlnis ſuis ad horã ſuſcepit: pro valde maiori reputare debem⁹: ꝙ non ſemel, imo quotidie cõceſſum eſt ſacerdotib⁹ tenere Ieſum adultũ & imortalẽ oſculari & amplecti & eo refici. Pro magno reputatum eſt, ꝙ ad petitionẽ Moyſi deſcẽdit mãna de cęlo: ſed ꝓ multo maiori reputari debet: ꝙ ad petitionem ſacerdotum deſcendit non manna cæli: ſed rex cælorum & panis angelorum: quo non tm̃ ſuſtentatur vnus populus, nec tm̃ per quadraginta annos: immo quo reficiũtur qui in cęlo ſunt & qui in terra, non per tempus ſed in ſecula ſeculorum. Item pro magno reputatur ꝙ ad petitionem Helię ignis deſcẽdit de cælo & vorauit holocauſtum: ſed pro multo maiori reputari debet: ꝙ ad petitionem ſacerdotis deſcendit ille qui in igne rubi apparuit Moyſi. Magnum inſuper fuit ꝙ miniſterio Moyſi aquę verſę ſunt in ſanguinem, & puluis in cinifes: multo maius ꝙ miniſterio ſacerdotum vinum tranſſubſtantiatur in ſanguinem: & panis in corpus Chriſti. Magnum fuit ꝙ ita familiariter dñs Moyſi loquebatur: certis tñ tẽporibus: multo maius ꝙ in vi hui⁹ ſacramenti de ꝓximo & omni die ſibi colloquiť (expectãte populo) ſacerdos tanq̃ populi aduocatus. Magnũ deniq; fuit: ꝙ miniſterio Moyſi fluuius ebulliuit ranas: quę cubilia & domos intrabant: multo maius ꝙ ad vocẽ ſacerdotis deſcendunt ſanctorũ & angelorum excubię: vt interſint mẽſę dñicę tanq̃ ipſius Chriſti miniſtri. Magnifice honorabat pilatus ſacerdotes veteris legis dando eis ſingulis annis vnum captiuũ: multo magis honorat & dignificat deus ſacerdotes nouæ legis quibus per vnicam oblationẽ captiuos multos de purgatorio vt plurimũ donat. Item honorauit dominus multum Ioſue: ꝙ ad petitionẽ eius fecit ſolẽ & lunã ſtare in medio cæli ſpatio vnius diei Ioſue. x. Sed multo maiorẽ honorẽ fecit dñs minimo ſacerdoti: qñ ſub ſpecie panis deſcẽdit de cęlis: & tãdiu morať ibi quãdiu ſeruať hoſtia. hoc aũt maius eſt q̃ ſolẽ ſtare: qa in infinitũ maior eſt dñs q̃ ſol & luna creaturę eius. Ex quo ſecũdo perpẽdi põt quãta puritas debeat eẽ in ſacerdote: qui aſſidue habet tã dignũ corp⁹ ꝑtractare. Si eñi Nabuchodonoſor rex (vt dicit Chryſo. homi. xvij. Heb.) elegit iuuenes formoſos ad ſibi aſſiſtẽdũ in menſa: quãto magis miniſtros aſtãtes mẽſę Chriſti decet eſſe in bonis morib⁹ nutritos & vita formoſos. Si etiã ita ornať Chriſti repoſitoriũ nõ viuũ in quo quieſcit corpus Chriſti: ita vt de re precioſa fiat: auro. ſ. vel argento: quãto magis ſacerdos: cuius pectus eſt Chriſti repoſitoriũ viuũ. In cuius ſignum dum adiuratur ſacerdos a iudice: iubetur non vt ponat

M.E.C.D. 2016

manum ſuper euangelia, nõ vt leuet eam: ſed vt ponat eam ad pectus: quia talis iurat ſuper repoſitorium corporis Chriſti. Item etiã multis exiſtentibus alicuius domini miniſtris: quorum aliqui ſunt in campo ad rura, alij in ſtabulo, alij in coquina: inter illos maxime requirit dominus honeſtatem & munditiam exteriorem qui ei ſeruiunt in menſa & in camera. Sic multis exiſtentibus dei miniſtris in diuerſis artibus mechanicis & fideliter ſeruientibus: maiorem requirit deus munditiam interiorem in his qui ei ſeruiunt in menſa altaris & in camera eccleſiæ. Ideo dicitur. ij. Paralipo. xxx. ꝙ ſacerdotes & leuitę ſanctificati obtulerunt holocauſta in domo domini, ſteteruntq; in ordine ſuo. ℂTertio ex hoc perpendi poteſt cum quanto timore & tremore debeant ſacerdotes ad hoc ſacramẽtum accedere. Si enim Ioannes baptiſta in vtero ſanctificatus & ſanctiſſime i mũdo ꝯuerſat⁹ timuit tãgere dñm mortalẽ adhuc & moriturũ, quo tamẽ inter natos mulierũ nõ ſurrexit maior. (Sic enĩ canit eccleſia. Baptiſta contremuit, & non audet tangere ſanctum dei verticem: ſed clamat cum tremore, ſanctifica me ſaluator:) cũ quanta munditia & timore debet ad altare accedere ſacerdos. Si cantat ſacerdos ante conſecrationem. Per Chriſtum dominum noſtrum. per quem maieſtatem tuam tremunt poteſtates: quo timore concutiendę ſunt tractantes Chriſtum terrenę infirmitates. ℂQuarto ex hoc perpendi poteſt quanta eis reuerentia debeatur a populo. Ex quo enim populus tantam reuerentiam exhibuit aſino ſemel Chriſtum portanti: ꝙ veſtes ſuas ſub ei⁹ ſtrauit pedib⁹ & hoc Chriſto placuit: patet manifeſte quantum ei placet ꝙ boni ſacerdotes qui eum ſpiritualiter & ſacramentaliter portant: in maxima habeantur reuerentia. Vnde & ſacerdotes dicuntur angeli. quia ſicut angeli in cęlo immediate circa dei miniſteria occupantur: ſic ſacerdotes in terra: immo plus in terra domino appropinquant aliquo modo obſequio q̃ angeli in cęlo: quia illi in terra deum ex pane conficiunt: quod angeli nec in cęlo nec in terra facere poſſunt. Propter quam approximationem non tantum angeli: ſed etiam dij appellantur in ſcriptura. vt patet Exodi. xxij. vbi ad Moyſem de illo qui ad iuramẽtum ducendus erat dicitur. Applica illum ad deos. i. ad ſacerdotes. & rurſus ſcriptum eſt. Dijs non detrahes. i. ſacerdotib⁹. Et hęc omnia probãtur. xj. queſt. j. ſacerdotibus. ex Decreto ſumpto ex verbis Gregorij ad Mauricium imperatorem. qui minus debito reuerebatur ſacerdotes. Et hęc ſufficiant.

ℂSermo quartus de ſanguine Chriſti per thema.



M.E.C.D. 2006

Cõuerſio. Euchariſtia.

De triplici cõuerſione in ſcripturis ſacris miraculoſa.

SAnguis meus vere eſt potus. Ioannis ſexto.

¶In ſcripturis ſacris triplex legitur conuerſio miraculoſa. Vna quidem fuit conuerſio aquę in ſanguinem: quę fuit apud ęgyptios. iuxta illud Pſalm̃. Conuertit aquas eorum in ſanguinem & imbres eorum ne biberent. Secunda fuit in nuptijs, quando aqua conuerſa eſt in vinum. Tertia in cœna dominica quando vinum cõuerſum eſt in ſanguinem. Quod ſi moraliter intelligere voluerimus: aqua apud ęgyptios in ſanguinem vertitur, quando apud mundanos aqua ſapientię ſalutaris ſpernitur, & mũdana ſapientia: quę ſanguine pauperum vt plurimum nutritur & illum ſitit, pręſidet & dominatur. Et quia in fide & iuſtitia eccleſia deſponſata eſt deo: in illa deſponſatione aqua in vinum vertitur: cum doctrina ſaluatoris in amorem iuſtitię trahit & tranſit: & ſic melioratur Sed vinum in ſanguinem imminente Chriſti domini noſtri amariſſima paſſione conuertitur, cũ tantũ delectat iuſtitia: vt etiam vſq; ad ſanguinem reſiſtere & decertare deliberatum ſit imminente tribulatione propter iuſtitię conſeruationem. Si vero ad allegoricum ſenſum conuertamus orationem. Primo aqua verſa eſt in ſanguinem cum propter peccata primi hominis & ſuę poſteritatis: miſericordia dei cõuerſa eſt in ſeueritatem: vt patet in multis punitionibus in veteri teſtamento deſcriptis. Sed cum placuit deo reminiſci miſerationum ſuarum in nuptijs vnigeniti ſui, dum humanam naturam ſibi indiſſolubiliter coniunxit, aquam mutauit in vinum, quãdo oblitus noſtrarum iniquitatum antiquarũ: ſuã antiquã miſericordiã in melius cõmutauit. ſ. in vinum amoris & dilectionis. Quę deinceps tantũ per incremẽta virtutũ & beneficiorum creuit, vt vinũ in ſanguinem verteretur. ſ. amor vſq; ad mortẽ & ſanguinis effuſionem protraheretur, nõ ſolum in capite Chriſto ſed etiam in membris. adeo vt Apoca. vj. Luna. i. eccleſia fieret tota vt ſanguis. i. repleta ſanguine martyrum: quo ſanguine dudum inter cęteros inebriata eſt Maria. Nec mirũ. quia dicit Pſal. Inebriaſti terram. i. Mariam. & multiplicaſti locupletare eã. Et quod plus eſt vt ipſa dixit Canti. j. Introduxit eam rex in cellam vinariam & ordinauit in ea charitatem ad diſtribuendum nobis de vino & potu illorum cellariorum regis ęterni. Ex charitate igitur qua ardet filijs ſuis impartiatur mater vinũ huius cellarij. dicatq; quod olim filio dixit in nuptijs. Vinũ nõ habẽt. & vt hoc faciat dicamus. Aue.

¶Sed quæritur quomodo dominus ſanguinem ſuum catholicis dedit in potum, cum tamen hoc prohibuerit in omni lege. In lege naturæ, Geneſis. ix. Carnem cum ſanguine non comedetis. Item

M.E.C.D. 2016

in lege. Leuiti.vij. Sanguinem omnis animalis non ſumetis in ci-
bum. Et Deutero. xij. Hoc ſolum caue, ſanguinem ne comedas.
& in noua lege. Actuũ.xv. Abſtineant ſe a ſuffocatis & ſanguine.
Ad hoc reſpondetur ꝙ ceſſante cauſa prohibitionis oportet ipſam
prohibitionem ceſſare. Duplici autem de cauſa prohibebatur vſus
ſanguinis. Vna quidem propter horrorem homicidij, ne delecta-
retur homo in ſanguine, & vt horreret effundere in homine: quo
vti non licebat in beſtia: & ſic prohibitus eſt ſanguinis vſus in lege
naturę ſtatim poſt diluuium. Quia enim in principio primę ętatis
non abhorruit Cayn effuſionem ſanguinis fratris ſui: propter hoc
in principio ſecundę ętatis omnis ſanguinis vſus prohibitus eſt.

B Sanguis Christi. Cauſę prohibitionis vſus ſanguis ceſſãt quo ad ſãguinẽ chriſti, & quę erant illę.

¶ Secunda cauſa huius prohibitionis fuit idolatria. Nam gentiles
quandoq; comedebant de ſanguine eorum quę offerebantur ido-
lis. Et etiam ſcdm Guillelmũ pariſieñ. libro de fide & legib⁹. quia
opinio idolatrarum erat deos ſuos amare ſanguinem. Quã quidẽ
opinionem immit tebat in eos dęmon duplici de cauſa ſcdm eun-
dem doctorẽ. Vna quidẽ. quia in effuſione aut libatione ſanguinis
maior ſubiectio, diſtinctiorq; ſeruitus eis impẽdebatur & maior ho
nor. Nã ipſa oblatione ſanguinis qui eſt nutrimẽtũ & ſuſtẽtatio vi-
tę: deos auctores & conſeruatores vitę ſuę recognoſcebãt. Et quia
animas ſuas dare non poterant ad comedendum & bibendum dę
monibus ſalua corporis vita: dabant quod habebant intimius poſt
animas quaſi vice animarum. ſ. ipſum ſanguinem. Et propter hoc
adeo placuit ſanguis ille dæmonibus: vt ſępenumero in talem ac
tantum errorem idolatras inducerent: vt nec tangi ab eo nec il-
lum tangere auderent idolatrę tanq̃ partem dijs conſecratam &
eis ſolis debitam. Secũda ratio quare gentilibus hanc immittebat
opinionem aſſignatur ab eodem doctore. vt ſcilicet aſſuefactio-
ne immolandi animalia & offerendi eorum ſanguinem, poſſet eos
inducere ad immolandũ ſeipſos vel filios & filias & ſanguinẽ eoꝝ:
ſicut & ipſe fecit. iuxta illud Pſalm̃. Effuderunt ſanguinem innocen
tem, ſanguinem filiorum ſuorũ & filiarum ſuarum: quas ſacrifica-
uerunt ſculptilibus Chanaam. & hoc vt plenius eos poſſideret. Sed
vt dicit idem doctor. hoc deus permittebat: vt eo ipſo ſuſpecta &
horrenda redderetur ſeruitus idolatriæ: & eo ipſo amplius fugere-
tur ꝙ nutrimentum vitę & ſuſtentatio immolantium in ea pete-
batur: & ipſi dij eo efficerentur odibiles: quo ſanguinem cultorum
ſuorum ſitire & in mortem eorum intendere aperte videbantur.
Et qa in ſanguie Chriſti ſub vini ſpecie velato neq; cruoris horror,
neq; homicidij aut idolatrię ꝓuocatio repitur: ſed magis oppoſitũ.
Nam ibi eſt verus deus ſub ſpeciebus abſconditus: ratione cuius
in hoc ſacramento ceſſat omnis idolatriæ cultus: & ex conſide-

C Sanguis. Quare dęmon volebat ſibi ſeruiri ſanguine.



M.E.C.D. 2010

ratione effuſionis ſanguinis Chriſti conſurgit tanti homicidij eius deteſtatio: immo eo ſanguine bibito ſimul imbibitur nobis vita ſpiritualis. Propter quod non eſt mirabile ſi ſuis electis ipſum dederit in potum dicens. Bibite ex eo omnes, Sanguis meus vere eſt potus.

D Sanguis Chriſti. Sanguis Chriſti inducit peccatores ad cõtritionẽ cõfeſſionẽ & ſatiſfactionem.

¶ Circa hoc dicendum erit de vtilitate & conditione huius potus. Vnde ſanguis Chriſti ad ſex videtur vtilis. Primo vtilis eſt peccatoribus: quibus datur in remedium, & hoc quia inducit peccatores ad tria eis maxime neceſſaria. Primo inducit ad dolorem contritionis. Eſt enim cor durius adamante quod hirci ſanguine ſecatur: ſi cõſiderata ſanguinis Chriſti effuſione pro peccatis proprijs: dolore non ſcinditur. Si ſol lugere viſus eſt & radios ſuos retrahere in illa horrenda tam precioſi ſanguinis effuſione: quãto magis de profundo cordis lachrymas emittere debet quilibet fidelis: quãdo conſiderat pro peccatis ſuis ſanguinem Chriſti fuſum. Si beatus ille patriarcha Iacob. Geñ. xxxvij. videns tunicam Ioſeph tinctam hędi ſanguine ſciſſis veſtibus indutus eſt cilicio lugens multo tempore filium ſuum, quanto magis lugere debemus peccata noſtra. quę ſunt quaſi filij & generationes noſtrę peſſimę. videntes humanitatem domini noſtri Ieſu ſanguine tinctam, & tantam ſanguinis agni immaculati effuſionem ad delendum ea. Potus enim iſte precioſus cordi peccatorũ imbibitus & ab eo exhauſtus: lachrymam venire facit ad oculum. Ex quo reprehenſibiles ſunt multi: qui vident acerbitatem doloris Chriſti in huiuſmodi effuſione factam ꝑ peccatis ſuis, & nec Chriſto nec ſibi cõpatiunt̃. Forte tales ꝑpter ſuã negligẽtiã damnati ſimul dicẽt in die iudicij cũ filijs Iacob illud Geñ. xlij. Merito hęc patimur, quia peccauimus in fratrem noſtrũ .i. Chriſtum. videntes anguſtiam animę illius mentalibus oculis, quam pro nobis pati voluit, & non audiuimus .i. ei non compaſſi fuimus, nec propter hoc peccare ceſſauimus: idcirco venit ſup nos hęc tribulatio. En ſanguis eius exquiritur .ſ. a nobis in pœna quam perpetuo patiemur. Sunt enim plurimi a quibus ſanguis e naribus ſine dolore effluit. Sic memoria ſanguinis Chriſti a multorũ cordibus effluit ſine quocunq; dolore & compaſſione cordis, qui nihil patiuntur ſuper contritione Ioſeph. Amos. vj. ¶ Secundo inducit peccatorem ad pudorem confeſſionis. Quis eñ peccata ſua cõtineat: videns dei filium tam verecunda morte damnatum pro peccatis ſuis. Propter qđ Iob. xvj. clamat dñs peccatori. Terra .i. peccator qui totus terren⁹ es. ne operias ſanguinem .i. peccatum pro quo ſanguis meus fuſus eſt. Nam ſi peccator operiat: ſanguis Chriſti reuelabit. Timeat ergo qui modo abſcondit peccatũ ſuum, ne dicatur ei in iudicio quod Caym dictũ eſt. Ecce ſanguis fratris

M.E.C.D. 2016

tui Abel clamat ad me de terra. Dicit enim Philoſophus libro .j. de
anima. ꝙ in paſſione irę ſanguis ad cor accedit & aſcendit ipſum ĩ
appetitum vindictę. Sic ſanguis Chriſti effuſus pro peccatoribus ĩ
die iudicij veniens ad cor & memoriam eius: vindictam quęret de
inimicis ſuis, qui huius ſanguinis beneficium contempſerunt. Et
ideo potus iſte ſanguinis cum pietate ſumendus eſt. quia ſi ſumat᷑
debite talem virtutem habet ꝙ immediate ad cor tendit & ipſum
dolere facit. ſi quid malorum humorum .i. peccatorum circa cor ĩ-
ueniat. & per conſequens vomitum & nauſeã cauſat. adeo vt om-
nia nociua per os in confeſſione rei jcere faciat. Sed ſi indebite ſuma
mus: contra nos conqueritur dicens illud Pſal. Quæ vtilitas in ſan
guine meo: dum deſcendo in corruptionem .i. in mentem peccatis
corruptam & infectam. Hunc potum & hanc nauſeam petebat
infirmus Dauid dicens. Libera me de ſanguinibus deus deus &c.
id eſt deus qui per ſanguinem tuum ſalutem meam operaris: libe-
ra me propter hoc a ſanguinibus & corruptis moribꝰ meis. ¶ Ter-
tio. inducit peccatores ad laborem ſatiſfactionis. Quis enim vidẽs
dei filium pro peccatis ſuis mori & flagellari: renuat per laborem
pœnitentię pro peccatis proprijs affligi? Hoc enim vult beatꝰ Pe-
trus .j. pe. j. ex memoria effuſionis ſanguinis Chriſti hortans nos
operari & laborare durante præſenti vita dicens. Secundum vniuſ
cuiuſq; opus in timore incolatus veſtri tempore conuerſamini: ſciẽ
tes ꝙ non corruptibilibus auro vel argento redempti eſtis de vana
veſtra conuerſatione paternę traditiõis, ſed precioſo ſanguine qua
ſi agni immaculati & incontamminati Ieſu Chriſti. Canis enim an
te leonem verberari ſolet, vt diſcat leo miteſcere. Sic catulus de tri
bu iuda ante peccatorẽ pro ipſius peccato flagellatur. vt diſcat pec
cator ferocitatem & obſtinationem animi deponere: & ſeipſum fla
gello pœnitentię caſtigare. & inimicis ſuis parcendo miteſcere. Vn
de Auguſtinus ſuper Pſal. vij. in perſona domini ait. Ego pro te ĩ-
pio & peccatore, vt tuæ iniquitates mei ſanguinis effuſione lauarẽ
tur: magno ſilentio & magna patientia traditorem meum pertuli.
Nonne imitaberis me: vt non reddas mala ꝓ bonis inimicis tuis?
In ſignum horum trium. in effuſiõe ſanguinis Chriſti in ara crucis
petrę ſciſſę ſunt .i. dura corda per cõtritionem. monumenta conſci
entiarum aperta ſunt in confeſſione. & multa corpora eorũ qui dor
mierant. in peccato. ſ. ſurrexerunt in ſatiſfactione. Motus enim bo
ni operis ſignum eſt vitæ ſpiritualis quæ nobis mediãte Chriſti ſã
guine redditur. Nam (vt ſcribitur Leuiti. xxvij.) Anima .i. vita om
nis carnis in ſanguine eſt Chriſti. ſ. Sicut enim non viuit corpus ſi-
ne ſanguine: ſic nec fidelis anima ſine memoria effuſi ſanguinis ꝓ
ea. Ioan. vj. Niſi manducaueritis carnem filij hominis & biberitis

M.E.C.D. 2016

eius ſanguinem &c. Propter quod .j. Corin.xv. dicit apoſtolus. Si-
cut in Adam omnes moriuntur: ita & in Chriſto omnes viuifica-
buntur. per effuſionem: ſcilicet ſui ſanguinis. ſicut pelicanus (vt di-
citur) fundendo ſanguinem ſuum viuificat pullos ſuos. ¶ Secūdo

E
Sanguis xp̄i.
Sanguis xp̄i valet ꝯtra deſperationem. ad quā tria inducūt. enormitas culpę. grauitas offēſi. & timor pœnæ.

potus iſte ſanguinis pœnitentibus datur in refugium, ne labantur
in deſperationem. Solent enim tria inducere peccatorem in deſpe-
rationem. ſ enormitas culpę. vt de iuda legitur. Secundum eſt gra-
uitas offenſi. vt in Cayn patuit. Tertiū. eſt timor pœnę æternę vel
temporalis. vt i Saul .j. Reg. vlti. qui cum vidiſſet Philiſtijm appro-
pinquantes ad ipſum interficiendum, ſeipſum interemit deſperās
poſſe euadere. Contra hæc tria potus ſanguinis Chriſti datur in re-
medium. Nam primo contra enormitatem culpę mundat Chri-
ſtus iſtam culpam quantuncumq; enormem lixiuio ſanguinis ſui
igne amoris calefacto. iuxta illud Apoca .j. Dilexit nos & lauit nos
in ſanguine ſuo. Q̄ꝫ grauis illa culpa. q̄ fœda immūdicia. & q̄ cauen-
da: quam tanto ſumptu purgari oportuit? Macula enim quandoq;
ita fortiter adhęret veſti: ꝙ per lotionem aquę ſimplicis mundari
non poteſt: niſi aquæ apponatur vel ſpecies terre vel cineris vel la-
pidis. & iſta dant aquę virtutem mundandi quam prius non habe-
bat. Sic macula originalis peccati humano generi ita fortiter hęre-
bat: ꝙ per nullam lotionem ſiue aquarum diluuij: ſiue veteris le-
gis perfecte mundari poterat, quoaduſq; deſcendens Chriſtus nos
lauaret in ſanguine ſuo collato quaſi lixiuio in cineribus corporis
ſui. & aquis baptiſmi illam virtutem condonaret. Huius autem lo-
tionis ratio eſſe potuit. quia deus zelotes iaciens oculos ſuos ſuper
ſponſam ſuam eccleſiam vidit in facie eius .i. in conſcientia maculā
peccati ipſam ſumme deturpantem & denigrantem ſecundum
illud Thre. iij. Denigrata eſt ſuper carbones facies tua. & attendēs
in ea nullum eſſe ſolatium. vt a tali macula purgaretur: fecit de ſan-
guine ſuo fontem. Inde. Hebręorum vlti. Ieſus vt ſanctificaret per
ſanguinem ſuum populum extra portam paſſus eſt. Hinc Guil.
pariſieñ. libro de virtutibus parte ſecunda ait. Chriſtus in ſanguine
ſuo factus eſt lauator omnium ſordium ſpiritualum. propter quod
dixit ad Petrum. Si non lauero te: non habebis partem mecū. Quē
Petrus tunc intelligens huiuſmodi lauationis officium ſuſcepiſſe,
reſpondit. Nō tm̄ pedes, ſed & manus & caput. & ſic miſericordia
dei de ſanguine Chriſti lixiuium fecit. in quo q̄ amaret deus mun-
diciam generis humani. q̄q; odiret peccati inquinationes, oſtendit
quando propter illas diluendas ſanguinem ſuum lixiuium fecit.
immo & ſeipſum cloacarum ſpiritualium mundatorem. Cor eñ
humanum ſpurcitia peccatorum plenum eſt omni cloaca immu-

F
Sanguis xp̄i.
Q̄ꝫ xp̄s ſuſcepit officiū lauādi ſordes ſpirituales in ſanguine ſuo.

M.E.C.D. 2016

dius. Cuius officium agnoſcens Dauid illi deum patrem impoſuiſſe: confidenter ab eo petebat. A peccato meo munda me domine. & iterum. Amplius laua me deus ab iniquitate mea. quaſi diceret. exequere officium prædictum. quia illius debitor es. hęc Gui.

¶ Et ſi dicat. quomodo lauat nos in ſanguine ſuo: cum ſanguis rubeus ſit & magis inquinatiuus. Ad hoc dicitur. Primo. ꝙ ſanguis Chriſti lauat peccatores fideles. nihil tamen de ſordibus eorum in ſe retinendo. Nam (vt ait Bernar. libro de exhortatione ad milites templi.) Lauit nos ſanguis Chriſti. non vt aqua diluens & retinens ſordes. ſed vt radius deſiccans & retinens puritatem. Et notanter dicitur peccatores fideles. quia infideles non lauat ſed damnat & confundit. Nam ſecundum Chryſoſtomũ. homil. ſecunda de cruce & latrone. Sanguis Chriſti infidelibus eſt ad mortem. nobis autem ad vitam. Nõ enim ſãguis Chriſti deterior eſt babylonio igne. Illa enim ſcit in camino ſanctorum honorare corpora & chaldęos comburere. Quanto magis ſanguis Chriſti perdere incredulos & ſaluare fideles.

G Sanguis xp̄i. Quõ ſanguis xp̄i cõtra natura alterius ſanguinis lauat. & ꝙ habet lactis naturam.

¶ Dicitur ſecundo quod ſecundum Philoſophos ſanguis per decoctionem fit lac. Lac enim nihil aliud eſt quam ſanguis bis coctus. Et ideo quia ſanguis Chriſti maxime fuit coctus & in vtero virginis & in ara crucis, dicitur habere lactis naturam. cuius eſt dealbare. Inde dicebat Pſalmiſta. Lauabis me. & ſuper niuem dealbabor. Ex quo patet ſanguinem Chriſti habere virtutem abluendi culpas noſtras. Nam Hebræorum. ix. Si ſanguis hircorum & taurorum & cinis vitulę aſperſus inquinatos ſanctificat ad emundationem carnis: quanto magis Chriſti ſanguis qui per ſpiritum ſanctum ſemetipſum obtulit immaculatum deo: emundabit conſcientias noſtras ab operibus mortuis ad ſeruiendum deo viuenti. Item Colo. ij. Donauit nobis omnia delicta: delens quod aduerſus nos erat chirographum decreti. Gloſa .i. peccatum Adæ. quod diabolus tenebat quaſi cautionem decreti mortis æternę. & ſequitur. Et ipſum tulit de medio affigens illud cruci. Sicut enim literæ deleri ſolent aliquo liquore: ſic Chriſtus ſuo ſanguine noſtra peccata vna cum chirographo: id eſt cum ſententia dei deleuit. Item Hebræorum. ix. Omnia pene in ſanguine mundantur. & ſine ſanguinis effuſione non fit remiſſio. Inde Auguſtinus libro de verbis domini in monte. Fuſus eſt ſanguis redemptoris: & deleta eſt cautio debitorꝫ. Ex quo patet q̃ mali ſũt q ad hũc ſãguinẽ ſumẽdũ accedũt immũdi & indigni. qui de totius mundi lauachro faciunt ſuum inquinamentum. Videant iſti male ſibi conſulentes quantum incurrant periculum, iuxta apoſtoli dictum, Hebræorum decimo.

M.E.C.D. 2016

Is irritam faciens legem Moyſi ſine vlla miſeratione duobus vel tribus teſtibus moritur: quanto magis putatis deteriora mereri ſupplicia, qui ſanguinem teſtamenti pollutum duxerit, in quo ſanctificatus eſt. ¶ Secundo. contra grauitatē offenſi ſanguis Chriſti nos deo reconciliat. & hoc dupliciter. Primo. mediādo inter nos & deū per iterpellationem. Vnde Bernar. libro de amore dei. Poſito corpore ſuo & ſanguine in manu ſua. Hoc (inquit peccatori) manduca & bibe. hinc viue. patriq; repræſentans eum. En (inquit) pater mei ſanguinis preciū. Si de peccato huius requiris: en pro eo meus ſanguis. Hinc & dicebat idem Bernar. ſentiens huius interpellationis beneficium Homi. xxij. ſuper cātica. Illumina oculos meos domine, ne vnq̄ obdormiam in morte. vt ſciam quid acceptum ſit corā te omni tempore. & ſapiens ſum. Delicta iuuentutis meæ & ignorantias meas ne memineris. & iuſtus ſum. Deduc me in via tua. & ſanctus ſum. Verūtamen niſi interpellet pro me ſanguis tuus: ſaluus non ſum. Secundo pacificando. iuxta illud. Colo. primo. Pacificans per ſanguinem ſuum ſiue quæ in terris, ſiue quæ in cælis ſunt. Chriſtus enim alte ſuſpenſus eſt in cruce. vt ab alto fonte deriuaretur riuulus ſanguinis ſuper nos & ſuper filios noſtros. i. poſteriores. non quidem ad iram & vindictam. ſicut cecidit ſuper iudęos, ſed magis ad miſericordiam & reconciliationem. Inde dicitur. j. pe. j. In aſperſionem ſanguinis Ieſu Chriſti gratia vobis & pax cū deo ſic multiplicetur. Preterea. excommunicat⁹ nunq̄ abſoluitur niſi ſub ſigillo curię. peccator autem excommunicatus erat a deo. ita vt eiectus eſſet a paradiſo a ſocietate & communicatione angelorum. Propter quod nunq̄ reconciliandus erat niſi in virtute paſſionis Chriſti appenſo rubeo ſigillo ſanguinis eius. Ante quippe incarnationem guerra erat inter deum & hominem. nec erat qui partes trahere poſſet ad pacem. Non enim erat qui manum poneret in ambobus. vt dicitur Iob. ix. donec mediator dei & hominum homo Chriſtus Ieſus vtriuſq; naturam in ſe habens: coniunxit eos ad pacis oſculum. Sed ſicut ſolet contingere. ꝙ quando quis inter duos rixantes mediat vt eos reconciliet: ab vtroq; vulneratur. ſic domino noſtro accidit. Nam ipſe pater percuſſit eum. iuxta illud Eſa. liij. Propter ſcelus populi mei percuſſi eum. Ideo dicitur Roma. viij. Proprio filio ſuo nō pepercit. quia (gallice) ſans leſpargner/ eum percuſſit. & etiam ex alia parte percuſſerunt iudæi & vulnerauerunt. iuxta illud Eſa. liij. Diſciplina pacis noſtrę ſuper eum. Et ſic percuſſit eum deus pater: vt percuſſione ſua nos ſibi reconciliaret. & a vulnere a ſerpente illato nos ſeruaret. Fecit enim ſicut prudens minutor qui ad curandum latus ſiniſtrum infirmum minuit brachium dextrum ſanum. Pro infirmis enim & peccatoribus filij

H Sanguis xp̄i. Q ſāguis xp̄i nos recōciliat deo mediando & pacificando.

I Sanguis xp̄i. Q peccator quaſi excōicat⁹ nō ē abſolutus niſi ſub ſigillo ſanguinis xp̄i.

M.E.C.D. 2016

ſui ſanguinem extraxit: vt nos ſanaret. Crudeli tamen minutione quia non cum lanceola, ſed cum lancea groſſa penetrante vſq; ad cor. non ſolum in latere/ brachio/ & pedibus. ſed etiam in toto corpore. adeo vt minutio tanta fuerit: ꝙ cum ſanguine exierit anima. Vnde Auguſtinus libro contra quiq; genera hoſtium. Fuſus eſt ſãguis medici: & factus eſt medicamentum frenetici. Tertio. contra timorem pęnę æternę vel temporalis potus iſte ſanguinis pœnã ſoluit. Potus eñi corporales exhauſti ſuos obligant potatores. iſte vero pot⁹ ſymbolum ſoluit. Aufert enim æternitatem & mitigat acerbitatem. iuxta illud Pſal. Qui redimit de interitu. ſ. æterno. vitam tuam. Ephe. j. In quo habemus redemptionem per ſanguinẽ eius remiſſionem peccatorum. i. pœnę debitę pro peccatis. Hæc autem tria (licet non eodem ordine) tanguntur in verbis ſacramentalibus. Nam in ſignum reconciliationis offert nobis vinum ſui ſãguinis dicens. Bibite ex eo omnes. Bibitur enim in ſignum reconciliationis. iuxta illud eccľe. Calicẽ domini biberũt. & amici dei facti ſunt. Secundo. in redemptionis precium captiuis datur. cum dicitur. Qui ꝓ vobis & ꝓ multis effundetur. Tertio reis in lauachrũ ideo ſequitur. In remiſſionẽ peccatorũ. ¶ Quarto. ſanguis Chriſti datur pugnantibus in ſubſidium & præſidium. & hoc ad tria. Primo quidem animat ad aggrediendum operationes virtuoſas arduas & difficiles: humanitas enim ſaluatoris eſt tunica armorũ rubea. tunica quidem veri Ioſeph quam intinxerunt in ſanguine fratres ſui. ſ. iudæi. quam hortatur Apoſtol⁹ indui dicens. Induimini dominum Ieſum Chriſtum. Hinc. j. pe. iiij. Chriſto in carne paſſo: & vos eadem cogitatione armamini. Cogitatio eñi paſſionis Chriſti & ſanguinis eius effuſi: debet nos armare & animare contra peccatum. In cuius ſignum. j. Macha. vj. dicitur. ꝙ bellatores oſtenderunt elephãtis (qui ſunt animalia frigida & timida naturaliter.) ſanguinem vuę. i. Chriſti paſſi in torculari crucis. & mori. i. ſanctorum. ad acuendum eos in prælium. Aſpectus enim ſanguinis dat naturaliter pugnandi audaciam. Quis enim martyres audaces & potentes in prælio fecit: niſi ſanguis Chriſti? Quis Ioſeph ab arimathia prius occultum propter metum iudæorum: deinde audacem fecit ad petendum corpus Ieſu & ad ſepeliẽdum: niſi ſanguis Chriſti? In quo multum reprehenſibiles ſunt ſacerdotes. qui oſtenſo ſibi precio ſanguinis Chriſti non inde ad opera ſancta & ſuum ſtatũ concernentia agenda animãtur. immo potius in vanitatibus & delicijs & voluptatibus deliteſcunt. Sapiũt enim bona temporalia eccleſiæ dedicata (vt dicit Guil. pariſieñ. libro de virtutibus parte prima.) precium ſuum. ſ. ſanguinem Chriſti. quia ſanguine ei⁹ empta ſunt prædia & beneficia ſacerdotibus. Vnde & patrimonium cru-

K
Sanguis xp̃i.
Q sãguis xp̃i ſoluit ſymbolũ. vbi ex potu vini cõſurgit obligatio.

L
Sanguis xp̃i.
Q sãguis xp̃i facit pugnãtes aggredi ardua. ſuſtinere aduerſa. & tãdẽ triumphare.

M.E.C.D. 2016

cifixi vſualiter appellantur. & etiam morte martyrum. & ſanctiſſi-
mis laboribus confeſſorum & virginum. Ideo hæc omnia rubent huiuſmodi ſanguine Chriſti & martyrum. & diſtillant ſudorem cōfeſſorum & virginum. Quis ergo ſacerdotum non horreat laſciuire in ſanguine Chriſti & martyrum. ac voluptate diſſolui in tantis laboribus/ſudoribus/& doloribus ſanctorū? Hæc enim omnia meritis Chriſti & ſanctorum a deuotione fidelium eccleſię oblata ſūt. Caueant ergo ſibi voluptuoſi ſacerdotes & pigri ad omne opus bonum. Secundo datur pugnantibus in præſidium. non ſolum ad animandum ad aggreſſum, ſed etiam ad confortandum cor ad ſuſtinendas tentationes/tribulationes/& pericula. Vnde & Hebræo. x. dicitur. Recogitate eū qui talem. i. tam vilem & tam crudelem p̄ peccatoribus ſuſtinuit aduerſus ſemetipſum contradictionem: vt non fatigemini animis veſtris deficientes. & ſequitur. Nondū eñ vſq; ad ſanguinem reſtitiſtis. ſicut ipſe. ſ. fecit. hinc Bernar. Deuotus miles non ſentiet ſua: cum benigni ducis intuebitur vulnera. Eſt enim ſanguis Chriſti verus amicus naturæ noſtræ. qui in tribulatione & neceſſitate noſtra nobis non deficiet, ſed velut ſanguis naturalis ad partem leſam currit vt ei ſubueniat. Sic Chriſti ſanguinis virtus exiſtentes in tentatione & tribulatione confortat. Caueamus ergo ne deficiamus in tentationibus & tribulationibus. ne forte nobis dicatur quod Ariſtote. recitat tertio Ethicorū. ex Homero dictum ab Hectore. Minabatur enim quencumq; fugientē de prælio ſine vulnere: ꝙ eſca canibus membratim daretur. Sic ſi de bello & militia huius mundi recedamus timidi nec in bono p̄ſeueremus: timendum eſt ne cum canibus infernalibus ſit pars noſtra deputata. Tertio. ſanguis Chriſti vlterius roborat illos ad triūphandum. Viſo enim vexillo & ipſo rege in preſſura colligit bonus miles vires & reſumit. Ideo dicitur Apocalypſis. xij. Proiectus eſt ille accuſator frattum noſtrorum: qui accuſabat eos die ac nocte. & ſequitur. Ipſi vero vicerūt eum propter ſanguinem agni. Sicut eñ ſanguine a corpore fluente deficit virtus: ſic amota ſanguinis Chriſti conſideratione a corde deficit. ſed ea reſumpta virtus roboratur ad triumphandū. Inde quidā in quodam libro de officio Miſſę. Refrigeſcente enim ea quæ vbiq; calet ſanguinis Chriſti memoria: refrigeſcet vniuerſa charitas. muta erit fides. claudicabit ſpes: conticeſcet magnus ille clamor ſanguinis iuſti Abel. qui p traditū tanti ſacrificij ritum quotidie reparat vocem p̄dicantium. laxat os bibētis & vociferantis terrę. ſ. eccleſię. maledictū Cayn coarguens. Cōmuniter enim dicitur. ꝙ ſi quis homo occidit & fortuito caſu homicida corpi occiſo ſe repſentauerit: tūc i ſāguinē pfluūt vulnera q̄ſi vindictā clamantia. Cū ergo dñs tuus ſit occiſus. & occiſores ſint

M.E.C.D. 2016

iudæi. peccatum vero occiſionis cauſa. aduerſus iudæos & eorum maledicta latrare debemus. & quotiens nos inuadit peccatum : in corde noſtro renouari debent vulnera domini noſtri Ieſu Chriſti clamãtia vindictã de peccato. quo aĩati viriliter peccatũ illd̃ deuicamus. ¶ Quarto. datur ſanguinis Chriſti potꝰ laborãtibus in auxilium ꝓpter tria q̃ ſunt neceſſaria ad bene laborandũ ſiue operandum. ſ. ſcire. velle. & poſſe. Sãguis eñ Chriſti primo dirigit rõnẽ ei oñdendo viã. ſicut veſtigiũ ſãguinis aĩalis oñdit viã cani venatico. j. pe. ij. Chriſtꝰ paſſus eſt pro nobis: vobis relinquẽs exemplũ: vt ſequamini veſtigia eius. Vnde ſecundũ medicos. ſanguis ceruí in venis eius dulcis eſt & odoriferꝰ. Ideo ſicut venator capta ꝑda ex eiꝰ ſanguine recenti confricat canum os & nares. vt ſentientes odorẽ prædę auidius eam ſequantur: ſic omnes ſenſus fidelium debent tingi memoria ſanguinis Chriſti effuſi: vt in odorẽ dulcedinis mĩæ eius factę per ſanguinẽ eius: auide ſequamur eũ. Hinc Apoca. xix. dicitur. Vir erat veſtitus veſte aſperſa ſanguine & exercitus cęli. i. virorum cęleſtium ſequebatur eum. Sic ergo dirigit ſanguis Chriſti rationem. Dicit autem Poeta. ꝙ Fœcũdi calices nunq̃ fecere diſertum. immo reddunt hominem turpem & ruſticũ. Sed de hoc calice dicit̃ in Pſal. Calix meus inebrians q̃ pręclarus eſt : id eſt q̃ preclaros & ingenuos homines facit. & hoc rationem dirigẽdo. quia ſecundum Philoſophum. j. poli. Ingenui dicuntur qui ratione vigẽt. Secundo. allicit voluntatem ad bene operãdũ. Sic aliqñ datur cani venatico ſãguis ad lãbẽdũ: vt alliciat̃ ad ſequendum. Pſal. Intingatur pes tuus. i. affectio tua in ſanguine Chriſti. hinc aui prędaci oſtẽduntur carnes ſanguinolentę. & tunc facile venit ad manum domini ſui. Sic oſtenſa chriſtiano cruenta ſanguinis ſui ſaluatoris effuſione: auidius & feruentius ad ipſum tẽdit: Bernar. Hoc eſt quod plꝰ me mouet. plus vrget. plus attrahit o bone Ieſu. calix quem bibiſti redemptionis noſtrę. Hoc eſt quod deuotionem meam blandius allicit. iuſtius erigit. fortius ſtringit. vehementius afficit. Conſiderata quippe bonitate & ſuauitate vini potator ad potandum fœcundos calices allicitur. & libenter ad tabernam illam in qua modico precio venditur. Chriſtus vero ad modum tabernarij qui pecunia indigens vult homines allicere ad vinum ſuum & retrahere ab alijs vinis: facit bonum forũ de eo. & vt plurimi habeant: facit multa foramina in dolio ſuo. Nam vt nos retraheret de taberna peccati: paſſus eſt fieri quinq; foramina in corpore ſuo: vt omnes ad ipſius ſanguinis ſuauitatem hauriendam tendant. & ſic tabernam peccati effugiant. Tertio reficit hominis virtutem ne deficiat. Sicut enim (ſecundum Chryſoſtomum.) nutrix poſtq̃ puerum percuſſit dat vbera. & tunc pacificat & reficit ipſum : ſic poſt tribu=

M
Sanguis xp̃i.
Qꝫ dat ſãguis xp̃i laborãtibꝰ. vt ſciãt. velit. & poſſit laborare.

M.E.C.D. 2016

lationes & verbera dei pius pater ſanguine filij nos reficit. Ioan. vj. Caro mea vere eſt cibus: & ſanguis meus vere eſt potus. cibus reficiens. potus inebrians. vt nō ſentiat homo laborem pœnitentię & tribulationis. Inde. Ezech. xlv. dicitur ꝙ tollet ſacerdos de ſanguine animalis quod erit pro peccato. ſ. oblatum. & ponet in poſtibus domus. i. in ſuperliminaribus. Liminaria enim tenent oſtium in debito ſtatu: ne nimis eleuetur vel deprimatur, ſed vt mediocriter voluatur. Timor vero eſt liminare ſuperius deprimens animam: ne nimium de ſalute præſumat. ſpes autem eſt liminare inferiꝰ eleuans cor: ne deſperet. In vtroq; debet poni ſanguis Chriſti per conſiderationem. vt homo inter ſpem/metumq; poſitus in timore fiduciam habeat. & in ſpe pœnam & pœnitētię laborē patienter pottet. ¶ Quinto. ſanguis Chriſti potus eſt contemplantibus in ſolatium donatus. & hoc propter tria ſecundum tres gradus contemplationis. ſ. meditantium. amplectentium. & expectātium. Primo enim illuminat meditantes. Nam Chriſti paſſio ſcripturarum eſt expō. Vnde nec ante paſſionem intelligere potuerunt diſcipuli ſcripturas. Et huius naturale exemplum eſt. quia ſanguis columbæ ē medicina oculorum grauatorum ſanguine. In ſignum cuius legimus. Hebræorum. ix. ꝙ ſacerdos intrabat tabernaculum non ſine ſanguine. Introire autem in tabernaculum eſt obſcura ſcripturarū penetrare. Quod vtiq; non fit ſine ſanguine Chriſti. i. ſine fide paſſionis eius. Inde Guil. pariſieñ. loquens de ſanguine Chriſti. Hic eſt (inquit) vermiculus. quo ſolo liber gratię ſcribi potuit: vt in eo tota diuinę dilectionis in nos gratia apertiſſime legeretur. hoc eſt minium. quo liber vitæ rubricatus & illuminatus eſt. Tetris ſiquidē literis terrenorum beneficiorum: ſcilicet promiſſionibus / totus nigrebat. Deerāt enim literę capitales & tituli. hoc eſt documēta ſpiritualia & æternarum promiſſionum certa inſignia & intētionum & operum noſtrorum. certi decores. qui de Chriſti nobis ſanguine profluxerūt. hæc Guil. ¶ Secūdo delectat āplexātes oſtēdens magnitudinem amoris Chriſti. quo nihil dulcius. Deutero. xxxij. Cōſtituit eum. ſ. populum chriſtianum ſuper excelſam terram. ſ. in cōtemplatiōe diuinitatis & humanitatis Chriſti. qui eſt inter omnes excelſior terra. vt ſanguinem vuę biberent meraciſſimum. Hinc Bernar. Clamat vulnus. clamat clauus: ꝙ miſericordiæ dei nō eſt numerus. Fodit manus. fodit pedes. fodit latus. per quæ foramina licet mihi ſugere mel de petra, oleumq; de ſaxo duriſſimo. vt ſciā q̄ ſuauis & q̄ miſericors eſt dominus. Inde multi ſancti viri hoc calice inebriati oīa temporalia derelinquētes: ſoli deo adheſerūt. Sicut eñ homines ebrij proprijs veſtibus ſe ſpoliāt & ſenſum naturalem deponūt: ſic ſpiritualiter ebrij iſto calice temporalia (quę ſecundum

ON Sanguis xp̄i. Qꝫ ſāguis xp̄i ſolat cōtēplātes ſcd̄m tres gradus. ſ. meditātiū. āplectātiū & expectātium.

M.E.C.D. 2016

Grego. dicuntur veſtiméta) tabernario huius vini. i. Chriſto in ſuis pauperib⁹ derelinquunt ei ꝑpetuo adhęrentes. In illo eñ paruuli in Chriſto. i. incipientes inueniũt in quo maxime delectentur. iuxta illud Iob. xxxix. Pulli eius lambunt ſanguinem. Lambere eñ delectationis eſt. Super quo Grego. xxxj. Mora. c. vlti. Sanguinẽ lambere eſt paſſionis dñicę infirma venerari. hinc eſt ꝙ Paulus qui ad ſecreta dei volauerat dicebat diſcipulis. Non iudicaui me ſcire aliquid inter vos: niſi Chriſtũ Ieſum: & hũc crucifixũ. Ac ſi aperte diceret. Ego quidẽ eſcã meã diuinitatis eius potentiã de longe ꝓſpicio: ſed vobis adhuc paruulis incarnationis tãtũmodo lambẽdum ſanguinẽ trado. Nã qui per prędicationẽ ſuam tacita deitatis celſitudine infirmos auditores de ſolo cruore crucis edocet: quid aliud ꝗ ſanguinẽ pullis prębet? Secundo in illo inueniũt ꝓficiẽtes in quo nutriantur, augeantur & perficiãtur. Eſt eñ ſanguis Chriſti nutrimentum animę ſuauiſſimũ & amoris inflãmatiuũ. Nã quę nutrix inuenietur: quę puerũ ſuũ vellet propria carne ac ꝓprio ſanguine paſcere: quẽadmodum voluit dñs ſuis dilectis exhibere? De quo Chryſo. in epiſtola ad neophitos. Sicut mulier (inquit) natura cogẽte genitum alere ſui lactis fœcunditate feſtinat: ſic Chriſtus ſuo ſanguine ſemper enutriet quos ipſe regenerat. Non ſic autem nutrit impios: qui velud aues prędaces de ſanguine pauperum viuunt. de quibus Numeri. xxiij. Non accubabit leo donec rapuerit prędam: & occiſorum ſanguinem bibat. De quibus etiam Iudith. viij. Iam ordinauerũt vt occidant pecora ſua. i. pauperem & vulgarẽ populũ quẽ velut pecora iudicãt, & ſanguinẽ eorũ bibãt. de quorum pœna dicitur Eſa. ix. Veſtimẽtum. i. corpus quod eſt quaſi veſtimẽtũ animę mixtũ ſanguine pauperũ erit in cõbuſtionẽ & cibus ignis gehẽnę. Tertio ibi inueniunt perfecti, in quo nobilitentur & ornentur Ideo Apoca. vj. dr̃ Chriſto. Redemiſti nos dñe in ſanguine tuo ex omni tribu, & lingua & natione, & feciſti nos deo noſtro regnum & ſacerdotes, & regnabimus ſuper terram. Cum eñ ſimus in ſanguine Chriſti per baptiſmũ regenerati: quodãmõ ſumus de regio ſanguine Chriſti procreati. Ideo quilibet vocat eũ dñm ſuũ more puerorũ regiorũ qui ita regem ſolẽt appellare, & nedũ per ſanguinem Chriſti nobilitantur: ſed etiã in eo apparatũ & ornatum animę inueniũt. Nam Chriſtus in cruce ex latere ſui dormiẽtis aquã & ſanguinẽ ꝓfudit: aquã ad lauãdũ, ſanguinẽ ad colorãdũ. Quod experta beata agnes dicebat. Sanguis eius ornauit genas meas. Tertio certificat expectantes dñm. Nã. j. Ioan. v. Tres ſunt qui teſtimoniũ dant in terra, ſpũs, aqua, & ſanguis. Spiritus. ſ. dilectionis Chriſti, & aqua & ſanguis paſſionis, dãt teſtimoniũ ꝓmiſſionis ęternę heredi tatis. Emptio eñ patris hęreditas eſt filioꝝ. Chriſtus qui eſt pater

Qꝫ ſãguis xp̃i delectare habet incipiẽtes, nutrire ꝓficientes, & nobilitare ꝑfectos.



M.E.C.D. 2016

noſter emit hęreditatem regni cęleſtis ſanguine ſuo: ideo ſi ſumus
filij: certi ſimus de hęreditate. Rom̄. viij. Si filij & hęredes. Heb. x.
Habentes fiduciam in introitu ſanctorum in ſanguine Chriſti. Et
quia inſtitutus hęres in teſtamento valde diligens eſt de teſtamen
to ſeruando: ne forte perdito teſtamento perdat etiam hęreditatē.
Nos qui ſumus conſtituti hęredes in ſanguine teſtamēti: debemus
eſſe valde diligentes de teſtamēto iſto in ſcrinio pectoris noſtri ſer-
uando per deuotionē & nunq̄ a memoria dimittendo. vt ſic ſem-
per memoriter teneamus: quoniā hic eſt ſanguis noui teſtamenti.

P Sanguis Chriſti. Q; ſāguis Chriſti ꝓtegit decedētes ab hoſte, eripit a miſeria, & introducit ad gloriā.

¶ Sexto potus iſte datur exeuntibus de mūdo in gaudium & prę-
ſidium. & hoc propter tria. Nam primo protegit exeuntes ab ho-
ſtis inſidiantis malitia. Si enim ipſe ſanguis virtutem expulſiuam
inimici a mundo habuit: quando fracto alabaſtro precioſiſſimi cor
poris Chriſti effuſum eſt vnguentum ſanguinis eius, & tota domus
eccleſię impleta eſt ex odore vnguenti (Quem odorem ſenſerūt
cæli & inferi. cæli delectando. inferi fugiendo. Ita vt ſicut odor vi-
nearum florentium buſones & ſerpentes reijcit: ſic odore ſangui-
nis huius effuſi eiectus eſt foras princeps hui⁹ mundi.) Multo ma-
gis in morte cuiuſlibet particularis hominis virtutem habebit ex-
tricandi omne genus dæmoniorum. Pręterea. ſicut quando nobi
les ponunt ſignum ſuum in aliqua domo timent hoſtes eorum ap
propinquare: ſic ſanguine domini Ieſu intinctam & ſignatam do-
mum animę noſtrę timebunt in termino mortis dęmones inuade
re. iuxta illud Pſalm̄. Turbabuntur gentes & timebunt qui habi-
tant terminos a ſignis tuis. Nam circa terminum huius vitę & alte
rius initium habitant dęmones: quia ibi obſeruant & inſidiantur
calcaneo tranſeuntis. vt dicitur Gene. iij. Tales em̄ timebunt a ſi-
gnis dei. Et propter hoc non ſine cauſa ante oculos morientiū po-
nitur crux. In cuius ſignum legimus Exo. xij. ꝙ qui ſuper vtrunq;
poſtem domus ſuę. ſ. ſuper intellectū & affectū quaſi in ſuperlimi-
naribus poſuerunt ſanguinem agni: liberati ſunt ab exterminatore
angelo. Super quo Chryſo. in epiſtola ad Neophitos. Sāguis agni
occiſi pręſeruabat a malo angelo ne occideret primogenita He-
bręorū, non quia ſanguis: ſed quia per eum dñici ſanguinis demō
ſtrabatur exemplar. Nam ſicut regnantium ſtatuę, non quia ęrecō
fectę ſunt: ſed q̄a gerūt imaginē regis: aliq̄n ad ſe cōfugiētib⁹ ſubue
nire ꝯſueuerūt. ita & ille ſanguis nō q̄a ſanguis: ſed q̄a exēplar futu
ri. Nunc igitur ſi viderit hoſtis non poſtibus impoſitum ſanguinē
typi: ſed fidelium ore lucentem ſanguinem veritatis. quanto ma-
gis terrebitur ꝓſpiciēs ipſam veritatē. Hęc Chryſo. Ideo hęc ſigna
dñici ſanguinis ſemꝑ debem⁹ in mēte habere: q̄a hora noctis. ſ. mor
tis angelus dñi malus totā domū noſtri corpis circuiēs, quantūcūq;

M.E.C.D. 2016

domus ſit alta bene murata & de magno ſanguine orta: niſi ſignata ſit & munita hoc ſanguine, corpus & animam interficiet. Chriſt⁹ eñ nobis faciet in morte ſicut hoibus intrantibus in prelium. Quãdo eñ duo exercitus debẽt cõgredi: illi qui ſunt de vna parte aſſumunt ſibi aliquod ſignũ cõmune, quo cognoſcunt ſe mutuo, & ſic non percutiuntur neq; occiduntur a ſe inuicem. Sic erit in morte cuiuſlibet noſtrum. Illi in quibus arma & ſigna ſanguinis nõ inuenientur: occidẽtur & in infernum detrudentur. Sed in multorum cordibus infixa ſunt nõ Chriſti ſigna ſed diaboli: ita ꝙ non poſſunt ibi habere locum ſigna dei, ſicut nobiles ponunt ſigna ſua in ſummitate caſtri capti. Pſalm̃. Poſuerunt ſigna ſua ſigna. ſicut in exitu domus: ſcilicet ſup ſummũ. ſ. in ſummitate. ita iſti in exitu animæ a domo corporis ponunt ſigna peccatorum ſuper animam: quę eſt ſummum in homine. ❡Secundo eripit exeuntes a miſeria. Ante enim effuſionem ſanguinis Chriſti nullus quãtumcũq; iuſtus liberabatur vniuerſaliter a miſeria. quin ſaltẽ extra hereditatẽ ſuã remaneret. Tunc eñ oẽs in infernũ deſcẽdebant. Sed poſt paſſionẽ mors ſanctis eſt finis miſerię. Zacha. ix. Tu aũt in ſanguine teſtamenti tui. i. quo teſtamentum tuũ firmum eſt. ſicut in morte teſtatoris cõfirmatum teſtamentum, eduxiſti vinctos de lacu in quo non erat aqua. Ante enim mortem Chriſti inter cęlum & terrã erat paſſus adeo periculoſus: ꝙ nullus quãtumcunq; ſanctus nec patriarchæ nec prophetę poterat tranſire. Erat enim inter paradiſum & hunc mũdum ignea riparia vel murus igneus & ianitor angelus, qui hominem non permittebat intrare. Propter quod dñs Ieſus hũc mũdum ingreſſus: per fluxum ſanguinis ſui hanc ripariam extinxit, & amonens angelum de porta paradiſi; petrum peccatorem ibi ianitorẽ ordinauit. ❡Tertio ſanguis Chriſti introducit exeũtes ad gloriam. Sanguis eñ Chriſti eſt merellus & ſignum quo oſtenſo intratur in cęlum. Quando eñ aliquis magnus princeps venit ad curiã: omnes de ſua liureta intrant poſt ipſum: quia exiſtimatur ꝙ ſint de familia eius. Chriſtus autem tinctus veſte ſua introiuit in cælum. iuxta illud angelorum admirantium. Eſa. lxiij. Quis eſt iſte qui venit de Edom tinctis veſtibus de boſra. Ideo qui veſtes habent tinctas ſanguine Chriſti. i. corpus per abſtinentiam aut patientiã exẽplo Chriſti: illi ſoli poſt ip̃m ingredietur. Ideo dr̃ Apoca. vlti. Beati qui lauãt ſtolas ſuas in ſanguine agni. vt. ſ. habeãt ptãtem in ligno vitę, & per portas ingrediãtur ciuitatẽ. Per portas vtiq; itrauit Chriſtus, nõ quidẽ per ſanguinẽ hircoꝝ aut vituloꝝ ſed per ꝓpriũ ſanguinẽ intrauit ſemel in ſancta ęterna redẽptione inuenta. Pręterea ſcd̃m Bernar. li. de exhortatiõe ad paſſionẽ Chriſti. Ager Acheldemach empt⁹ eſt ꝓ peregrinoꝝ ſepultura ꝑcio ſanguis xp̃i. Per hũc



M.E.C.D. 2016

autem agrum myſtice intelligitur cęleſtis patria: in qua ſepeliūtur omnes qui ſunt peregrini in hoc mundo. Ergo virtute ſanguinis Chriſti illuc omnis peregrinus a mūdo introducitur. Et hęc eſt ratio quare dicitur ſanguis teſtamenti ęterni: quia nouam & ęternam promiſſionem confirmat. ſicut dicit Chriſtus. Qui manducat meā carnem & bibit meum ſanguinem: habet vitam ęternam.

Q Sanguis Chriſti. Q; ſāguis xpi non ſe extēdit vſq; q(uo)d lotio nē dānatorum.

¶ Sed circa huiuſmodi ſanguis Chriſti virtutes oritur duplex q̄ſtio. Prima quidem. ſi tantę virtutis & efficacię eſt ſanguis Chriſti: an ſe extendat vſq; ad lotionem eorū qui dānantur in inferno. ſicut voluit Origenes. ¶ Ad hoc reſpōdet q; nō. Tū primo. q(ui)a ſcd̄m Apoſtolū Colo. j. Dn̄s Ieſus dicitur pacificās per ſanguinē ſuū. ſiue quę in terris, ſiue quę in cęlis ſunt. Ergo Chriſtus per ſanguinem ſuum ſolum reconciliauit habitantes in terra & in cęlis, nō quę infra terrā. Inde eſt q; Chriſto nato de tali recōciliatione gratias agētes angeli dixerūt. Gloria in excelſis deo & in terra pax hominib(us) bonę voluntatis. Item. j. Corinth. x. dicit Apoſtolus. Non poteſtis calicem dn̄i bibere & calicem dęmoniorum, & nō poteſtis mēſę dn̄i participes eſſe & mēſę dęmoniorū. Ergo cū dęmones ſuū ꝓpriū habeant calicē. ſ. calicē irę dei: nō poſſunt bibere calicē Chriſti aut efficaciam eius deguſtare. Q; autē nō ſe cōpatiātur iſti calices patet. Nā calix domini dulcis eſt & ſuauis bene diſpoſitis. Pſalm̄. Dominus pars hęreditatis meę & calicis mei. Si ergo dominus qui eſt pars calicis ſuauis eſt iuxta guſtum Dauid dicentis. Guſtate & videte, quoniā ſuauis eſt dominus: ſequitur q; calix domini ſuauis eſt. Calix autem dæmoniorum amariſſimus & fœtidiſſimus ſcd̄m illud Pſal. Ignis ſulphur & ſpiritus procellarum pars calicis eorum. Ad cuius queſtionis deciſionem perpulchre loquitur Bernar. homi. lxxix. Non deſcendit ad inferos ſanguis qui effuſus eſt ſuper terram. biberunt omnes peccatores terrę. Non eſt quod ſibi vendicēt ex eo dęmones ad reſtinguendos ſuos focos: ſed neq; homines ſocij dæmoniorum. Semel illuc deſcendit non ſanguis ſed anima. Et hæc portio eorum qui in carcere erant vna illa quę tunc facta eſt viſitatio per pręſentiam animę: cum corpus penderet ſuper terram exanime. Sanguis aridam rigauit: ſanguis infudit terram & inebriauit eam. ſanguis quæ in terra & quæ in cælis pacificauit: non autem quæ apud inferos: niſi q; ſemel anima eius illuc excurrit & fecit ex parte redemptionem. Hæc Bernardus.

R Sanguis Chriſti Cauſa m(u)ltiplex q;

¶ Secūda queſtio. Si tantā efficaciā habeat virt(us) ſanguinis Chriſti, cur nō quotidie ſumitur in eccleſia ad robur & ſubſidium eccleſię, cur nō in die paraſceues ſicut ī alijs dieb(us) ſumit(ur) a ſacerdote. Rn̄det doctores q; hoc facit eccleſia quadruplici de cauſa. P(ri)a eſt. q(ui)a illa ſexta feria ſanguis Chriſti effuſus fuit in terrā & realiter a corpore

Chriſti diuiſus. Ideo eccleſia que ex ſe & ex ſuo toto officio illo die predictam diuiſionem cōmemorat: vt hanc ſeparationem manifeſte oſtendat illo die fuiſſe factam in Chriſti morte: ſub ſpecie viſibili corpus aſſumit non ſanguinem ſub ſpecie vini. Eadē tn̄ die ſumit ſacerdos ſacramētum ſub ſpecie panis ad refectionem potius eccleſie q̄ ad ſignationē. Secūda cauſa potuit eſſe. quia ſacrificiū altaris quodāmodo repreſentat Chriſti ſepulturā. Et quia illo die ſancti viri qui dn̄m ſepelierūt: ſolum corp9 nō ſanguinem tractauerūt: qa effuſus erat in terrā: ideo etiā miniſtri altaris eodē die corpus Chriſti non ſanguinem ſacramentaliter tractant. Tertia cauſa. quia ſicut in veteri lege in ſecūdo tabernaculo quod dicebatur Sancta ſanctorū ſemel in anno ſummus pontifex ſolus intrabat non ſine ſanguine quē offerebat pro ſua & populi ignorātia: vt dicitur Heb. v. ſic ad oſtendēdū ꝙ ea die ſolus noſter ſummus ſacerdos dn̄s Ieſus introiuit in ſancta per ꝓprium ſanguinem: ea die non ſumit eccleſia ſacramētaliter Chriſti ſanguinē ſub ſpeciebus vini. Quarta cauſa eſſe potuit: vt oſtēdat eccleſia nō eſſe neceſſariū qn̄ nō fit conſecratio ſub vtraq; ſpecie cōmunicare: ideo illo die quo nō conſecrat eccleſia: tm̄ ſub vna ſpecie cōmunicat. Et hec ſufficiant.

non paraſceue

¶ Sermo quintus de materia huius ſacramenti per thema.

HIc eſt panis qui de celo deſcēdit. Ioannis. vj. ¶ Vagātes filij iſrael in deſerto. ſicut legitur Exodi. xvj. murmurauerūt contra Moyſem dicētes. Vtinā mortui eſſem9 in terra egypti qn̄ ſedebamus ad ollas carnium & comedebam9 panes in ſaturitate. Sed huic murmuri ſatiſfaciens dn̄s pluit illis manna ad manducandum. Qui videntes celum pluere mā na admirati interrogare Moyſem cœperunt quid hoc eſſet. Dicebant enim Manhu. quod interpretatur quid hoc eſt. Et tunc reſponſum eſt a Moyſe ꝙ iſte eſt panis quem dedit vobis dn̄s ad veſcendum. Sed q̄q̄ hic cibus de celo aereo deſcendēs mirabilis eſſet: tamen nō multum poſt eum faſtidierunt filij Iſrael dicentes illud Numeri xj. Anima noſtra arida eſt: oculi noſtri nihil aliud reſpiciunt niſi Man. Nec enim eorum iudicio erat cibus anime conueniens: ſcđm ꝙ dicebant Numeri. xxj. Nauſeat anima noſtra ſuper cibo iſto leuiſſimo. Qua de re promiſit deus dare alium cibū meliorem per Eſaiam Eſa. xxv. Faciet dominus exercituum omnibus populis in monte Sion conuiuium pinguium, conuiuium vindemie, cōuium pinguium medullatorum, vindemie defecate. Dicit autem medullatorum pinguium. i. repletorū medulla que eſt cibus in carne ſuauior: & hoc quo ad corpus, & vindemie defe-

A Manna. Euchariſtia. Q cibus iſte dn̄ic9 melior eſt q̄ manna.



M.E.C.D. 2016

catę.i.ſine fęce quo ad eius puriſſimum ſanguinem,& interim pa-
ſcebat eos verbo dicens Eſa.xxx. Erit panis frugū terrę vberrim⁹
& pīguis & paſcet̄ ī poſſeſſiōe tua agnus in die illa ſpatioſe.i.in dila-
tatione charitatis. Erat autem huius panis,non quidem cęli aerei
ſed empyrei magna fames in terra. petente Eſaia. Frange eſurien-
ti panē tuū. conquerente etiā Hieremia Threno.quarto. Paruuli
petierunt panem:& non erat qui frangeret eis. Tunc enim(vt dici-
tur Gene.xlvij.)in toto orbe deerat panis iſte deſideratus: donec
venit verus Ioſeph ſaluator noſter qui ianuas cæli aperuit & hor-
rei in quo precioſum diuinitatis manna continebatur.quando per
quinq; vulnerum loca quaſi per quinq; ianuas cęli ſanguis redem
ptionis effuſus eſt: & exinde granum frumenti cecidit in terram
mortuum. Tunc enim miſcuerat mulier ſapiens tria ſata farinæ &
nobis exinde parauerat ſubcinericium panem ad edendum. Geñ.
xvij. Illa autem fuit maria quę ſapienter inſtituta ad hoc egit humi
litate ſua: vt tres naturæ in vnitatem diuini ſuppoſiti conueni-
rent:& nobis illud ad manducandum pararetur: cui tanq̄ matri vt
panem paruulis ſuis porrigat dicamus Aue.

¶ Sed quęritur cum doctore ſancto tertia parte.q.lxxv.articu.j.
Vtrū cōueniēs fuerit dn̄m Ieſum ſub ſpeciebus iſtis ſacramētalib⁹
ſuā pręſentiā exhibere corpalē. Et videtur ꝙ nō: quia ſacramenta
eccleſię ad vtilitatē fideliū ordināt̄ur: ſed ſcd̄m Grego. in quadam
homi. Centurio reprehēditur quia quęrebat corporalē Chriſti prę-
ſentiā. Apl̄i etiā impediebātur accipere ſpm̄ ſanctum ꝓpter hoc ꝙ
affecti erāt ad eius pręſentiā corpalē. vt Augu. dicit ſup illud Ioan.
xvj. Si nō abiero: paracliτus nō veniet ad vos. igit̄ nō eſt cōueniēs

B
Corpus Chriſti.
Corp⁹ xp̄i eſſe ſub ſacramento congruebat pfectioni nouæ legis, charitati Chriſti,& perfectiōi fidei.

ꝙ ſit corpaliter in ſacramēto. Ad hoc rn̄detur ꝙ licet ſola fide te-
nēdum ſit ꝙ ibi eſt verū Chriſti corpus pręſens: huius tn̄ cōuenien
tia tripliciter deduci pōt. Primo ex perfectione nouę legis: quia ſa-
crificia veteris legis illud ſacrificiū verū paſſionis Chriſti ſolū in fi-
gura cōtinebāt. ſcd̄m illđ Heb.x. Vmbrā hn̄s lex futuroꝝ bonorū,
nō ipſam imaginem. Ideo oportuit vt aliquid plus haberet ſacrifi-
ciū nouę legis a Chriſto inſtitutū. vt.ſ. cōtineret ipm̄ paſſum. nō ſo-
lum in ſignatione aut figura ſed etiam in rei veritate. Et ideo ipm̄
ſacramentū qđ ipſum Chriſtū realiter continet. vt Dionyſius dicit
iiij.c. eccleſiaſticę hierarchię. eſt perfectiſſimū oīm aliorū ſacramē-
torū in quibus virtus Chriſti participatur. Secūdo hoc cōpetit cha-
ritati Chriſti & amicitię ei⁹: ex qua pro ſalute nr̄a verū corp⁹ noſtrę
naturę aſſumpſit & in eadē paſſus eſt. Et quia maxime ꝓpriū eſt cō
uiuere amicis(vt dicit Phūs.ix.Ethi.)ſui pręſentiā corporalē nobis
repromittit & pręmiū. Math.xxiiij. Vbi fuerit corpus illic cōgrega
būtur & aquilę. ita vt nobiſcū in eodē corpe maneat in ęternū. Et

M.E.C.D. 2016

quia in propria ſpecie ſcđm ſtatum mortalem nõ erat cõueniẽs vt maneret nobiſcũ inęternum. Tum ꝑpter redemptionẽ noſtrã peragendã. Tũ vt reſurrectione ſua futurã noſtrã reſurrectionẽ aſtrueret: nec ſcđm ſtatum glorię congruebat, cũ ſit alterius conditionis incõparabiliter diſtantis a noſtra. Ideo neceſſariũ nobis fuit & conueniens ſuę bonitati & amicitię: vt ſaltem ſub aliena ſpecie: in propria tñ corporali pręſentia: ſemper & inęternum maneret cũ eccleſia: vt ſic per veritatem ſacramenti cum eo iũgeremur. iuxta illud Ioan. vj. Qui manducat meam carnẽ & bibit meum ſanguinem: in me manet & ego in eo. Propter quod hoc ſacramentũ eſt maximę charitatis ſignum & noſtrę ſpei ſubleuamẽtũ ex tam familiari Chriſti coniunctione ad nos. Tertio hoc cõpetit perfectioni fidei: quae ſicut eſt de diuinitate Chriſti ita etiam de eius humanitate: ſcđm illud Ioan. xiiij. Creditis in deum & in me credite. Et quia fides eſt inuiſibilium: ideo ſicut Chriſtus dum erat in hoc ſeculo diuinitatẽ ſuam exhibebat diſcipulis inuiſibiliter, humanitate tamen velatã: ſic in hoc ſacramento carnem ſuam alienis ſpeciebus velatam: modo exhibet inuiſibili. Dicitur ſecundo ꝙ tales nec reprehẽduntur nec arguũtur aut a ſpiritu ſancto recipiendo impediũtur: prout eſt pręſens inuiſibiliter modo & forma ſpiritus: ſed bene de praeſentia corporis Chriſti quem nimis carnaliter diligebant prout erat praeſens per modum corporeum. i. prout eſt in ſua ſpecie viſibilis. Vnde Augu. ſuper Ioannem. Si intellexiſti ſpiritualiter verba Chriſti de carne ſua: ſpiritus & vita tibi ſunt. ſi intellexiſti carnaliter: etiam ſpiritus & vita ſunt ſed tibi non ſunt. Ideo non cum hęreticis aut incredulis dubitandum eſt an ſub illis ſpeciebus realiter ſit verum corpus Chriſti: ſed cũ Chriſto & catholicis firmiter credẽdum eſt & confitendum: quia hic eſt panis qui de cęlo deſcendit.

¶ In hoc ſermone tractãdũ erit de materia hui⁹ ſacramẽti: quae quidem quattuor queſtionibus terminabitur. Prima quidem ſuppoſito ꝙ conueniens fuerit Chriſtum dñm nobis ſub ſpeciebus ſacramẽtalib⁹ realiter eſſe pręſentẽ: quare voluit ſic alienis ſpeciebus eſſe velatus. ¶ Ad hoc aſſignãt doctores quidã multas rõnes: quarũ Magiſter in. iiij. diſti. xij. tres aſſignat. Prima eſt vt fides habeat meritũ. Secunda ne abhorreret guſtus quod teneret man⁹. Tertia ne inſultarent nobis hęretici & infideles: cũ viderẽt nos comedere carnes crudas. & tũc cederet hoc i deriſionẽ fidei. Et ſi dicat ꝙ infideles vidẽtes vinũ cõuerti in ſanguinẽ virtute verborꝫ ꝑlatorꝫ a cõſecrãte poti⁹ edificarẽtur in fide ꝗ irriderẽt. Pręterea ſancti aliqñ pro fidei alicuius confirmatione orauerunt: ꝙ dñs in ꝑpria ſpecie oſtenderet corpus ſuũ: ſicut legitur de beato Gregorio papa. ꝙ ad ꝯfirmãdũ plebꝫ fidẽ orõnib⁹ ſuis obtinuit a dño formã panis ꝯuerti

C
Euchariſtia.
Quiq; rõnes ꝑpter quas voluit dñs corpus ſuum eſſe velatũ ſub alienis ſpeciebus



M.E.C.D. 2016

in carnem cruentam. Et ſic eſſe ſub propria ſpecie non ordinat ad fidei irriſionem ſed potius ędificationem. Ad hoc reſpondet Alex. de Hal. quarta parte. Primo ꝙ ex tali mutatiōe panis in carnem & viſione carnis crudę gentiles potius ꝓuocarētur ad irriſionē: qa illam cõuerſionem per incantationem aſſererent factā. Dicitur ſecūdo ꝙ ſancti qn̄ orauerunt ꝙ Chriſtus ad manifeſtationē huiꝰ ſacramēti oſtenderet corpus ſuū in forma & ſpecie carnis: hoc obtento iterū orauerūt vt eſſet ſub ſpecie panis cum deberet aſſumi. Qn̄ enī matrona quę panē ad cōſecrādum obtulerat de ſacramēti veritate dubitabat, & dn̄s ad preces beati Gregorij: veritatē ipſiꝰ ſacramēti reuelauerat: iterata prece eiuſdem: reuerſa eſt ſpecies panis. Quo facto mulieri eidem credenti: corpus Chriſti ſub ſpecie panis exiſtēs cōmunicauit. ¶ Quarta ratio ad hoc induci pōt ne intelligatur cibus iſte carnalis ſed magis ſpūalis. Vt enī dicit Chriſtus Ioā. vj. Spiritꝰ eſt qui viuificat, caro aūt nō prodeſt quicquā. Caro quippe nō prodeſt quicquā carnaliter intelligēti, puta illis qui credunt carnē eſſe manducādā ſicut mādūcatur caro beſtię: ſed multū prodeſt credēti ibi eſſe verā carnē Chriſti, & comedēdā eē ſpiritualiter & ſacramētaliter. Inde Augu. ſuper illo. Caro nō prodeſt quicquā. Carnem quippe ſic intellexerunt quo modo in cadauere venditur, aut in macello dilaniatur. ¶ Quinta ratio adduci poteſt. vt videlicet dominus noſtrę infirmitati parcat & prouideat, & hoc propter multa quibus apparet noſtra infirmitas. ¶ Primo quidem apparet in hoc ꝙ paruuli ſumus pro ſtatu vię huius in cōparatione perfectionis illius. de qua Ephe. iiij. Donec occurramꝰ ī virū perfectum in menſurā ętatis plenitudinis Chriſti. Paruuli iterū ſumus tam paruitate intellectus q̄ affectus. Cuius exemplum eſt in paruulo litterali & materiali. cuius intellectus adeo paruus eſt & anguſtus: vt maius bonum pomo vno aut nuce aut pugillo lactis aut aliquo alio huiuſmodi capere cognitione non valeat, nec affectus eſt maior vt alia maiora appetat. Sic affectus noſter adeo modicus eſt & anguſtus: vt deum delectatione plene non capiat, & ipa brachia charitatis hic adeo breuia ſunt, vt immenſitatem eius cōplecti non valeant. Hęc Guillelmus pariſiēſis. Si autem noſtrę familię filijs pro eorum congruentia cibum miniſtrant naturali pietate patres eorum: ita vt alijs cibum in ſpecie lactis, alijs in ſpecie panis ſorbitum aut clarum, quāto magis fontalis & ineſtimabilis pietatis deus: ſuper omnem comparationem plus diligens filios gratię ſuæ & adoptionis: q̄ poſſit mater quęcunq; diligere filios vteri ſui: miniſtrabit eis panem vitæ pro congruentia ſingulorum. Adultos autem & perfectæ virtutis filios ſcilicet angelos ſuos & animas ſanctas quę ad eius cōſortiū iam ſunt aſſumptę: qui capa-

Infirmitas hūana Q̄ ifirmitas nr̄a apparet hic, qa paruuli ſumꝰ, ī exteriori viſu, in interioribꝰ oculis & in guſtu debilitati.

M.E.C.D. 2016

ces ſunt comedere panem vitæ tam virtute q̄ amplitudine oris & ventris ſpiritualiū: reficit in ipſa formę ſoliditate in ipſa menſa ęter nę refectionis. De qua Lucę. xxij. Et ego diſpono vobis ſicut diſpo ſuit mihi pater vt edatis & bibatis ſuper menſam meam in regno meo. Filios autem paruulos quibus non eſt comedere poſſibile in ipſa ſoliditate: oportuit patrem miſericordiſſimum in alia forma in qua ſit eſibilis proponendo reficere. Et forte ſicut paruulos occi= deret cibus ſolidiſſimus: ſic & iſte cibus menti non glorificatę ap= poſitus. Et queādmodum cibus incomparabiliter maior faucibus & ventre vtrumq; diſrumperet, ſic panis vitę pro illa immenſita= te totam mentis humanæ capacitatem diſcerperet. Hoc apparet in luce cum vehementer ſe infundit & vltra capacitatem viſum ex tinguit. Hęc Guil. ¶ Secūdo apparet ĩfirmitas noſtra in viſu exte riori. Non enim tantam lucis claritatem ſicut corporis Chriſti poſ= ſemus comprehēdere aut intueri. Ideo cōueniens fuit vt ſub quo= dam velamine ſe occultaret. Vt enim dicitur, contigit in viuarien= ſi diœceſi in quadam eccleſia Præmonſtrateñ ordinis dum cele= braretur miſſa in præfato monaſterio, quidam frater de choro re= ſpiciens ad altare vidit ſuper illud circulum claritatis immenſę & columbam miri candoris ſuper calicem in eadem claritate. Cœpit ergo admirari & admirando intueri, nec ſe reputabat indignum tā ta viſione vel forte tanti miraculi vim ferre non potuit. & forſitan ſuperbiuit. ideo ſubito ſtupefactus & territus amiſſo viſu cecidit ĩ choro proſtratus. Quem fratres ad manus extra chorum deducē tes & euentus veritatem perquirentes: tādiu precibus inſtiterunt donec ei dominus viſum reſtitueret. Et ſic apparet infirmitas vi= ſus exterioris ad intuendam tantam claritatē. ¶ Tertio. in interio ribus oculis apparet infirmitas. ratione cuius Diony. vij. c. Cęleſtis hierar. dicit. Neq; (inquiens) poſſibile eſt aliter nobis lucere diuinū radium: niſi varietate ſacrorum velaminum circunuelatum. Si= cut enim infirmi oculi ſolem nube tectum libere conſpiciunt: qui choruſcum lumen eius intueri non poſſunt: ſic & diuinum radium lippientibus mentis oculis lucere impoſſibile eſt nobis: niſi varieta te ſacrorum velaminum circunuelatum. ¶ Quarto. apparet hæc infirmitas in guſtu. Cum enim optima cibaria non valet deguſtare homo, ſignum eſt infirmitatis. Nos autem diuinitatem quæ opti= mum edulium eſt vix guſtare poſſumꝰ. ideo remedium opportu= num oportuit diuinam pietatem infirmitati noſtræ apponere. Vñ Innocentius de officio miſſę. Sapientia dei quæ ſe per viſibilia ma nifeſtat volens euidenter oſtēdere ꝙ ipſa eſt cibus animarum: car= nem aſſumptam propoſuit in edulium: vt per cibum humanitatis inuitaret ad guſtum diuinitatis. de quo Pſal. Guſtate & videte: qm̄

M.E.C.D. 2016

Suauis eſt dominus. vt etiam de viſibilibus ad inuiſibilia. de temporalibus ad ęterna. de terrenis ad cęleſtia. de humanis ad diuina nos transferat. Ego ſum (inquit) panis viuus qui de cœlo deſcendi. Ecce cibus diuinitatis. & panis quem ego dabo caro mea eſt. ecce cibus humanitatis. Et quia per guſtum homo mortem incurrit: per guſtum vitam acquirat. vt vnde mors oriebatur: inde vita reſurgeret. hæc Innocentius. Inde & poſtq̄ dominus loquutus eſt de paſtu quinq; panum quibus ſatiauit quinq; milia hominum corporaliter: poſtmodum ſermonem conuertit ad loquendum de hoc ſpirituali & ſacramentali pane. vt per prędictam ſatietatem corpalē manuduceret eos ī ſatietatē ſpiritualem huius panis. de quo ſubiunxit. Operamini non cibū qui perit. ſed qui permanet in vitam æternam. quem filius hominis dabit vobis.

¶ E Euchariſtia. Quiq; rōnes ꝓpter quas voluit dn̄s ſub ſpecie panis & vini occultari.

¶ Quæritur ſecundo. cum dominus ſuam præſentiam corporalem voluerit velari nobis ſub alienis ſpeciebus: quare magis ſub ſpecie panis & vini q̄ ſub alia ſpecie. Ad hoc reſpondetur. Primo. ꝙ hoc fecit multiplici ratione. Prima ad oſtendendum in hoc ſacramento eſſe perfectam animę refectionem. ſicut videmus ꝙ ꝑfecta corporis refectio eſt ex cibo & potu. immo nō ſolū aīę ſed etiā corporis. quia ad vtriuſq; ſalutem ordinatur. Reficit enim & delectat mirabilr̄ viros ſāctos meditatio dn̄ice paſſiōis: q̄ fuit ī mltiplici afflictione corporis & effuſione ſanguinis ſui ad redemptionē tam animę q̄ corporis noſtri. Secunda ratio ꝓpter exp̄ſſiorem ſignationem. Hæc enim exp̄ſſius ſignant verum corpus Chriſti realiter in hoc ſacramento contentum. & etiam myſticū corpus eccleſię. Nā ſicut panis (vt inquit Augu.) conficitur ex multis & puriſſimis granis. & vinum exprimitur ex multis acinis: ſic corpus Chriſti verū componit̄ ex multis & puriſſimis mēbris. ex quibꝰ effluxit eiꝰ ſanguis. & corpus eius myſticum ex multis & fidelibus perſonis ꝑ fidem & charitatem in vnum coniunctis. Secundo. quia ſicut panis coquitur in clibano & vinum effluit de torculari: ſic corpꝰ Chriſti coctū fuit in vtero virginis & in clibano crucis. & ſanguis eiꝰ de mēbris exiuit p̄ſſis in torculari crucis. Tertia ratio ſecundum Dama. vt ex his quæ conſueuimus frequentare ad ea quæ ſunt fidei altiſſima nos transferat. Ait enim ſic. Quia cōſuetudo eſt hoībꝰ lauari aqua & oleo vngi cōiugauit dn̄s aquā & ſpiritum ſanctum. & id fecit lauachrū regeneratiōis. Et quia cōſuetudo erat hoībus panē comedere & vinum bibere: cōiugauit eis deitatē & fecit ea corpꝰ eius & ſanguinem. vt per hæc quæ ſunt ſecundū naturā cōſueta in qbꝰ vita conſeruatur: ad ea quæ ſunt ſuper naturam anima transferatur. hæc Damaſcenus. Quarta ratio ſecundum Richardum de media villa in .iiij. d. viij. in expoſitione textus. quia per hoc ſacramentum vult nos reſtituere dominus equiualenter ad primum ſtatū.

M.E.C.D. 2016

ſed in naturali ſtatu cibus prius datus fuit ex grano. Non enim ſut datę Adę carnes in paradiſo. ſed fruct⁹ qui ſunt ex granis. Sed multum elongatis a prima inſtitutione. ſcilicet poſt diluuium conceſſa eſt caro in cibum. Gen̄. ix. & ſic naturę primo inſtitutę ſimiliores ſunt qui a carnibus abſtinent. & potius paradiſicolę q̄ terrigenę ſunt. Et ideo potius ſub ſpecie panis & vini quæ ex granis fiunt hoc ſacramentum ordinauit. Quinta ratio ſecundum eundem quia hæc maxime repręſentant Chriſtum de virgine natum. non caro. Nā carnes in terris habēt patrem & matrē. grana autē habent matrem terram. cui indidit deus tanq̄ pater ratiões ſeminales. vt vir dat ſemen mulieri. & ideo habent quaſi patrem de cœlo & matrem de terra. ſicut Chriſtus in terris eſt ſine patre & in cœlis ſine matre. ¶ Dicit̃ ſecundo. ꝙ panis triticeus vel magis frumenti eſt materia huius ſacramenti. ita tamen ꝙ ſi ſint cum puro frumento pauciora grana quæ non ſufficiant mutare naturam tritici: hoc eſt adhuc materia huius ſacramenti. hoc enim accepit eccleſia ab Apoſtolis. & hoc propter multiplicem conuenientiam. Nam Chriſtus ſe comparauit grano frumenti vbi ait. Ioan. xij. Niſi granū frumenti cadens in terram &c. Vbi Aug. Cū ſint multa grana frugū: nulli ſe cōparat Chriſtus niſi grano frumenti. Vnde mos cœpit eccleſię de hoc ſolo grano confici corpus domini. Item ſecūdum medicorum opinionem triticum mundificatiuum eſt & lauatiuum. Ius enim de farina eius cōfectū purgatiuū eſt pectoris. Ideo Chriſtus q maxīe diluit peccata nr̄a. iuxta illđ Eccleſi. xlvij. Chriſt⁹ aūt purgauit peccata ipſi⁹. ſibi maxime cōparari debet & ex eo cōfici corpus eius. Item ad vſum & bonitatem tritici confert. ꝙ non ſit nimis nouum nec nimis vetus, ſed in mediocritate. Sic Chriſt⁹ cū ſe dedit in cœna iam in mediocri ętate conſtabat. Has duas vltimas ſimilitudines ponit Rich. in. iiij. d. viij. in expoſitione. Tum etiam quia triticeus panis in natura ſua ſiue ſpecie eſt dignior. Tum quia in effectu refectionis vtilior. Tum quia in communi hominū vſu vſitatior. Licet ei nō in omnibus terris naſcatur vinum vel triticum: tamen de facili ad omnes regiones deportari pōt q̄tū ſufficit ad vſum ſacramenti. ¶ Dicitur tertio. ꝙ vinū vitis eſt materia huius ſacramēti & non alterius arboris. Tum quia dn̄s comparauit ſe viti. Ioan. xv. Ego ſum vitis vera. Tū quia ex hoc genere vini cōfecit. Dixit enim Matth. xxvj. Nō bibam a mō de genimine vitis huius. Tum tertio. ſecundū Alex. quarta parte ꝓpter vini ꝓprietatē. Nā (vt ait) antiq aſſimilauerūt vinū theriacę. Calefacit eñ corpora frigida & infrigidat calida. Sic Chriſt⁹ calefecit corda frigida. Nec mirū. Eſt eñ diuin⁹ carbo. vt dicit Dama. Pſal. Nō ē q ſe abſcōdat a calore ei⁹. Infrigidat etiā calida. Nam effect⁹ Euchariſtiæ

M.E.C.D. 2016

eſt ꝙ mirabiliter minuit feruorem cōcupiſcentię. iuxta illud Eccleſi.xxiij. Anima calida quaſi ignis ardens non extinguetur donec aliquid glutiat.

Euchariſtia. Quare ſimul miſcētur panis/ aqua/ & vinū i ſacramento. & qd ſignificet illa tria

¶ Queritur tertio. quare dominus iſtis tribus ſimul. pane ſcilicet aqua & vino voluit nos vti ad conficiendum hoc ſacramentū. Ad hoc dicitur ꝙ multiplex eſt ratio. Vna eſt quia dominus conficiendo hoc ſacramentum creditur aquam vino miſcuiſſe. quia domin⁹ temperatiſſimus erat & vina illius regionis groſſa & calida. & ſimiliter regio multum calida. & Petrus Chriſti vicari⁹ (qui pręſens ad hęc erat) aquam apponebat vino conſecrando & (vt credimus) romanam eccleſiam ſic docuit. Ideo ritum illum obſeruantes adhuc aquam miſcemus. Et licet quibuſdam videatur hęc mixtio rationabilis propter conſonantiam ad effuſionem ſanguinis & aquę de latere Chriſti: tamen ſecundum Alex. vinum & aqua mixta in ſacramento non ſimiliter ſe habent ſicut ſanguis & aqua in effluxione lateris Chriſti. quia in illo effluxu ſignificabatur duplex paſſiōis effectus. ſ. redemptio generis humani in ſanguine. & eiuſdem ablutio per aquam. Mixtio autem aquę cum vino ſignat noſtrę mortalitatis abſorptionem. Aqua enim noſtram mortalitatem ſignat ij. Regū. xiiij. Omnes morimur & quaſi aquę in terram dilabimur. Vinum autem ſignificat ſanguinem Chriſti. cuius mortificatione. j. corith. xv. Abſorpta eſt mors in victoria. licet ei in nobis moriamur: in Chriſto tamē viuimus. iuxta illud Colo. iij. Mortui eſtis & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in deo. Secunda ratio eſt. qa inter omnia humanę vitę ſuſtentandę neceſſaria hęc tria ſunt mūdiora vtiliora & magis neceſſaria. ergo in id quod vtilius eſt & mūdius omnibus: ad vitam ęternam capeſſendam debuerunt magis transformari. Et ſi quęratur in qua quantitate debet apponi aqua Reſpondetur. ꝙ ita apponenda eſt in parua quantitate ꝙ poſſit abſorberi a vino. ita ꝙ ſufficit gutta quantuncumq; parua: dummodo poſſit a ſuo toto ſeparari. quia Chriſtus non mutatur in eccleſiā ſed eccleſia mutatur ī Chriſtum. ſicut dictum eſt ad Auguſtinum. Nō tu me mutabis in te. ſed tu mutaberis ī me. Tertia ratio. quia i iſtis tribus res ipſa & virtus ſacramenti intelligitur. ſine qua ad hoc ſacramentum indigne acceditur. & ad iudicium non ad ſalutem ſumitur. In aqua enim intelligitur fides quę latet & nutritur in aquis baptiſmi. in vino quod accendit & lętificat cor hominis, ſpes. i pane qui confirmat, charitas. ſine quibus non eſt ad hoc ſacramentū peueniendum. ſed per iſta tria ſicut tribus gradibus ad ipſum aſcenditur. Vel in pane qui corroborat/ pater intelligitur. qui eſt omnium robur & fortitudo. in vino quod lętificat/ filius intelligitur. qui eſt gaudium noſtrum quod nemo tollet a nobis. in aqua quę mundat/

M.E.C.D. 2016

ſpiritus ſanctus.ſicut ſcriptum eſt. Iohel.ij. Effūdā ſuper vos aquā mundam & mundabimini ab omnibus inqnamētis veſtris. Quarta ratio.quia panis corpus Chriſti repſētat & vinum eius ſanguinē: aqua vero populum.iuxta illud Apocaly.xvij. Aquę mltę populi multi. Qui quidem populus( vt dicit Bonauē. in.iiij.d.xj.)inſipid⁹ eſt ſicut aqua.ſapidus autem fit per coniunctionem cum ſapientia diuina.ſicut aqua cum vino adiungitur.& manducando hoc ſacramentum vnum efficitur cum Chriſto & ſibi incorporatur. iuxta illud. Ioan.vj. Qui manducat meam carnem & bibit meum ſanguinem in me manet & ego in eo. Secundum tamen Alex. in quarta parte. Aqua vino appoſita ſignat vocationem gentium.quæ inſerendę erant eccleſię de iudæis.ſicut oleaſter oliuæ. vt dicitur Roma.xj. Aqua eñ vertitur in vinum.Propter quod dictum eſt Petro. Occide,māduca. Sicut enim quod manducatur in naturā māducantis conuertitur.ſic aqua(quæ gentes incorporandas ſignificat)in naturam vini conuertitur.per quam eccleſia fidelium de iudæis ſignificaẗ.hęc Hall. Quinta ratio:quia paruuli ſumus & debile caput habemus. Ideo ſapientia(quæ edificauit ſibi domum eccleſiæ) miſcuit nobis vinum. volēs vt aqua in vino apponatur. ita vt moraliter loquendo delectationes noſtrę temporales moderatę ſint & temperatę luctu. Alioquin nos multum grauare poſſent. Et ſi quæratur. Si ſacerdos in vino conſecrādo ex negligentia non apponat aquam,an peccet mortaliter. Reſpondet Guil. Altiſio. in quarta parte. ꝙ ſi negligentia illa ſit ex libidine mortali, mortalis eſt.ſicut ſi ex cupiditate oblationū nimis acceleret ſacerdos,ne recedāt homines.& ex illa celeritate ꝑtermittat aquam: peccat mortaliter. Si vero ex libidie veniali.ſicut ex verbo ocioſo vel aliquo tali:peccat venialiter. Si ex meditatione & contemplatione legis dei: hoc non eſt peccatum. Tamen reputare debet ſe reum. Ibi eñ habet locum illud Gregorij. Bonarum mentium eſt ibi agnoſcere culpam:vbi culpa non eſt.hæc Altiſio. Et ſi vlterius quæratur. Si forte poneretur aqua in dolio vnde ſumitur vinum conſecrādum:nōne ſufficeret.ſicut ſolent facere tabernarij. Dicitur enim ꝙ mulier q̄dā quedā ſacerdotem qui poſt miſſam recordatus ꝙ aquā vino non miſcuerat:dolebat in taberna.& apud ſe triſtis & cogitabund⁹ manebat:interrogabat cur ita triſtis eſſet. Qui reſpondit.quia in calice vino aquam non miſcuerat. Reſpondit mulier. Nō curetis domine. Satis enim aquæ poſui in dolio vnde vinum de qno conſecraſtis ſumptum eſt. Ad hanc quæſtionem reſpondet Rich. de media villa in.iiij.d.xj.q.iij.ar.vj. ꝙ dato ꝙ ſacerdos ſciret aquam in doliofuiſſe appoſitam:deberet adhuc apponere propter ſignationē quia aqua prius appoſita non apponebatur ad ſignādum illud qđ

Sacerdos. Qñ peccat ſacerdos:vbi omittit ponere aquā

H

Sacerdos. Qꝛ debet apponere

M.E.C.D. 2016

ſignat impoſitio aquę cũ vino offerendo. & ſic debet priꝰ vinum in calice poni & poſtmodũ aqua. ℭ Quæritur. quarto de noībus & varijs appellationibus huius panis. qbus ſcriptura ſacra vtit. vñ ſortitus eſt tam varia nomina. Reſpõdetur ꝙ in ſcriptura ſacra ſeptẽ nominibus appellatur. Primo quidem appellatur panis angeloꝝ. iuxta illud Pſalmi. Panem angelorum manducauit homo. & illud. Sap. xvj. Angelorũ eſca nutriuiſti populum tuum. & hoc pluribꝰ de cauſis. Prima eſt. quia illo cibo fruũtur angeli & reficiũtur i cõtẽplatione. Puro eni grano. i. pura deitatis viſione ſaturantur. & ille eſt cibus de quo Raphael dicebat Thobiæ. xij. Ego cibo inuiſibili & potu qui ab hominibus videri non poteſt: vtor. Secundo. quia ſicut figuratiuum iſtius panis: ſcilicet manna datum patribus in deſerto angelicis manibus eſt p̄paratum: ſic iſte panis a vero angelo magni conſilij Chriſto eſt inſtitutum/paratum/& ordinatum. Tertio. quia iſte panis eſt verus panis ſacerdotum. qui in ſcriptura dicuntur angeli. quia forte angelo paradiſi vna anima committitur cuſtodienda. ſacerdoti vero centum vel mille animæ committuntur. Inde Malach. ij. Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſapientiam: & legem requirunt de ore eius. quia angelus domini exercituum eſt. Quarto. quia edentes hunc panem & ſingulariter miniſtri eiꝰ qui quotidie ad ipſum ſumendum accedunt: debent quodammodo viuere vita angelica: cuſtodiendo mentis puritatem. ſecundum illud Pſal. Ambulans in via immaculata hic mihi miniſtrabat. Secũdo appellatur panis vitæ. iuxta illud Ioan. vj. Ego ſum panis vitæ. & hoc propter multa. Primo. quia dat vitam mundo. Ioan. vj. Iſte eſt panis qui de cœlo deſcendit & dat vitam mundo. Videat proinde qui recipit hunc panem: ne de totius mundi vita ſic abutatur: ꝙ ſibi inde mortem acquirat. Videat vlterius quid recipiat. quia non vnius hominis ſed totius ſeculi vitam. Si vitam ſuam propriã tãtũ quis appreciatur. vt pro nulla re mũdi eam perdere vellet: cõſideret hanc totius orbis vitam cuſtodire & non perdere. quæ toti mundo præualet. Videat vlterius quantus rex ille eſt & q̃ magnificus: qui miniſtros ſuos ſingulis diebus morſello paſcit. qui præualet omnibus regibus & regnis terrenis. Secundo. quia ille panis nõ ſolum dat vitam ſed etiam eam conſeruat. Et propterea ſicut mulier paſcẽs puerũ ſuum primo cũ digito capit cibum & ponit in ore ſuo. deinde dat filio eſurienti vt nutriatur & in vita cõſeruet. ſic Chriſtus primo hũc cibum manibꝰ. deinde ore ſumpſit. tandẽ dedit diſcipulis ſuis. & generaliter oībus filijs regeneratis i eo. vt eo nutriãtur & conſeruẽtur. Tertio. quia iſte panis nõ ſolũ dat aut cõſeruat vitã. immo ẽ eſſentialiter vita. Ait eñ Ioã. xiiij. Ego ſũ via/veritas/& vita. Viã quidẽ ſe oſtẽdit in baptiſmo. qñ ꝑ ſanguinis eiꝰ mixtũ

[Margin notes:]
...ret appoſi... ãi dolio.

I Corpꝰ xp̄i Quare corpꝰ xp̄i appellatur panis angelorum.

K Corpꝰ xp̄i Quare corpꝰ xp̄i appellatur panis vitę

M.E.C.D. 2016

via patet omnibus baptiſatis in regnum celeſte. In ſacramento pe nitentię ſe veritatem oſtendit. veritatem vult vt profiteamur. & ꝑ veritatem ex ore noſtro prolatam ad ſe perueniam⁹. In hoc aūt ſa cramētovita oim fideliū manifeſtatur. Quarto. quia ꝑ hūc panē nō ſolū tranſitoria aut ſpūalis. ſed ęterna etiam vita acquirit. Ioan. vj. Qui mādūcat hunc panem viuet in ęternum. Tertio. appellaẗ panis intellectus. iuxta illud Ecclesi. xv. Cibauit illū pane vitę & itel lectus. & hoc ꝑpter multa. Primo. quia panis iſte nō niſi ab intel ligētibus & doli capacib⁹ ſuſcipi debet. Secūdo. quia nō niſi cū ma gna intellectus & rōnis diſcretione (etiam a capacib⁹) ſumi debet. diſcernendo. ſ. hunc panē ab alijs. Alioquin quiſquis eſſet in pericu lum aię ſuę manducaret. nō dijudicans corpus dn̄i. Tertio. quia in tellectum informat & illuminat. Alii enim cibi ſtomachum grauāt & ſuis fumis intelligentiam turbant. iſte vero cibus cum ſit optimū nutrimentum: intellectum acuit & illuminat. iuxta illud Pſal. Accedite ad eū & illuminamini. Quarto. quia nō ſine dono ſpūſſācti. qui dicit intellectus, ſumi debet. Nā non debet quis hūc cibum ſu mere. niſi cuius anima viuit. cum comedere non ſit officium mor tuorum ſed viuorum tm̄, ſed ſine intellectu dono ſpūſſanct i nō vi uit aīa. ſicut innuitur ex poſtulatiōe Pſal. dicentis. Intellectum da mihi & viuam, ergo ſine intellectus dono non debet hic cibus reci pi. Quarto. appellatur panis doloris ſiue lachrymaꝝ: ſiue lugētiū. iuxta illud. Pſal. Surgite. ſ. a peccatis. poſtq̄ ſederitis. ſ. in eis. qui mā ducatis panem doloris. & hoc etiam propter multa. Primo. quia iſte panis eſt doloris & paſſionis Chriſti memoratiuus & repręſen tatiuus. dicente Apoſtolo primę Corinth. xj. Quotienſcunq; mā ducabitis panem hunc & calicem bibetis: mortē dn̄i annuntiabitis. Secūdo. quia iſte panis quodāmodo ē etiā nr̄ę mortis & vltimi do loris rememoratiuus. Significat em̄ iſte panis rōne tranſſubſtantia tionis factę: celerē huius tranſitorię vitę terminū & tranſitū noſtrū in ęternā. Et ſic quodāmodo nobis dolorē mortis memorię nr̄ę i gerit. iuxta illud Apl̄i. j. Corin. xv. Comedam⁹ & bibam⁹. cras em̄ moriemur. Tertio. quia cū dolore & multiplicib⁹ lachrymis debet ſumi. Prio cū lachrimis contritionis. In ſignū cuius agn⁹ paſchalis cū lactucis agreſtib⁹ edebatur. Secūdo cū lachrymis cōpaſſiōis. re cogitādo Chriſti mortē i eo reꝑſentatā. Pſal. Quia cinerē. i. Chriſti carnē humiliatā vſq; ad locum cinerū (ſcilicet ſepulchrū) tanq̄ panē manducabā. & potum meum cū fletu miſcebam. Tertio. cū lachry mis deuotiōis. iuxta illđ Pſal. Cibabis nos pane lachrymaꝝ. Quar to. cum lachrymis amoris & deſiderij ſuſpirantis ad hoc: vt nudū illum panem cum angelis manducemus. quēadmodū ſuſpirabat vnus dicens. Lucę. xiiij. Beat⁹ qui manducabit panē in regno dei.

L Corp⁹ xp̄i Quare appellaẗ panis intellectus.

M Corp⁹ xp̄i Quare diciẗ panis doloris.

M.E.C.D. 2016

N[illegible] xp[illegible] [illegible]y[illegible] cat panis noſter.

¶Quinto appellatur panis noſter. iuxta illud. Panem noſtrũ quotidianum da nobis hodie. & hoc ſecundum Alex. in quarta parte in expoſitiõe Pater noſter. propter multa. Primo dicitur noſter propter indigentiam. Indigemus enim huius panis refectiõe. Ideo dicimus eum eſſe noſtrum. vt ſic indigentiæ noſtræ recordãtes humiliemur. Indigẽti enim in neceſſitate omnia ſunt communia. Et in hoc oſtenditur ꝙ proximo indigẽti omnia tam ſpiritualia q̃ corporalia debent communicari. Secunda cauſa eſt. quia occaſione noſtri fit iſte panis ſacramentalis. Sumus enim finis omnium. vt dicitur ſecundo de anima. & ſic ſumꝰ finis propter quẽ iſte panis miniſtratur. Ideo noſter eſt nõ proprietate. ſed vtilitate, cauſalitate. Tertio noſter eſt. quia eſt fructus terræ noſtrę. Fructus autem eius eſt cuius eſt terra in qua ortum habet. Iſte enim fructus eſt ventris virginis glorioſę. iuxta illud Lucæ. ij. Et benedictus fructus vẽtris tui. Pſal. Dominꝰ dabit benignitatem. & terra noſtra dabit fructũ ſuũ. Quarto. homini quodammodo datum eſt conficere corpus Chriſti, non angelo. Matth. xxvj. Hoc facite in meam commemorationem. Inde Hiere. xxiij. Et hoc eſt nomen quod vocabunt eum dominus iuſtꝰ noſter. Ideo qualicumq; modo vocetur ſemper eſt noſter. Si deus vocetur: eſt deus noſter. ſi dominus: dominus noſter. ſi panis: panis noſter. Et ſi arguatur. quia ille eſt panis angelorum. vt dictũ eſt. non ergo noſter eſt. Itẽ etiã ſi noſter: cur quærimus eũ nobis donari dicendo. Panem noſtrum quotidianum &c. Ad hoc reſpondet ille doctor. Primo. ꝙ ille panis ſecundum deitatem inuiſibilem eſt angelorum. Thobię. xij. Ego cibo inuiſibili vtor. ſecũdum vero humanitatẽ in perſona filij incarnata nos reficit. & ſic eſt noſter. Dicitur ſecundo. ꝙ omnia quæ ſunt patris ſunt etiam ſuorũ paruulorꝫ filiorꝫ. licet nõ ea poſſideãt. ſed vt oportet & indigẽt eis communicatur. Sic licet ille panis ſit noſter: tamẽ a patre noſtro cuſtoditur. in tẽpore nobis paruulis petentibus diſtribuendus. Sexto dicitur quotidianꝰ. iuxta illud, Panem noſtrum quotidianum &c. Quia hoc pane ſine quo nõ eſt vita quotidie ĩdiget eccleſia. ¶Sed videtur ꝙ illud allegatum in petitione dominica non intelligatur de pane Euchariſtiæ. quia multi in eccleſia clamant. panem noſtrũ quotidianum &c. qui tamen panem iſtum non communicant quotidie. quia hoc ſoli faciunt ſacerdotes & ſic videtur ꝙ clamãt multi & pauci exaudiantur. contra illud Eſa. j. Ad vocem clamoris tui ſtatim vt audierit dabit tibi panẽ arctum. Ad hoc reſpondet Alex. vbi ſupra. ꝙ quilibet exiſtens extra peccatum mortale quotidie iſto pane reficitur. Cibus enim ingrediens per os alicuius corporis non tm̃ reficit os, ſed etiam omnia commembra ſua. Eccleſia autẽ vnum totum corpus eſt. j. corinth. xij. Omnes nos in vnum corpus

O Corpꝰ xp̃i Quare vocat panis quotidianus.

M.E.C.D. 2016

baptizati ſumus. huius autẽ corporis caput eſt Chriſtus. Colo. j. ſed
huius capitis os eſt prelatus vel ſacerdos. cui Hiere. xv. dr̃ a dño.
Si ſeparaueris precioſum a vili: quaſi os meum eris. Illud enĩ eſt
proprium ſacerdotis. ſeparare precioſum. ſ. animam. a vili. ſ. pecca-
to. Hiere. ij. Qꝫ vilis facta es nimis iterans vias tuas. Ergo iſte pa-
nis ex quo quotidie ab aliquo ſacerdote ſumitur: totum corpus
quod eſt eccleſia quotidie illo pane reficit̃. Preterea. quod eſt vnius
membri: propter vnionem aliorũ membrorum dr̃ eſſe alterius. vt
lingua dicit ſe habere anulum quem habet manꝰ, & calciamẽtum:
quia illud pes habet: ergo propter vnionem membrorum eccleſie:
quod eſt vnius membri dicitur eſſe oĩm cõmẽbrorũ. Sacerdos aũt
quotidie cõicans dr̃ eſſe membrũ eccleſie: ideo panẽ illũ participãt
oĩa cõmembra eccleſie. iuxta illud Pſalm̃. Particeps ego ſum oĩm
timentiũ te. Hec Hall̃. Et ſi vlterius queratur. cũ multi ſemp ha-
beãt hũc panẽ & materialem & ſpiritualẽ. quare tñ petũt quotidie.
Ad hoc rñdet idẽ doctor. ꝙ licet multi habeãt hos panes: neceſſe
nihilominus habẽt petere panẽ iſtũ ſpũalem, vt illum abundantius
& perfectius habeãt: quia ſaluator ait Ioan. x. Ego veni vt vitã ha-
beãt & abũdãtiꝰ habeãt. Itẽ etiã ꝓ habitis petit̃ vt cõſeruet̃. Vñ ſup
illđ Pſal. Da mihi intellectum vt diſcam &c. dicit gloſa Caſſiodori.
Idem ſupra petijt: ſed dona dei continue ſunt petenda. Semper enĩ
preſtat: qui donata conſeruat. Hec Hall̃. ¶ Septimo vocatur panis
ſuperſubſtantialis ſcđm illud. Panem noſtrum ſupſubſtãtialẽ da no
bis hodie. & hoc ſcđm doctorẽ iſtũ multiplici rõne. Primo quia eſt
ſup omnẽ ſubſtãtiã, eo ꝙ corpꝰ eius ſit ſuper oẽm ſubſtãtiã corpo-
ralẽ: & aĩa ſup oẽm ſpũalem, & diuinitas eius ſup oĩa. Secundo quia
ſicut accidẽtia cederẽt in nihilũ niſi ſupportarẽtur a ſubſtãtia: ideo
ſubſtãtia dr̃: quia ſubſtat accidẽtibꝰ. ſic ſilr̃ niſi a Chriſto ſupportarẽ
tur ſubſtãtie & accidẽtia: cederẽt in nihilũ: ideo dr̃ ſupſubſtãtialis: nõ
ꝙ tantũmõ ſubſtet accidẽtibus ſicut ſubſtãtie: ſed etiã ſubſtãtie &
accidẽtibꝰ. ſicut dr̃ Heb. j. Portãs oĩa verbo virtutis ſue. Tertio qa
alter panis. ſ. materialis põt dici ſubſtãtialis: qa noſtrã ſubſtãtiã infi
mã ſuſtẽtat. ſ. corpꝰ: ergo iſte ex quo ſuſtẽtat noſtrũ ſupremũ. ſ. ani-
mã: merito põt dici ſupſubſtantialis. Prouer. xiij. Iuſtus comedit: &
replet aĩam ſuã. Quarto quia alius panis ſubſtãtialis cedit in natu-
rã comedẽtis nõ ſic iſte. ſed mutat comedentẽ in ſe. vt al's dictũ eſt.
ideo merito dr̃ ſuperſubſtãtialis. Hec Hall̃. Et ſi dicatur. Si dñs in
oratione dñica intellexerit de pane euchariſtie: ſequit̃ ꝙ nõ debe-
ret dici illa oratio poſt prãdiũ. cũ nulli ſano poſt prandium liceat cõ
municare. Alioquí tũc diceretur. cũ nũq̃ exaudiret̃. Ad hoc rñdet
iſte doctor. Primo ꝙ ſcđm aliquos eccleſia indifferẽter petit alterũ
iſtoꝝ panũ vel materialẽ vel ſpũalem. Vel ſcđm eundẽ dr̃. ꝙ eccl'ia

P Corpus Chriſti. Quare dr̃ panis ſupſubſtantialis.



M.E.C.D. 2016

pet totũ orbẽ dilatatᷣ :ideo frequẽter in ſcriptura dᷣ orbis terrę. Qñ aũt in vno hemiſperio eſt hora poſtmeridiana:in alio eſt nox:& ſic in alijs regionibus ſuo modo:ideo ſemper qualibet hora cõſecratur corpus Chriſti & cõmunicatur ab aliquo:& ratione illius ab oĩbus mẽbris eccleſię. Vel qa per orbẽ multi ſunt infirmi:qui ꝑ neceſſitate q̄libet hora diei cõicari poſſunt.& ſic tota eccl̃a p illos. Hęc Hall.

¶Sermo Sextus de officijs pietatis Chriſti quę in hoc ſacramento nobis exhibet.

MAgnũ pietatis ſacramentũ: quod manifeſtatum eſt in carne. primę Thimo.tertio.

¶Quęri poſſet cur manifeſtatum eſt hoc ſacramẽtũ:cũ dicat angelus Thob.xij. Sacr̃m regis abſcõdere bonũ eſt. Si ergo bonum eſt abſcõdere:cur fidelib⁹ manifeſtatũ eſt? ¶Ad hoc dᷣ per tres ꝓpõnes. Prima eſt ꝙ sacr̃m .i. ſecretũ regis terreni bonũ eſt abſcondere. quia regnũ ſuũ cõmode regere nõ poſſet:niſi ſecretũ ſuũ cęlaretur. Nã ꝓpter hoc Abſalon non peruenit ad intentionẽ ſuã:quia detectũ eſt ſecreti ſui cõſiliũ patri ſuo Dauid.ij.Reg.xvij. Nec etiam rex Syrię cõtra regẽ Iſrael.quia per Heliſęũ detectę ſunt inſidię.iiij. Reg. vi. ¶Secũda ꝓpõ. Secreta dei duab⁹ de cauſis abſcõdere bonũ eſt. Vna quidẽ quia nõdũ aduenit pręordinatũ tp̃s ea reuelãdi. Sicut eñ in ꝯſilio ſecreto regũ negocia ſecrete tractãtur:quę a paucis ſecretarijs primo ſciunᷣ & ſub ſigillo fidelitatis claudũtur,tandẽ certo & ſtatuto tẽpore publicãtur:ſic ſecreta dei myſteria ab ęterno fuerũt apꝺ regẽ regũ tractata,& paucis.ſ. angelis & ꝓphetis notificata,ſed tãdem ſtatuto tp̃e hominibus notificata. Et ſic fuit ſacramẽtum incarnatiõis lõgo tp̃e abſcõditũ. iuxta illud Ephe.iij. Quę ſit diſpẽſatio ſacramẽti abſcõditi a ſeculis: ſed reuelatum tp̃e ſuo.ſicut dᷣ Tit.j.Manifeſtauit aũt tẽporib⁹ ſuis verbũ in prędicatione. Secũda vero cauſa eſt:quia non ſunt capaces aut digni auditores: quibus iſta reuelẽtur. de qualibus ſaluator Matth.vij. Nolite ſanctũ dare canib⁹ : & margaritas nolite mittere ante porcos. Et hoc modo iudęis infidelib⁹ & obſtinatis & ignorãtibus fidẽ p̄dicare & manifeſtare ſacramẽti euchariſtię veritatẽ & dignitatẽ:nõ eſſet bonũ:quia magis cederet in deriſionẽ & vituperiũ fidei. Non eñ humana ingenia ſacramẽtoꝝ dei capacia ſunt:niſi ſint fide illuſtrata. Inter oĩa aũt iſtud eſt maximũ. Ait eñ Apl̃s Ephe.v.Sacramentũ hoc magnũ eſt,in Chriſto dico & in eccleſia,qa realiter Chriſtũ rep̄ſentat.& myſtice eccleſiã & vtriuſq; idiſſolubile mr̃imoniũ p charitatẽ:ideo ĩfideles nõ ſunt capaces auditores veritatis hui⁹ sacri. ¶Tertia ꝓpõ. Vbi tempus eſt ſecretũ reuelandi.& auditores ca

Q Corp⁹ xp̄i. Quõ cõr dat ꝙ dicat orõ dominica p⁹ prãdiũ qñ nõ ſolet celebrari,& tñ ibi ſit mẽtio de pane euchariſtię.

A Euchariſtia. Quõ reuelandũ fuit sacr̃m ſeu ſecretũ euchariſtię, & quibus de cauſis abſcondi poſſent ſecreta dei.

paces ſunt audiẽdi: bonũ eſt ſacramẽtũ regis ęterni ad laudẽ ſuam reuelare. quia Thob. xij. dicit angelus. Opera dei reuelare & confiteri honorificũ eſt. Ideo fidelibus chriſtianis dignũ eſt & iuſtũ hoc ſacramẽtum prędicare quod in carne Chriſti manifeſtatum eſt q̃ñ verbũ caro factũ eſt, & caro eius cibus, vt habitaret in nobis. Primo tñ manifeſtatum eſt in carne virginea, q̃ñ in vtero virginis ſol iuſtitię quaſi per laternã illuxit: & cęleſtiũ donorum influentia mẽtem eius mirabiliter cõpleuit. Ad cuius influentiã confluentes: vt inde gratiam haurire valeamus, dicamus Aue.

¶Olim deus pene vniuerſo mundo ignotus & abſconditus erat: ita vt ei diceretur ab Eſaia Eſaię. xlv. Vere tu es deus abſconditus, & nulli diuina ſpeculabantur: quouſq; ſuſcitauit dominus quoſdam ingenio pręclaros: qui in lumine naturę ex operibus & effectibus eius: de ſapientia & potentia dei pauca ratiocinati ſunt. de quibus Apoſtol⁹ Roma. j. Quod notum eſt dei manifeſtum eſt in illis. Deus enim illis manifeſtauit. Inuiſibilia enim dei per ea quę facta ſunt intellecta conſpiciuntur. Quo etiam modo dicebat Pſalm̃. Incerta & occulta ſapientię tuę manifeſtaſti mihi. Sed nec iſta cognitio humani generis ſaluti ſufficiebat: nec eius deſiderio ſatiſfaciebat Propter quod in perſona humani generis conquerebatur Iob dicens. Cur faciem tuam abſcondis & arbitraris me inimicum tuũ. Sic Pſalm̃. dicens. Qui ſedes ſuper cherubin manifeſtare coram Effraym Beniamin & Manaſſe. Qua querimonia commotus dominus in carne viſibili apparuit, & tunc magnum pietatis ſacramẽtũ manifeſtatũ eſt in carne virginea. Quia tñ necdũ intuebatur eius diuinitas: quia habitu inuentus eſt vt homo. Ephe. ij. Ideo diuinitatem ſuam quattuor alijs modis manifeſtauit. Primo quidẽ per prędicationem & reuelationem fidem de diuinitate declarauit. iuxta quod dixit Ioan. xvij. Pater manifeſtaui nomẽ tuũ hominibus quos dediſti mihi. Et niſi fuiſſet illud prędicationis & reuelationis genus: parũ aut nihil de deo ſciuiſſemus. Secũdo manifeſtauit per liberalitatẽ & munificẽtiã gratię ſuę remittẽdo peccata. Quã diu eñ homo eſt in peccato deus abſconditus eſt ab eo. iuxta illud Deutero. xxxij. Et dixi abſcondã faciẽ meã ab eis. Sed q̃ñ mẽtem virtutibus & donis reparat: tunc ſicut hoſpes de longe veniẽs pœnitenti ſe pręſentat. Hinc ait Ioan. xiiij. Qui diligit me diligã eum & manifeſtabo ei meipſum. Tertio manifeſtauit eã per potentiam & gloriam in mirabilibus operibus ſuis. ſcḋm illud Ioan. ij. Hoc fecit initiũ ſignoꝝ Ieſus in Chana Galilęę, & manifeſtauit gloriã ſuã. Quarto ꝑ imẽſa pietatꝫ ſuę bñficia manifeſtauit: & iter cętera i hoc ſacro ieffabili, q̃ñ de ꝓpria carne ſua alimẽtũ ſuoꝝ fideliũ fecit: & de ipſa eadẽ medicinã efficaciſſimã morbidis parauit & in ipſa ſalutẽ

B
Manifeſtare. Eucha riſtia.
Quibus modis manifeſtauit de⁹ ſuã diuinitatẽ, & quõ potiſſimũ i eucharistia ſacramẽto.



M.E.C.D. 2016

C
Miſſa.
Exercet dn̄s i miſſa offm̄ ſacerdotꝭ, aduocati, medici, & dapiferi, & ꝙ i-primis dr̄ ſacerdos ſcđm ordinē Melchiſedech ꝓpter multa.

oim̄ inſtituit. Magnū ergo pietatꝭ ſacr̄m: qđ manifeſtatū eſt i carne.

¶In hoc pręſenti ſermone dicemus q̄ officia pro nobis exercet dn̄s Ieſus in ſacro altaris in miſſa, cum ibi corpaliter deſcēdit ꝓ nobis.

¶Scđm Guil. pariſieñ. lib. de ſacramētis. quattuor pietatis officia in ea ꝓ nobis ſingulariter exercet. Primū eſt officiū ſacerdotis: nō leuitici generis: ſed iuxta formā ſacerdotij Melchiſedech. ſcđm illđ Pſal. Tu es ſacerdos inęternū ſcđm ordinem Melchiſedech. & hoc ꝓpter multa. Primo quia ſicut Melchiſedech. vt dr̄ Heb. vij. ſcđm illud nomē in ſcriptura ſacra inuenitur ſine patre, ſine matre, ſine genealogia. ſic Chriſtus eſt ſine patre ſcđm humanitatē, ſine matre ſcđm diuinitatē: ſine genealogia quo ad ęternā generationem. quia Eſa. liij. Generationē eius quis enarrabit. Secundo quia ſicut Melchiſedech in ſcriptura inuenitur nō habēs principiū neq; finē. vt dr̄ Heb. vij. (Nō eñ in ſcriptura legitur in hmōi officio habuiſſe predeceſſorē aut ſucceſſorē.) ſic Chriſti qui eſt alpha & ω. ſine principio & ſine fine/ſacerdotium manet inęternum. Hinc Hebrę. vij. Ieſus autem eo ꝙ maneat inęternum ſempiternū habet ſacerdotium. Nō ſic aūt ſacerdotiū leuiticum: quod tātūmodo per tēp⁹ duraturū erat & ad Chriſtū dei tribū tranſlaturū. iuxta illud Pſalm̄. Et repulit tabernaculū ſylo. occiſis ſcilicet ſacerdotibus eius in deſtructione hierl'm. & elegit tribū iuda: quia quodāmō in apparētia exteriori ſcđm modū noſtrū pœnituerat dn̄m eos elegiſſe in ſacerdotes. Sed de hoc iurauit dn̄s & nō pœnitebit eū. tu es ſacerdos inęternū &c. Tertio quia ſicut Melchiſedech erat ſimul rex & ſacerdos: ſic Chriſtus ſimul rex & ſacerdos. & de genere regali & ſacerdotali deſcendit. Quarto quia Melchiſedech (vt dr̄ Heb. vij.) interpretat̄ rex iuſtitię. & dr̄ etiā rex ſalē: quod interꝑtatur rex pacis. Sic Chriſtus rex pacis & rex iuſtitię deſcēdit in terrā vt vtrūq; componeret. Hinc Eſa. ix. dr̄ princeps pacis. Quinto quia ſicut Melchiſedech obtulit panem & vinū. nō boues/vitulos/aut arietes: ſicut in ſacerdotio leuitico: ſic Chriſtus ſcđm ordinem Melchiſedech panem, & vinum obtulit: cū hoc ſacramentū inſtituit. Sexto quia ſicut Melchiſedech panem & vinū offerendo benedixit Abrahę. Geñ. xiiij. ſic Chriſtus hūc panem & vinū offerēdo eccleſię ſuę pontificalem tribuit benedictionē & tpalem & ſpūalem. Antiquitus eñ. (vt dicit Guillel.) in pane & vino ſtabat patriarchalis benedictio. vt patet dū Melchiſedech Abrahę benedixit. & etiam cum Eſau eiulans corā patre ſuo quęreret benedictionem quam ſibi ſurripuerat Iacob. dixit ei pater ſuus. Frumento & vino ſtabiliui eum. & tibi poſt hęc fili mi quid faciam. quaſi dicat. Firmaui eum frumento corporis & vino ſanguinis Chriſti: in quibus ſtat omnis benedictio. Si eñ de temporali benedictione loquamur: hęc in eccleſia oſtēditur:

M.E.C.D. 2016

queſ de tēporalibus meliorē partē accepit, eo ꝙ miniſtri eius pro ſe & pro poplo quotidie ſumētes hoc ſacramētū: quotidie benedictionem accipiāt. Vnde & per Mariā ſignātur. De qua Luce. x. Maria optimā partē elegit. Si vero de ſpūali benedictione loquamur: dicimus ꝙ omnia bona ſpiritualia nobis veniunt cum iſto ſacramento. Cum enim venit ille filius in nobis, cum ſumimus hoc ſacramētum, nō ſolum ille venit: ſed & ſimul pater & filius & ſpūs ſanctus. D

¶ Sed circa hoc poſſet queri quid offert i ſacrificiū ſacerdos noſter Chriſtus. ſecūdo cui offert. tertio pro quibus offert. & quarto cum qua aſſiſtētia offert. ¶ Ad primū rñdetur ꝙ Chriſtus in hoc ſacramēto tria offert deo patri. Prio ſeipm. Heb. ix. Semetipm obtulit imaculatū deo. Multi quidē ſe dicūt amicos ſe & ſua offerētes. qui tñ in amici neceſſitate nihil hoꝝ cōtribuerent. Hi ſunt amici verbo tm. de quibus Bernar. De verbis magna eſt copia amicoꝝ. Hic aūt realiter ſe & ſua obtulit ꝓ amicis. imo & ꝓ inimicis ſuis, & quotidie offert. vt dicit Aplus Roma. viij. Qui proprio filio ſuo nō pepercit ſed pro nobis oibus tradidit illū: quō nō etiā cū illo nobis oia donauit. Et ſi dicat ꝙ nō ſe offert: ſed ſacerdos eſt qui cōſecrat & offert. Dr ꝙ Chriſtus eſt qui principaliter offert & cōſecrat. Nā nō minus Chriſtꝰ in hoc ſacramēto cōſecrat q̄ in bapiſmo baptizat. ſed de baptiſmo dr Ioā. j. Hic eſt qui baptizat. ergo & de eo in hoc ſacramēto, hic eſt qui principaliter cōſecrat. Secūdo ſuā obœdientiā offert. Tū quia videt nos dei patris inobœdiētes mādatis. ideo vt noſtros defectus ſuppleat offert ei latus & vulnera. que ſunt expreſſa. imo magis impreſſa ſigna obœdiētię ſuę: qua ei vſq; ad mortē crucis obœdiuit. Tū etiā. qa ſcit ꝙ inter oēs victimas excellit obœdiētia. iuxta illud. j. Reg. v. Melior eſt obœdiētia q̄ victimę. Sup quo Grego. In victima caro mactatur aliena. in obœdiētia volūtas ꝓpria. Ideo illā patri tāq̄ excellentiſſimū ſacrificiū offert. Tertio offert p̄ces noſtras & eas ſua eloquētia clariores efficit in cōſpectu patris ſui. iuxta qd nos monet Aplus Heb. xiij. dicēs. Per ipm offerimus hoſtiā laudis ſemp deo: id eſt fructū labioꝝ cōfitentiū nomini eiꝰ. E

¶ Ad ſecundo queſitū dr primo ꝙ ſe offert deo patri in ſacrificiū laudis. Iam em̄ per ꝓpriū ſacrificiū laudis honorificabit me, dicit deꝰ pater in Pſal. Et hec eſt cauſa. vt dicit Innocētius. quare alte cātatur Offerēda in miſſa: dū hec hoſtia deo patri preſentatur: eo. ſ. ꝙ tūc ſacrificiū laudis offerat. ita vt hoc facto dicere valeat ſacerdos. Circuiui & imolaui in tabernaculo eius hoſtiā vociferationis, cātabo & pſalmū dicā dño. Secūdo ipſe dñs Ieſus indutus veſte humanitatis noſtre tanq̄ veſte pōtificali. & hoc in thalamo virgineo tanq̄ in veſtiario offert ſeipſum pctori. Inde & Melchiſedech obtulit Abrahe panē & vinū. ſed reuertēti a cede quinq; regū. i. a deſtructiōe ſuoꝝ pctoꝝ, que vt

Miſſa. Q. Chriſtꝰ in miſſa offert deo pri ſeipm, ſuā obœdientiā, & p̄ces nr̄as.

Miſſa. Q. Chriſtꝰ in miſſa ſe offert deo patri, ſe offert & peccatori.



M.E.C.D. 2016

F
Miſſa. Q Chriſt⁹ in miſſa offert ad honorem ſāctorꝫ patrię, ꝑ ſalute viuorū & requie defūctorꝫ.

plurimū per quinq; ſenſus cōtrahūtur. ¶ Ad tertio queſitū dicitur ꝙ pro tribus offert. Primo pro ſanctis qui ſunt in patria ad honorē ipſorꝫ. hinc in Offerēda dr̄. Suſcipe ſancta trinitas hāc oblationē &c. & ſequitur. & in honore oīm ſanctorꝫ & ſanctarū qui tibi placuerūt ab origine mūdi, vt illis ſit ad honorē. Secūdo pro ſalute viuorū & iuſtificatiōe peccatorꝫ. Inde cōſequēter in eadē Offerēda dr̄. nobis aūt proſit ad ſalutē. ita vt cōpleto hoc ſacrificio dicere poſſim⁹ deo patri illud Pſal. Tunc acceptabis ſacrificiū iuſtitię. i. licet pro noſtra iniquitate indignos nos cognoſcamus tibi ſacrificare: tn̄ cū benedictus filius tuus accedet ſacrificaturus pro nobis in conſpectu tuo: tunc acceptabis ſacrificiū iuſtitię. i. pro iuſtitia & iuſtificatione impiorū inſtitutum. Heb. ix. Semel in cōſummationē ſeculorꝫ ad deſtructionē peccati per hoſtiā ſuam apparuit. Tertio pro requie defunctorū. & inde eſt ꝙ celebrandę miſſę triplex eſt cauſa. ſ. honor ſanctorum, ſalus viuorū, & requies defunctorꝫ. Propter quas etiā

G
Miſſa. De triplici differētia miſſarū.

cauſas miſſarū tripartita eſt differētia. Nā alia eſt de ſanctis, alia de tempore, alia pro defunctis. Et hoc quia tres ſunt eccleſię partes. Vna in exultatione paradiſi. Alia in peregrinatione huius mundi. Tertia ī expectatiōe. quę eſt in carcere purgatorij. In peregrinatione ſunt viui. qui tēpori. i. vanitati ſubiacent. ideo correſpondet eis miſſa de tēpore: quia ſcd̄m phōs. Tempus nō eſt niſi motus & mutatio. Ideo ad deſignādum huiuſmodi mot⁹ & mutationes & miſerias pręſentis vitę tacētur in ea cantica lętitię. vt Gloria in excelſis deo. Ite miſſa eſt, & Sequentia. & reſiduū q̄ſi cū lamētatiōe cantitur. Sanctis vero iam exultātibus in patria correſpōdent miſſæ de ſanctis, & de dn̄icis ob reuerētiam Chriſti qui eſt ſanctus ſanctorū. ideo ſolēniter cātantur. Sed pro defunctis qui ſunt in expectatione & tormēto & afflictione correſpōdet miſſa de defunctis. in qua pro eis requies ęterna petit̄ & optatur. & hęc miſſa per totū nō niſi cū lamentatione celebratur. Et proportionabiliter ad iſtos tres miſſarum modos triplicē his imponit eccleſia terminū. Nam miſſa de ſanctis pro termino habet Ite miſſa eſt. quo inuitamur ab eccleſia in illā gloriā in qua ſancti requieſcūt. vel quaſi dicat. Ite, quia hoſtia a patre ad vos & pro vobis miſſa eſt. vel hoſtia a nobis miſſa eſt ad patrem ad pręparādū nobis gloriam. propter quod dr̄ vobis Ite. i. feſtinate. ſcd̄m apoſtolicā ſententiā. Heb. vlti. Feſtinem⁹ ingredi in illā requiē. Sed in fine miſſę de tēpore dr̄ Benedicam⁹ dn̄o. In quo hortamur benedicere dn̄m in tp̄e ꝓſperitatis & aduerſitatis. iuxta illud Pſal. Benedicā dn̄m in omni tp̄e. & iterū. Ad annunciandum mane miſericordiā tuā: & veritatē tuā ꝑ noctē. In mane q̄n dieſcit & lux exultatiōis redit. ſ. in ꝓſperitate annūciāda eſt dei mīa & laudāda. quia hęc ꝓſperitas nō noſtris ex meritis: ſed ex ſola dei mīa

& liberalitate ꝓcedit. In nocte vero aduerſitatis, quę in veritate & ſcđm verā dei iuſtitiā redditur ꝓ meritis: debem⁹ annunciare veritatē eius: qm̄ ſicut verbo promiſit pctōribus. ſ. punitionē: ſic verax adimpleuit. Ideo alibi dicit Pſal. In die mādauit dn̄s miam ſuam. ſ. laudare. & nocte cātic̄u eius. Sed in fine miſſę pro defunctis optamus eis requiē: ſicut & in principio miſſę dicēdo Requieſcāt in pace. Sed in duabus primis rn̄detur a choro. Deo grās. quia ſemp in ꝓſperitate & aduerſitate debemus laudare deū. ſed ad miſſam defunctorū dicimus. Amen. quia illi qui ſunt in purgatorio ſunt in carcere noſtri epī Ieſu Chriſti & quęrim⁹ eoꝝ liberationē: & ꝙ noſter ſumm⁹ pōtifex in fine requeſtę noſtrę q̄ eſt in miſſa ponat ſuū fiat. Amē em̄ tm̄ valet ſicut fiat. & hoc ſufficit nobis. Et ꝓpter ſimilem cauſam in qualibet miſſa tres partes facim⁹: quarū vna deſcēdit in calicē: & alię duę manent extra. Quia calix dn̄i qui laborē ſignat & imitationē ſiue participationē dn̄icę paſſionis habet exteri⁹ ꝓſſurā & interius gaudiū & conſolationē. iuxta illud Ioan. xvj. In mundo preſſurā habebitis: in me aūt pacē. Hic Pſal. Q̄ magna multitudo dulcedinis tuę dn̄e: quā abſcōdiſti timētibus te. Illud em̄ ſecretum gaudij & abſcōditum dulcedinis: interius eſt calicis. Ideo illa tertia particula quę deſcēdit in calicē ſanctos repſentat: quia poſt laborē cū Chriſto internā capiūt requiē ſancti. Ac ſi dicat dn̄s illđ Lucę. xj. Iā pueri mei mecū ſūt ī cubili. De⁹ etiā facit eis ſicut pueꝛ delicatꝫ offam in vino dulcedinis ęternę. Nos autem comedimus panem noſtrum totum ſiccum: quia pauperes facti ſumus nimis. quia hic ſumus extra calicem nos. & etiā ſanctę animę purgatorij. nos quidem expoſiti ventis & turbinibus tentationū & periculo damnationis: & animę purgatorij horrēdis cruciatibus. Et quia in oībus illis trib⁹ modis viuēdi neceſſaria eſt pax dn̄i: ideo dicēdo Pax dn̄i ſit ſemp vobiſcū, tres cruces ſup calicē facimus. In vita em̄ iſta qua viuit aīa cū mortali corpore neceſſaria nobis eſt pax quę longe faciat a crimine: ſed in ſecūda vita in qua viuit aīa ſola ſine corpore in purgatorio neceſſaria eſt pax: quę lōge faciat a terrore: ſed pro tertia vita in qua viuemus in aīa ſimul & corpe neceſſaria eſt pax: quę lōge faciat ab vtroq;. ſ. a terrore & crimine. Ideo em̄ illas tres cruces facimus: vt per virtutē corporis oblati in cruce ad iſtam triplicē pacem perueniamus. Et quia nos & aię purgatorij ſumme dei miſericordia indigemus. ideo cū cātamus Agnus dei bis dr̄ miſerere nobis. Sed qa aię ſanctę iā ſaluatę nō plus īdigēt niſi illa vltima pace ī generali reſurrectiōe: ideo in tertio q̄rim⁹ pacē. ¶ Ad quarto queſitū dicēdū ꝙ Chriſt⁹ in ſua prima celebratiōe aſſiſtētes habuit principes eccľiarū. iuxta illud Pſal. In cōcilio iuſtoꝝ & ꝯgregatione magna opera dn̄i. nūc aūt choros angelorū habet ſibi aſſiſtētes. Patet. H Miſſa. Q̄ certa



M.E.C.D. 2016

multitudo angelorū aſſiſtit corpori xpi in miſſa.

Nam Matth.xxiiij. Vbicūq; fuerit corpus.ſ. Chriſti ibi cōgregabūtur aquile: ſed in hoc ſacrificio eſt corpus Chriſti: ergo & aquile angelice in aliqua multitudine quātā de⁹ nouit & vult illi corpi aſſiſtere. Preterea. Si aliqui de angelis nobis aſſiſtūt pſallētib⁹. iuxta illud Pſalm̄. In conſpectu angelorum pſallam tibi. immo cum eis iubilant. ſicut dr̄ alibi in Pſal. Preuenerunt principes coniuncti pſallētibus in medio iuuencularū tympaniſtriarū. i. animarum renouatarum per pœnitētie arctitudinē. Vnde & in aliquib⁹ ſolēnibus eccleſijs cū ad imolationē altaris acceditur ante prefationē ſacerdoti celebrāti non reſpōdet chorus hoīm: quia ad hoc reſpōdere aliqn̄ auditus eſt chorus angelorum: ergo tanto amplius aſſiſtent ſuo ſaluatori tanq̄ ſummo ſacerdoti in miſſa ſacrificiū offerenti. Preterea Grego. ait. In ipſa immolationis hora aperiūtur celi & imis celeſtia iungūtur, nō itelligēdo apertionē celi per ipſi⁹ fractionē ſed p influētiā ſpecialē, eo modo quo optabat propheta Eſaias. Eſa. lxiiij. Vtinam diſrūperes celos & deſcenderes. Nec eſt etiam intelligēdū q̄ oēs angeli & ſancti ſint preſentes, qm̄ hoc eſſet abſurdum dicere. ſ. q̄ in qualibet conſecratione corporis Chriſti in tot locis & tot altaribus deſcē derent omnes angeli dei & celum dimitterēt. Sed ſic intelligēdum eſt q̄ ibi aliqua multitudo aſſiſtit. Hinc Chryſo. lib. vj. de dignitate ſacerdotali. Tunc em̄ angeli circunſtant ſacerdoti & tribunalis atq; altaris locus celeſtibus virtutib⁹ adimpletur in honorē illi⁹ qui immolatur. Audiui em̄ aliquo referente. qm̄ preſbyter quidā vite ſanctitate mirabilis, & qui reuelationes ſoleret habere: retuliſſet illi tale ſe ſpectaculum aliqn̄ vidiſſe. Sacrificij. ſ. tp̄e conſpexiſſe angelorum multitudinem ſicut ei erat poſſibile intueri: ſtolis fulgentibus circūdantem & altare coronantem, cum officio quo circa regem ſuum milites ſtare conſueuerunt. Alter mihi retulit ſe vidiſſe, qm̄ de hoc ſeculo recedentes qui participes myſteriorum illorum in conſcientia munda fuerint: cum efflauerint vltimum ſpiritum ſubuehi eos alacres manibus angelorū. Hec Chryſo. ¶ Dicitur ſecundo q̄ angeli aliqui ibi aſſiſtūt triplici de cauſa. vt vult Richar. de media villa in. iiij. diſtin. xj. in expoſitione textus. Primo ad nos accendendum in dei amorem. Sunt enim angeli de camino illo de quo Eſa. xxxj. Et caminus eius in hieruſalem. Sunt etiam velut flamma ignis. Pſal. Qui facis angelos tuos ſpūs: & miniſtros tuos ignē vrētē. Sicut em̄ cōiunctio titionū multorum ardentiū frigida ligna accendit: ſic & ipſi angeli, cū hora illa ad nos appropinquant. Eccli. xviij. Scd̄m ligna ſylue: ſic exardeſcit ignis. Nā Eccli. iiij. Vn⁹ quō caleſiet. Quō ergo ſolus ſacerdos ad deuotionē accendetur: niſi angelorum miniſterio & aſſiſtentiū p̄cibus adiuuetur? Secūdo ad Chriſtū venerādum. Quis em̄ ep̄s abſq; miniſtrorum frequētia (vt inquit Guil. pariſien.)

I
Miſſa. Triplex rō q̄re aſſiſtūt angeli corpi xpi in ſacro.

M.E.C.D. 2016

ſacerdotale vel pontificale officium exercuit? quin immo quanto
maior eſt p̄latus: tanto copioſiori miniſtrorum multitudine vene-
ratur. Quid ergo ſentiendum de ſummo pontifice Chriſto. vbi tā
ſacrum tamq; ſolenne agit officium? Qui etiam dicit Ioan. xij. Vbi
ſum ego illic & miniſter meus erit. Si enim (vt dicitur Marci. j.) Erat
Chriſtus cum beſtijs & angeli miniſtrabant ei: quanto magis nunc
cum glorificatus eſt & vult delicias ſuas æternas eſſe cum filijs ho
minum. Tertio. ad dęmones arcēdum. quia vt dicit Pſal. dn̄o. Nō
habitabit iuxta te malignus. Nam. ij. Corinth. vj. Quæ ſocietas lu
cis ad tenebras: aut quæ conuentio Chriſti ad belial. Sed heu nunc
(vt ait idem doctor) agitur cum Chriſto ac ſi feciſſet pacem cū dia-
bolo & eſſet inter eos conuentio. Cum enim a malis accipitur: cum
diabolo in eadem domo collocatur. de quo ſe multū plangit Chri-
ſtus dicens illud Pſal. Poſuerunt me in lacu inferiori. ſ. in vētre pec
catoris. in tenebroſis conſcientijs. ſ. propter peccatorum multitu-
dinem & in vmbra mortis propter demonum habitationē. ¶ Se-
cundum eſt officium aduocati vel ambaſſiatoris. Poſſet em̄ conqri
pauper muliercula dicēs cum ſum in miſſa & dominum alloquor
volendo ſibi narrare miſerias meas. neſcio quid dico. Neſcio enim
ſi loquar pro me vel contra me. Sed ad hoc dicimus. ꝙ ibi eſt præ
ſens dominus Ieſus tanq̄ aduocatus noſter ſciens ignorantiā no-
ſtram & merita cauſæ noſtræ. Ideo pro nobis loquitur apud patrē
.j. Ioan. ij. Aduocatum habemus apud patrem dominum Ieſum
Chriſtum. In miſſa em̄ (vt dicit Guil. pariſieñ.) cauſa totius eccle-
ſiæ agitur coram deo patre per procurationem ſacerdotalē. Ideo
neceſſe ibi habet intereſſe noſter aduocatus Chriſtus & aſſiſtere ꝓ-
curatori ſacerdoti. maxime quia iſta cauſa non agitur niſi per inter-
pellationem. quæ non niſi ex ore Chriſti ſuſcipi digna eſt. Iterum
hoc ex iure debet, cum ſit eccleſiæ ſponſus. Ideo cauſam eius de-
bet ducere ſicut ſponſæ ſuæ. Habet etiam ibi intereſſe ſacerdos tā-
q̄ procurator qui debet eſſe notus in curia dei. hoc eſt eſſe magni
meriti & magnę familiaritatis apud deum: vt ad eundem pro no-
bis facilem habeat acceſſum. Reputatur enim bonus procurator q̄
practicam habet bonam. qui bene notus eſt in curia. & qui cauſam
eius pro quo procurat optime ſolicitat. Et non ſolum tanq̄ procu-
rator debet miſſę intereſſe, ſed etiā tanq̄ mediator ad componen-
dum inter partes. quia (vt dictum eſt) cauſa iſta per interpellationē
agitur. quia ſicut mediator quando loquitur vni parti ſemper de-
bet allegare excuſationem vel iuſticiam alterius partis & econtra
quando loquitur alteri parti: ſic ſacerdos mediator inter deum &
populum. Quando enim populo loquitur in p̄dicatione: ſemp de-
bet cauſam dei per eius offenſam & iuſtitiam allegare. Sed quādo

K
Miſſa.
Q̄o i miſ
ſa p̄ns ē do
min⁹ Ieſ⁹
tāq̄ aduo-
cat⁹. & ſa-
cerdos tā-
q̄ ꝓcura-
tor vł me-
diator.

M.E.C.D. 2016

deo loquitur in oratione vel miſſa:ſemper debet populi cauſam & infirmam fragilitatem ꝑtendere. Eſt enim ſacerdos ex parte populi legatus miſſus cōtra deum. Quę quidē legatio videt̄ regis illi⁹ q cū decē milib⁹ nō valēs occurrere ei q̄ cū.xx.milib⁹ venit ad ſe:mittens requirit ea q̄ pacis ſunt. Nā quia de ſolis factis iuſtificari non valemus coram illo qui non ſolū de factis ſed etiam de cogitationibus rationē exacturus quaſi cū duplici venit exercitu: pn̄tis ſacrificij legationē mittētes rogam⁹ ea q̄ pacis ſunt.& habita pace vlteri⁹ progredimur ſupplicantes. vt ſecum in regno ſuo ciues efficiamur Orat enim eccleſia. Iube hæc perferri per manus ſancti angeli tui i ſublime altare tuum in conſpectu diuinę maieſtatis tuæ.q.d. Iube hęc.i.corpus Chriſti myſticū.ſ.eccleſiam militantem perferri.i.aſſociari vel aſſumi in ſublime altare tuum.i.in eccleſiam triumphantem.quæ dicitur altare ſecūdū illud Leuiti. vj. Ignis in altari meo ſemp ardebit.i.feruor charitatis in eccleſia ſemp manebit in eccleſia.ſ. triūphāte.& hoc per man⁹ angeli tui.i. per virtutē Chriſti q ē angelus magni conſilij. Ipſe enim tunc ſuum corpus myſticum eccleſiæ patri ſuo coniunget. Et ꝙ ita debeat intelligi oſtenditur per ea quæ ſequuntur cum dicitur. Vt quotquot ex hac altaris participatione &c. In hoc facile audiūtur ſacerdotes. quia facile dn̄s Ieſus corpus ſuū myſticū eccleſiæ ad ſe trahit per mēbra. iuxta illud Hiere. iij. Patrem vocabis me.& poſt me ingredi non ceſſabis. Ex quibus trahūtur duo documenta. Primū eſt. ꝙ magnę laudis eſt ſacerdotibus ſi legationem iſtam ſic debite & ſancte agant: vt ab illo ad quem mittuntur mereantur benedici.& non tm̄ ipſi ſed etiam eloquium eccleſiæ. ſicut benedixit Dauid ſapienti Abigail dicens. Benedictus deus iſrael & benedictum eloquium tuum . & bn̄dicta tu quæ ꝓhibuiſti hodie me ne irem ad ſanguinē & vlciſcerer me manu mea. Abigail em̄ eccleſiā ſignificat. q̄ ꝑuenit verum Dauid deſiderabilem Chriſtum ꝑferentem ꝑſequutionē Saul in deſerto.i. paſſionem ſuā a iudæis in deſerto hui⁹ ſeculi. rogatq; pacē ne ſe vlciſcatur manu ꝓpria ꝓpter ſtultū Nabal.i.pp̄lm. Nec tn̄ ſine donis accedit. quia cū hoſtia quā petit eſſe benedictā: dū petit bn̄dici eloquiū eius.& aſcriptam. dum eam petit nulla obliuione deleri.& ratam. vt data remiſſio peccatorū nulla vlteri⁹ ſentētiæ mutatiōe cōuellatur. Et ſic patet ꝙ magna dignitas eſt ſacerdotis portare verbum eccleſię in cōſpectu dei. dū mō fuerit dignus bn̄dici. Secūdū documētū eſt ꝓ pp̄lo. ꝙ de miſſa nō recedat (niſi accedēte legitimo ipedimēto) quouſq; ſacerdos verba ſuæ legatiōis finierit.& mereat̄ cū eo bn̄dictionē dn̄i ſuſcipe. Sūt em̄ qdā quaſi capra de qua dicūt naturales ꝙ cito mouetur de loco ſuo & ſolū carpēs extremitatē herbę, Sic quidā audito principio vl' parte miſſę: cito fugiunt illa parte

L Sacerdos. De dignitate ſacerdotis q̄ eſt portare verbū eccleſiæ i cōſpectu dei

M Miſſa. Q ppl's nō debet cito recedere de miſſa.

M.E.C.D. 2016

contenti: non conſiderantes quantum bonum & quantam ſuauitatem perdãt. Non eñ faciunt ſicut apes de quibus Ambroſius in hexamerõ dicit. ꝙ non deſerũt florem quãdiu ibi mel inueniũt. Sic nec Chriſtũ debemus deſerere: quouſq; ſacrificium in miſſa fuerit conſummatũ. Legitur enim de quodam qui ſemꝑ ſtabat in eccleſia, cum aũt ab eo q̃ſitum eſſet quare ita libẽter ſtaret ĩ eccleſia. Reſpõdit ꝙ nõ ſemꝑ orabat, ſed credebat ꝙ dñs ibidẽ corpaliter exñs ꝓpter ſocietatẽ quã ei faciebat. ei aliquid daret. & ꝙ ſine dono non recederet. Et ita dato ꝙ oratio noſtra finiatur. & ꝙ ſim⁹ aliqualiter tędio affecti: nihilominus debemus deo ſocietatem tenere: ſperãtes ſemper aliquid ab eo obtinere. Inde & in Pſal. præcipitur. Cõſtituite diem ſolennem in condenſis vſq; ad cornu altaris.

¶ Sed circa hæc q̃rũtur duo. Primũ eſt. Si ita ſit ꝙ hæc oblatio ſit ita populo neceſſaria: cur non in omni loco offertur. vbi etiam cõtinue peccatur. Vtrum alibi q̃ in loco ſacro debeat offerri. Ad hoc reſpõdetur ſecundũ Rich. de media villa in. iiij. d. xiij. q. iij. ar. j. ꝙ nõ licet cõmuniter alibi celebrare q̃ in loco ſacro. quia in ſacramento altaris quod in miſſa conſecratur & ſumitur: cõtinetur ille qui eſt ſũme ſanctus & toti⁹ noſtræ ſãctitatis cauſa effectiua. Ideo nõ licet ipſum in loco ꝓphano tractari. Si eñ archa dñi. q̃ ſolũ huius ſacramẽti erat figura in loco ſacro morabatur & dedicato deo. quanto magis eius figuratum & veritas? In caſu tamẽ magnę neceſſitatis permittunt iura celebrare in loco nõ ſacro. ſi tamẽ tabula ſit cõſecrata cæteraq; ſancta myſteria ad illud officium pertinentia ibi affuerit. Sicut cum eccleſiæ patrię fuerunt incenſę. vel cum homines fuerint in itinere & eccleſia defuerit. de conſecra. d. j. ꝯcedimus. Quibus caſibus exceptis non licet celebrare in loco nõ ſacro: niſi de cõſenſu epiſcopi. de conſe. d. j. c. miſſarum. Qui tamen hoc concedere non debet: niſi aſſit legitima & rationabilis cauſa.

N
Miſſa.
Nõ ẽ regulariter celebrãda miſſa. niſi ĩ loco ſacro.

¶ Secundo queritur. an hoc ſacramentum debeat iterari. Et videtur ꝙ non. quia mors eius non reiteratur. quia Chriſt⁹ reſurgẽs ex mortuis iam nõ moritur. ergo ſacramentũ mortis ei⁹ rẽpſentatiuũ reiterari nõ debet. In oppoſitũ tamẽ arguit̃. quia quotidie indigemus aduocato noſtro ad diſcutiendum cauſas noſtras & ad interpellandũ pro nobis. hoc aũt fit in hoc ſacramẽto. ¶ Ad hoc dicit̃. Primo ꝙ hoc ſacramẽtũ iterari pluries ẽ neceſſe. Prio. vt qui quotidie labimur: hoc quotidie ſacramẽto releuemur. vt ſicut ĩ medio paradiſi erat lignũ vitę valẽs ad reſtaurãdũ depditum naturę: ſic ſit aſſidue corp⁹ Chriſti in medio eccleſię ad reſtaurãdũ depditũ grę. a quo tñ arceat̃ pctõres donec p pniam ſatiſfecerit. ne moriat̃ ĩ ęternum. ſicut Adã a ligno vitę. de quo dicitur Geñ. iij. Videte ne forte ſumat de ligno vitę & viuat in ęternum. Secundo vt vnam dei

O
Euchariſtia.
Duę cauſę ꝓpter q̃s neceſſe ẽ ſacramentũ Euchariſtię iterari

M.E.C.D. 2016

ciuitatem faciamus. Ciuitas enim a ciuium vnitate dicitur. Vt ergo ſimus omnes vnum cum Chriſto: conueniens fuit ſepe manducare hunc cibum quia Ioan. vj. Qui manducat meam carnem & bibit meum ſanguinem: in me manet & ego in eo. Secundo. dicitur ꝙ licet ſit idem ſacrificium in altari & in ara crucis oblatum: nõ tamẽ vtrobiq; eodem modo operatur. quia in cruce effuſum eſt primum in tota ſua multitudine & pro omnibus eſt oblatum, ſed hic habet effectum determinatum & fieri poteſt ſpecialiter pro vno. Ideo hæc oblatio reiteratur, non illa. ¶ Tertium officium pietatis quod gerit in miſſa noſter ſacerdos eſt officiũ medici. Fidelis enim eſt & bonus medic⁹ qui egroti ſumptibus ęgrum ſanat, ſed fidelior adhuc qui ſumptibus proprijs, ſed fideliſſimus qui ſic de ægro ſolicitaretur: vt de propria ſubſtantia ſua faceret medicinam. Sic Chriſtus de terra corporis ſui & propria ſubſtantia ſua medicinam omnium noſtrarum ægritudinum fecit. Eccleſi. xxxviij. Altiſſimus creauit de terra medicinam: & vir prudens nõ abhorrebit illam. Vnde Guil. Suſcepit iſte medicus ægrum curandum viſitare: quotiens infirmitas requirit. cum vnguentis & medicinis. quæ curationi ſunt neceſſaria. Et quia vnuſquiſq; de eccleſia eſt ęger: Ideo neceſſe habet dominus intereſſe in miſſa. & vnuſquiſq; fidelis ęger cum domino. contra illos qui non veniunt ad ſuas miſſas parochiales. & hoc vt impendat iſte medicus ſuę medicationis officiũ. Venit enim hic cum alabaſtro omnium vnguentorum ſpiritualium. quod in cruce fractum eſt. & cum ſanguine ſuo. qui eſt velut ſirupus dulciſſimus valens contra omnes animarum lãguores & vulnera. Quem cibum conſiderãs Dauid morbidis eſſe datum in curationem dicebat domino. Dediſti eum eſcam populis æthiopum. i. peccatoribus in remedium. ¶ Quartũ pietatis officium eſt dapiferi ſeu piſtoris nos paſcentis cõtra ſitim & eſuriem. Deſideramus enim viuere pingue. Ideo propoſuit dominus ſuis ouibus & ſuis militibus morſellum talem qualis non fuit a ſeculo deguſtatus. Ille eſt de quo guſtant ſancti & ſatiantur. Et quia laboramus in hoc ſeculo & per afflictiones & miſerias & tentationes quas patimur quodam modo ęquiualenter ieiunamus. & vulgo dicitur. A double ieuſne double morſeau. Ideo in hoc ſacramento dat nobis duplicem morſellum. humanitatem ſcilicet & diuinitatem. iuxta illud Eſa. xl. Suſcepit de manu domini duplicia pro omnibus peccatis ſuis. ſ. purgandis & euacuandis. Et hæc quattuor officia videtur Apoſtolus aliter deſcribere dicens. j. Corinth. j. ꝙ ipſe factus eſt nobis ſapientia a deo iuſtitia/ſanctificatio/& redemptio. Sapientia quidem contra ignorãtiã & cęcitatẽ. Splẽdor enĩ quandoq; eſt oculo ĩproportionatus. ita ꝙ propter nimiam claritatem videri non poteſt ab oculo

P Euchariſtia. Q ꝙ xp̃s vt fideliſſim⁹ medicus: de ꝓpria ſubſtantia facit in euchariſtia medicinã.

Q Euchariſtia. Quõ duplicẽ morſellum dat nobis de⁹ in euchariſtia.

M.E.C.D. 2016

debili. ſed ſi ſplendor tranſeat per vitream proportionatam: ſine leſione videtur & cum delectatione. Sic Chriſtus de quo Hebræo. j. Qui cum ſit ſplendor gloriæ, videri non poterat ab oculo humano. Exo. xxxiij. Non poteris videre faciem meam. Ideo ſplendorem illum tranſire fecit per vitream carnem. ſ. virgineam. & ſub ſpeciebus ſacramenti altaris quaſi ſub vmbraculo poſuit: vt eũ ſic intueremur. Canis inſuper venaticus. auis nobilis vt falco eandem p̄dam, ſed differenter inſequuntur. Auis enim quia ſurſum volat: ſurſum ſuam p̄dam capit. Ideo videns p̄dam ſuam aſcendere: eam velocius inſequitur. Canis vero quia eſt animal terreſtre non potens ſurſum aſcendere: auidius ſequitur p̄dam videns eam in terrã deſcendere. quia tunc facilius eam capit. Sic Chriſtus p̄da eſt non ſolum angelorum ſed etiam hominũ, ſed angeli ſicut aues celeſtes ſequuntur ipſum ſurſum videntes eum cum patre ſicut eſt in veritate. Apoca. xix. vocabitur nomen eius verbum dei. & angeli qui ſunt in cęlo ſeq̄bantur eum. Homines vero ſicut canes terreſtres non poſſunt ſtatim ad cœlum volare. nec intelligere ſecreta diuina: ideo oportet eos ad terram deſcendere & ſub ſpecie terrena ſuã p̄dam capere. & ſic in ſacramento factus eſt nobis ſapientia. cum ſapimus & guſtamus in hoc ſacramento quæ dei ſunt. Secundo. iuſtitia contra eſuriẽ & ſitim. Eſt enim iuſtitia morſellus quo beatificãtur eſurientes ipſum. iuxta illud Matth. v. Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam. Factus eſt autem nobis iuſtitia. quia in hoc ſacramẽto habemus eum ſecundum quem tanq̃ ſecundum lineam rectã debemus actus & operationes dirigere. Sed factus eſt nobis ſanctificatio contra morbum peccati. quia hoc ſacramentum in peccati remedium donatum eſt. Eſt inſuper nobis redemptio a ſeruitute penali. iuxta illud Pſal. Redemptionem miſit domin⁹ populo ſuo. Super quo quidam cum gloſa dicit. Miſſus eſt ad nos in ſacramento altaris prolatis verbis a ſacerdote. Propter quod in titulo huius verſus optime in hebręo p̄ponitur phe. quod interp̄tatur ex ore. Ac ſi aperte diceret. ex ore ſacerdotum ſacrum proferentium redemptio mittitur ad populum.

R Miſſa. Q̃ debe[t] audiri miſſa integra dieb⁹ dñicis & feſtiuis.

¶ Sed quæritur vtrum ſeculares teneantur ſub pœna peccati mortalis audire miſſam ſingulis diebus dominicis aut feſtiuis. Reſpondetur. Primo q̃ ſecularibus p̄cipitur & multo magis clericis q̃ in die dominico miſſas audiant integras. ita q̃ ante benedictionem preſbyteri non recedant. niſi cogat neceſſitas. Quod ſi fecerint: ab epiſcopo publice confundantur. vt dicitur de conſe. d. j. c. miſſas die dominico totas audire p̄cipimus: ita vt ante benedictionem p̄ſbyteri egredi populus non p̄ſumat. Quod ſi fecerint: ab epiſcopo publice confundantur. Et hoc intelligitur de his qui ad hoc ſunt aſ-

ſueti exire. vel qui ex ſuperſtitione exeunt. & debent tales excom
municari, de conſe. d. j. c. Omnes fideles. & ſimiliter qui in die ſolē
ni prætermiſſo eccleſiæ conuentu ad ſpectaculum vadit: talis de
bet excommunicari. de conſe. d. j. qui die. Clericis vero diſtricte p̄
cipitur in virtute obediētię vt diuinū officium nocturnum pariter
& diurnum. quantum eis deus dederit. ſtudioſe cælebrent pariter
& deuote. extra de celebra. miſſarum. c. dolentes. §. ſunt & alij. Se
cundo dicitur ꝙ ſcholaribus miſſam in die dominica non audienti
bus quandoq; eſt mortale peccatum. quandoq; veniale. quando
q; nullum peccatum. Tunc enim eſt mortale cum omittitur ex cō
temptu vero vel interpretatiuo. Voco autem contemptum inter
p̄tatiuum. qñ ſine cauſa legitima miſſam non audire talibꝰ diebus
aſſueſcit. puta vt vadat ad ſpectacula vel ad venandū aut ad aliud
huiuſmodi. Legitimā autem cauſam dicimus. puta cum detine
tur quis corporali infirmitate vel inimicorum timore. vel aliquo
alio ſimili quod ſecundum rectum iudicium excuſatio legitima de
bet reputari. Qꝫ autem talis peccet mortaliter patet. quia talis de
bet excommunicari. de conſe. d. j. qui die. excommunicatio autem
fieri non debet niſi pro mortali peccato. Tunc autem eſt ei veniale
cum omittit non ex aliq̄ legitima cauſa ſed ex aliqua mētis infirmi
tate. vt puta paſſione vel pigricia. ſi tamen ad hoc non fuerit aſſue
tus. Cum autem ex legitima cauſa omittit: tunc nullum eſt ſibi pec
catum. Et ad hoc obſeruanda eſt regula magiſtri Ioannis Gerſoni
tractatu de regulis mandatorum. Audire (inquit) miſſam integrā
eſt de obſeruatione ſabbati. hoc eſt dierum feſtorum pro tempore
legis euangelicę: niſi per impedimētum legitimum aliquis ſe tuea
tur. Tale vero impedimentum ſecundum vota & opera & ętates:
& conſuetudines variari iudicatur. Dicitur tertio. ꝙ miſſam diei te
nentur audire. & ideo malum eſt miſſas canonice inſtitutas ꝓpter
miſſas peculiares dimittere. vt habetur de conſe. d. j. & hoc atten
dendum. Et ideo ſi dicantur iſtę miſſę peculiares a preſbyteris in
diebus ſolennibus: non debent ita ſolenniter celebrari: ꝙ per eos a
miſſarum ſolennijs quæ canonice ſunt, populus abſtrahatur.

## Sermo ſeptimus de obligatione ad ſuſcipien dum ſacramentum Euchariſtiæ.

M.E.C.D. 2016

Niſi manducaueritis carnẽ filij hoīs & biberitis eiꝰ ſanguinẽ nō habebitis vitã ĩ vobis Ioã. vj.

¶ Quæri poſſet vtrũ Maria dici poſſit mater euchariſtiæ. Et videt̃ ꝙ nõ: quia non genuit eũ ſub illis ſpeciebus. Euchariſtia aũt eſt corpus Chriſti cõtentũ ſub ſpẽbus illis. ſ. panis & vini. ergo Maria non videt̃ poſſe dici mater euchariſtiæ. Ad hoc reſpõdendũ affirmatiue ꝙ Maria poteſt dici mater Euchariſtiæ. & hoc deduci põt dupl'r. Primo. quia Euchariſtia totũ Chriſtũ cõtinet. ſed totꝰ Chriſtꝰ filiꝰ virginis Mariæ eſt. Inde eſt ꝙ cũ inſtituit hoc ſacramẽtũ ſe vocat filiũ eiꝰ dicẽs. Niſi mãducaueritis carnẽ filij hoīs. Ille eñ ẽ filiꝰ hoīs vniꝰ. ſ. virginis. nos vero filij hoĩm. Illiꝰ corpꝰ ex vna petia. ſ. carne virginea conſtitutũ eſt. noſtrum ex duabus. ſ. viro & fœmina. Ideo cõſequẽter dici põt maria mater euchariſtię. Scḋo. quia eccl'ia cãtat maria mater gratiæ. nõ quidẽ illius gratiæ fallacis & mundanę de qua ſapiens Prouerb. vlti. Fallax gratia & vana eſt pulchritudo. ergo bonę gratiæ. ſed euchariſtia idẽ eſt quod bona gratia. ergo maria eſt mater euchariſtiæ. Propter qḋ Ioãnes gerſõ ſup magnificat ſic ad eam deuote orat. Qua poſſumus ad te fiducia confugimus benedictiſſima fœminarum. Tu mater es euchariſtiæ. qa mr̃ bonę gratię. tu clauigera cellariorum regis pacifici. tu frangere potes panem paruulis illum petentibus. tu epularis quotidie ſplendide. non negabis micas vlceroſis nobis & mendicis. quorum tot ſunt linguę clamantes ad tuam miſericordiam, quot ſunt vlcera noſtrã oſtendentia miſeriam. Ad eam ergo confugiamus petentes illam bonam gratiam dicendo Aue maria.

A Euchariſtia Maria Quõ maria põt dici mater euchariſtię.

¶ Propter quattuor carnes aliq̃ libẽter comedi ſolẽt. Prĩo. qñ ſũt tenerę. Scḋo qñ ſunt aſſatę. Tertio qñ venaticę. Quartto qñ medicinales. Caro vero Chriſti inter oẽs delicatiſſima fuit. q̃ ex tenerrima carne virginea ꝑcreata eſt, aſſata fuit in cruce. & multũ venata ĩ paſſione de loco in locũ. de iudice in iudicẽ. Sed & medicinalis. quia in ea vita conſiſtit omniũ. Chriſtus enim fuit arbor illa quam vidit Daniel. eiuſdem. iiij. ꝙ eſca vniuerſorum erat in ea. Medico aũt experto credendũ eſt. immo dicũt doctores. ꝙ ſi quis ꝯtẽneret p̄cептum medici & ex hoc incideret in grauem morbũ grauiter peccaret. Si ergo credendũ eſt medico corporis: a fortiori medico corporis & animę. Sed medicus dicit iſtum cibũ ita eſſe medicinalem ꝙ facit hominem perpetuũ. iuxta illud Ioan. vj. Qui mãducat hunc panẽ viuet ĩ ęternũ. & ſine cibo iſto nõ ẽ vita. qa ipſemet dicit. Qui mãducat me ipſe viuit ꝑpter me. Credẽdũ ẽ igr̃ eiꝰ minãti de iteritu ſp̄nentibꝰ hũc cibũ cũ dicit. Niſi mãducaueritis carnẽ filij hoīs &c.

B Caro xp̄i. Qꝫ caro xp̄i habet illa quattuor ꝑpter q̃ libẽter comeduntur carnes.

M.E.C.D. 2016

¶ In hoc ſermone duę ſunt q̄ſtiones tractandę. Vna eſt de obliga= tione cuiuſlibet ad recipiendum hoc ſacramentum. Secunda de obligatione ſacerdotum ad celebrandum.

¶ Quæritur igitur Primo. vtrum omnes fideles de neceſſitate ſa lutis teneantur ſub vtraq; ſpecie communicare. Et videtur ꝙ ſic. Tum primo. quia dicit hic dominus. Niſi manducaueritis carnem filij hominis & biberitis &c. ergo ad vitam ſpiritualem habendam neceſſaria eſt communicatio ſub vtraq; ſpecie omnibus fidelibus. Præterea. ſic fiebat in primitiua eccleſia. vt patet in eccleſia Corin thiorum. iuxta illud. j. Corinth. xj. Probet autem ſeipſum homo. & ſic de pane illo edat & de calice bibat. ſed praxis primitiuę eccleſię obſeruanda eſt. ergo. Oppoſitum tamen tenet eccleſiæ practica. q̄ nunc omnibus dat hoc ſacramentum. nec illis quibus dat: ſub vtra= q; ſpecie communicat. Pro quo ſit prima propoſitio. Sumptio ſa= cramentalis Euchariſtię non eſt de neceſſitate ſalutis. Probatur pri mo. quia oē ſine quo haberi poteſt gratia nō eſt de neceſſitate ſalu tis. ſed ſacramentalis Euchariſtię receptio p̄ſupponit gratiam i re= cipiente. quia ſupponit baptiſmum per quem acquiritur gratia. er= go non eſt de neceſſitate ſalutis. Pręterea. multi ſancti. vt Paul⁹ pri mus hęremita. qui per quadraginta annos ſolitarius in deſerto vi= xit abſq; alicuius ſacramēti ſumptione. & maria Egyptiaca & mul ti alij ſine illa communicatione deceſſerunt. ergo nec illud dictum Niſi manducaueritis &c. cogit ad dicendum oppoſitum. quia illi⁹ obligationis intellectus exponitur per diſcipulum Paulum. j. Cori. xj. qui dicit. Probet autem ſeipſum homo. & ſic de pane illo edat & de calice bibat. Vult enim ꝙ ſoli adulti & qui ſe ad ſuſcipiendum p bare poſſunt & dijudicare hunc cibum ab alijs cibis vilibus, poſſint hoc ſacramentum ſuſcipere. Ex quo patet ꝙ non debet hoc ſacra= mentum dari pueris/infantibus/& inſenſatis, ſed ſolum adultis & ratione vtentibus. Secunda propoſitio. Omnis adultus ratiōe vtēs in tempore determinato ab eccleſia (omni ceſſante legitimo impe= dimento) ſacramentum Euchariſtię tenetur recipere ſub pœna pec cati mortalis. Hoc patet primo ex decretali eccleſię. Omnis vtriuſ q; ſexus. quę dicit ꝙ quilibet poſtq̄ ad annos diſcretionis peruene rit: ſaltem ſemel in anno confiteatur peccata ſua & ſuſcipiat reuerē ter ad minus in paſcha Euchariſtię ſacramentum. niſi forte de con ſilio proprij ſacerdotis ob aliquam rationabilem cauſam ad temp⁹ ab eius perceptione duxerit abſtinendum. Alioquin viuens ab in= greſſu eccleſię arceatur & moriēs chriſtiana careat ſepultura. Hæ autem pœnę tam viles & tam grandes non infligerentur ab eccle= ſia: niſi eſſet peccatum mortale. igitur. Secundo. homo indiget du= plici cibo. ſ. corporali quo ad corpus & ſpirituali quo ad animam.

C Euchari= ſtia. Q; ſũptio euchari= ſtię nō eſt de neceſſi= tate ſalutꝫ quo ad omſ, ſed quo ad ali quos. & certo tp̄e.

M.E.C.D. 2016

quod quidem eſt corpus Chriſti: ſed habẽs cibum corporalẽ tene tur pro loco & tẽpore comedere. ꝙ ſi nollet & permitteret ſe mori fame: grauiſſime peccaret tanq̃ homicida: ergo a fortiori pro loco & tẽpore determinatis ab eccleſia neceſſe eſt ſumere cibũ animæ. aliter eſſet homo ſuiipſius homicida. Si eñ noſtris expenſis tene= mur nutrire & paſcere carcerarium noſtrum. ſ. corpus, & reparare carcerem noſtrũ, ne miſera anima effugiat: quãto magis dominã. ſ. animam tenemur paſcere cibo ſuo qui eſt corpus Chriſti. igitur. Tertio hoc videtur paſchę veteris legis cõformari. Hęc eñ com= munio legis nouę videtur ſuccedere paſchę veteris teſtamẽti. Erat eñ phaſe vet⁹ figura noui: ſed comeſtio phaſe veteris erat ſub pœ= na peccati motalis populo indicta, qñ ſcilicet nõ fiebat tempore de terminato, niſi forte legitimũ eſſet impedimẽtũ. vt patet Nume. ix. Homo (inquit) qui fuerit immũdus ſup anima ſiue in via procul: fa= ciat phaſe dño in menſe ſecũdo. Si aũt mundus eſt & in intinere nõ fuerit: & tñ nõ fecit phaſe: exterminabit anima illa de populis ſuis. Immũdus aũt ſuper anima dicebatur: qui immũdus erat ex tactu mortui. Ergo ita eſſe de phaſe noui teſtamenti eſt exiſtimãdum. Quarto quia quicunq; ſic omitteret eum ſic recipere: grauiter offenderet deum. Quod patet. quia non parum offenderetur deus qñ a ſuis negaretur ei hoſpitium ſemel in anno: in quibus tamẽ de= beret continue hoſpitari. & hoc apparet. Primo ex hoc qđ legitur Lucę. x. de his qui non erant recepturi diſcipulos eius. de quibus dixit dñs. Dico vobis ꝙ Sodomis in die illa remiſſius erit q̃ illi ciui tati quę non receperit vos. Si enim ita offenditur deus: quãdo diſci= puli eius non recipiuntur: ꝙ remiſſius erit ciuitati Sodomę q̃ illis: quantum credendũ eſt offendi quãdo ſibiipſi negatur hoſpitium, & pręcipue a ſuis. iuxta illud Ioan. j. In propria venit & ſui eum nõ receperunt. Timere profecto debent ne eis dicatur illud verbum Matthęi. xxv. Diſcedite a me maledicti in ignem ęternum qui pa ratus eſt &c. & ſubditur cauſa. Hoſpes eram & non collegiſtis me. Timere iterum poſſunt: ne eis accidat quod Sodomitis qui inhoſpi tales erant: quos ignis & ſulphur ſuccendit. Talem vindictam vo= lebant Iacobus & Ioannes ſumere de Samaritanis: qui nuntios Chriſti non ſuſceperant. Vnde Lucę. ix. dixerunt domino. Vis di= camus vt ignis de cælo deſcendat & conſumat illos. Quinto. quia vicium ingratitudinis aduerſus deum eſt mortale peccatum. reci= pitur autem hoc ſacramentum in memoriam redemptionis no= ſtrę & beneficiorum quę contulit nobis. Receſſurus enim a nobis dixit. Hoc facite in meam commemorationem: hoc eſt in ſignum amoris mei. ergo ingratus eſt qui talis ac tanti benefactoris / ſaltem ſemel in anno / non reminiſcitur. immo ſępe dicere deberet illud



M.E.C.D. 2016

Pſalm. Si dedero ſomnum oculis meis, & palpebris meis dormitationem & requiem temporibus meis: donec inueniam locum domino. ſ. timeo ne mihi male accidat. Non enim tui oblitus eſt: ſed ſemper memor fuit: tibi naſcendo. vagiendo. peregrinando. vigilando. ieiunãdo, orando. precando. patiendo. moriendo. Propter te hęc omnia fecit. Te ſemper videbat. te ſemper amabat. ſemper tecum in ſuo corde colloquebatur & dicebat. O delicata & nobilis anima propter te factus ſum homo. propter te ſum carne veſtitus. propter te fero quoſcunq; labores. propter te in cruce affixus pendeo. Ecce nunc recordare paupertatis meę & tranſgreſſionis & fellis. O ferrea mens quę non audit vocem domini nec pro eius amore vicia deponit. & hoc ſacramentum in ſui memoriam non accipit. Debet enim talis ſic ingratus & immemor pręſtiti beneficij dolere de duobus. Primo de pręſentia diaboli. quia vbi eſt dei abſentia: ibi eſt diaboli pręſentia. Secundo quia fraudatur vtilitate quę ſequitur ex aduentu domini in aliquod hoſpitium. Non eñ eſt aduentus eius abſq; magna vtilitate. Vnde cũ Zacheus hoſpitio ſuo dominum recepiſſet: audiuit a domino. Hodie ſalus huic domui facta eſt. Lucę. xix. Nonne Raab ſaluata eſt. Ioſue. vj. quia recepit nuntios domini? Quanto magis ſaluus fiet: qui digne ipſum dominum ſuſcipiet. Similiter viduę quę Helyam hoſpitio ſuſcepit non defecit farina & oleum non eſt diminutum. iij. Regum. xvij. Si ita vtile fuit ſeruos dei hoſpitio ſuſcepiſſe: q̃ vtilius credendum eſt ipſum dominum in ſui cordis hoſpitio ſuſcipere. Non enim modica ſecuritas eſt talem ſocium ſecum habere. de quo dicebat Dauid. Si ambulauero in medio vmbræ mortis non timebo mala domine: quoniam tu mecum es. & iterum. Dominus protector vitæ meæ: a quo trepidabo. & iterum. Si exurgat aduerſum me pręliũ in hoc ego ſperabo. De illo vero qui illum non ſuſcipit poteſt intelligi illud Eccleſiaſt. quinto. Vę ſoli. quia ſi ceciderit: non habet ſubleuantem ſe. Talis enim cum menſa altaris indignus ſit: etiam indignus eſt cæleſti menſa. & cum ipſi domino hoſpitium negauerit: merito ianua cæleſtis ei clauſa erit. Sexto. quia deſiderio deſiderauit hoc paſcha manducare cum diſcipulis ſuis. Lucæ. xxij. Nũc autem non eſt imminutũ eius deſideriũ per gloriam adeptam: vt non eodem deſiderio deſideret manducare tecum ſuum paſcha. Q̃ dura ergo anima. q̃ ingrata. q̃ ruſtica & inutilis: quæ dominum ſuum benigniſſimum fraudat deſiderio ſuo. Petierunt enim filij Iſrael carnes in deſerto. & non ſunt fraudati a deſiderio. vt dicit Pſalmiſta. quia dominus dedit illis cibaria in abundantia, & tu dominum tuum benigne petentem cœnare tecum, & te paſcere: fraudabis a deſiderio ſuo. Septimo. quia ſtat dominus pulſans ad

M.E.C.D. 2016

oſtium domus tuę. nunc malleo terribilis iudicij ſui dicens. Niſi manducaueritis carnem filij hominis &c. nunc digitulo ſancti ſpiritus blandiens & dicens. Aperi mihi ſoror mea, columba mea, immaculata mea: quia caput meum plenum eſt rore. & cincinni mei guttis noctium. In quo dat intelligi ꝙ non tam ſuam q̃ ſuorum & noſtrę noctis incommoditatem vnde refrigeſcit feruor charitatis: conqueritur. Exurge igitur velociter & noli tardare: ne forte ſis de illis in quibus mors bene inuenit locū per quē intret ad eos: ſed non vita. Et ſi quęratur quotiens tenetur fidelis in anno communicare. Reſpondetur ꝙ de hoc pro varietate temporum varia facta ſunt ſtatuta: quia in eccleſia primitiua dum ſanguis Chriſti recens feruebat in corde credentium: communicabant omnes quotidie. vt patet Actuum. iiij. & de conſecra. diſtin. ij. c. peracta. In cuius memoriam adhuc ſingulis diebus datur pax in miſſa. Lapſu vero temporis vſus communionis deductus eſt ad dies dominicos. & hoc dicit Auguſtinus. & habetur de conſecra. diſtinctio. ij. Quotidie euchariſtię communionem accipere nec laudo nec vitupero. omnibus tamen diebus dominicis cōmunicandum hortor. In cuius memoriam adhuc ſingulis dieb⁹ dominicis his qui miſſę aſſiſtunt datur panis benedictus. Succedente vero tēpore ſtatutū fuit vt fideles ter in anno cōmunicarent. ſ. in Natali. Paſcha. & Pētecoſte. vt patet de conſecra. diſtin. ij. & ſi nō frequentius. &. c. ſeculares. Sed hoc tēpore in quo charitas refriguit: eccleſia laicos obligat ad cōmunionē ſemel tm̄ in ãno. vt patet extra de pe. & remi. c. omnis vtriuſq; ſexus. & tamen adhuc tãta eſt obſtinatio & malitia in multis: ꝙ nō ſolum nō cōmunicant ſemel in anno ſed poti⁹ ſine cōmunione in annos multos perdurant. Obligauit etiã in articulo mortis ſuſcipere iſtud ſacramentū tanq̃ viaticū. vt patet de conſe. diſt. ij. preſbyter. & hoc niſi excuſante legitimo impedimēto: puta in infirmitate quę vel nauſeã cauſat & vomitū. vel ſi quis incidat in freneſim & amentiam. vel ſi in mari detineretur: vel in carceribus infidelium: vbi tunc copiam ſacramenti habere nō poſſet & ſic de alijs. Nec ad hoc obligãtur niſi adulti. quia pueris & his qui non ſunt ſufficientis ętatis miniſtrari non debet euchariſtia. Et ſi vlterius quęratur in qua ętate iudicandus eſt quis adultus. & in qua ętate ad communionem recipiendam inducendus eſt. Reſpondet Alex. in quarta parte ſummę. ꝙ in hoc potiſſimum ſtandū eſt arbitrio boni viri. qui habet conſiderare an ille qui cōmunicare debet tantam habeat fidem & diſcretionem: vt diſtinguere ſciat inter ſacramentum in quo realiter continetur Chriſtus & inter materialē panem ſeu vinum. Et ſcđm doctorem ſanctum. Si in puero appareant ſigna reuerentiæ & diſcretionis certa: hoc ſacramentum

D Euchariſtia. Quotiens in anno teneť fidelis euchariſtiam ſumere.

E Euchariſtia. In qua ętate iudicandus eſt q̃s idone⁹ ad ſuſcipiendã euchariſtiam.



M.E.C.D. 2016

poteſt ei dari. alias non. Vnde ſcd͂m Gerſon. illi pueri ſunt idonei recipere euchariſtiam: & ad hoc ligari videntur ſemel in anno: qui ſcd͂m leges cenſentur habiles ad nubendum. Poteſt tamen deuotio ętatem pręuenire. ſicut in quibuſdam ętatem ſupplet malitia.

F Euchariſtia. Q͗ nō ſit neceſſariū ad ſalutē cuicunq; fideli: ſumere euchariſtiam ſub vtraq; ſpecie probatur multipliciter.

¶ Tertia propoſitio. Non eſt neceſſe ad ſalutem quęcunq; fideliū euchariſtiam ſumere ſub vtraq; ſpecie. Probatur primo. quia omnis qui habet vitam ęternam in merito implet Chriſti pręceptum: ſed qui ſumit hoc ſacramentum ſub ſpecie panis tm̄: habet vitam ęternam: ſaltem in merito. quia eā tunc meretur. iuxta illud Ioan. vj. Qui manducat hunc panem viuet in ęternū: ergo implet pręceptum Chriſti: & per cōſequēs non tenetur ſub vtraq; ſpecie cōmunicare. Secūdo ſi fuiſſet pręceptū domini ſumere de neceſſitate ſub vtraq; ſpecie: nunq̄ eccleſia in die ſancto paraſceues in quo maxime Chriſto paſſo cōparatur & cōformatur in pœnitētia/ vigilijs/ orationibus/ & peregrinationib⁹: pretermitteret Chriſti p̄ceptū. Sed eo die tm̄mō ſumit hoc ſacramētū ſub ſpecie panis: ergo ad ſalutē fideliū nō eſt neceſſe ſumere ſub vtraq; ſpecie. Tertio hoc patet ex practica eccleſię primitiuę. Nā Actuū. iij. dicit̃ de fidelib⁹ q͗ erāt perſeuerantes in doctrina apoſtoloꝝ & cōmunicatione fractionis panis. gloſa. euchariſtię. Inde Apl̄s. j. Coꝝ. v. Vere paſcha nr̄m imolatus eſt Chriſtus. gloſa. Immolatus eſt quē debemus edere. ideo ſubdit. itaq; epulemur in azimis. nō dixit. bibamus in azimis. ergo ex practica eccleſię primitiuę erat cōicare ſub altera ſpecie. Et ſi dicat̃. Corinthioꝝ tunc fuit modus cōicare ſub vtraq; ſpecie. & ꝓpterea Apl̄us dicit. j. Coꝝ. xj. Probet aūt ſeipſum homo: & ſic de pane illo edat & de calice bibat. Dicit̃ primo q͗ hoc Apl̄us dixit narratiue nihil circa hoc pręcipiendo. Q͗ autē Corinthij tunc ſub vtraq; ſpecie cōmunicabāt cauſa potuit eſſe ſcd͂m quoſdam doctores q͗ euchariſtię ſacramētū ſcd͂m nōis virtutē eſt charitatis ſacrm̄: in primitiua aūt eccleſia apud eos charitas tātū efferbuerat/ etiam in laicis: q͗ pro Chriſti nōie ſitiebant ſicut ceruus ad aquę fluuium: effundere ſanguinē proprium. & hoc principaliter ex triplici cauſa. Prima eſt ex viciſſitudine amoris ad Chriſtū: ad quē iuitabat Apl̄s dicēs. Hoc ſentite in vobis qd̄ & in Chriſto Ieſu. Scd̄o ex rep̄ſentatione ſatiſfactiōis. quēadmodū Petrus hortabat̃ fideles dicēs. Chriſto in carne paſſo & vos eadē cogitatione armamini. Tertio ꝓpter exēplū Apl̄oꝝ quos vltro videbant ſe paſſionibus ingerere & perſequutionib⁹. de quib⁹ Actuū. v. Ibāt apl̄i gaudētes &c. In cui⁹ feruoris ſignū Chriſto eos ad paſſionē inuitāti ſcd͂m Hierony. Poteſtis (inquit) bibere calicem quem ego bibiturus ſum. efficaciter reſponderunt. poſſumus. ex feruore martyrij. & ita illa primitiua eccleſia tam in clericis q̄ in laicis ita ad paſſionem martyrij animabatur: vt

M.E.C.D. 2016

alter alterum certaret preuenire. decãtans illud Pſal. Quid retribuam dño.calicem ſalutaris accipiam &c. Et ita talibus in tali deuotione & charitate exiſtentibus quibus omni momẽto perſequutores intentabant mortem: etiã in omni loco: in ꝓuocationẽ ad deuotionẽ effundẽdi ſanguinẽ propriũ: licebat eis bibere de calice altaris ſanguinem Chriſti. Vnde Ciprianus de lapſis epl̃a.xxxvij. Et cum ad hoc fiat euchariſtia vt poſſit accipientibꝰ eſſe tutela: quos igitur cõtra aduerſarios eſſe volumus: munimẽto dñicę ſecuritatis armemus. Nã quõ docemus aut prouocamus eos in confeſſione ſanguinem ſuum fuudere: ſi eis militaturis Chriſti ſanguinem denegamus? aut quos ad martyrij poculum idoneos facimus: ſi non eos prius ad bibendum in eccleſia domini poculum iure cõmunicationis admittamus? Hęc Ciprianus. Vnde etiam rex francorum cum inungitur: communicat in calice domini: & hoc ad eum animandum. vt qui iam pro ſua parte & poteſtate ſuſcepit cuſtodiam eccleſię Chriſti: omni hora paratus ſit pro Chriſti amore & ſuę ſpõſę eccleſię tuitione non ſolum ſuorum ſed etiam proprium effundere ſanguinem Cum ergo feruor ille tunc erat ſingularis priuilegij teſte Apoſtolo Phil̃.j. Vobis datum eſt pro Chriſto non ſolum vt in eum credatis: ſed etiam vt pro eo patiamini. quia ſicut ſcd̃m Auguſtinũ. Nullus melior eſt ĩ hac vita introitꝰ q̃ per baptiſmũ: ſic nullus tutior exitus q̃ per martyrium. Ideo ceſſante illo charitatis feruore & illo ſingulari priuilegio martyrij: quod in ſignum illius deſiderij & feruoris laicis dabatur: ceſſare debuit & ſumptio ſanguinis Chriſti. Nec obſtat ꝙ ſacerdotes conficientes ſumunt ſanguinem ſub ſpecie vini illa charitate & deuotione in eis deficiente. quia non ſolũ pro ſeipſis: ſed etiam pro tota eccleſia in qua non eſt extincta charitas nec in ſempiternum extinguetur: deo offerunt ſacrificium. Dicitur ſecundo ꝙ dato ꝙ ita eſſet in primitiua eccleſia Corinthiorum: non tamen ſequitur ꝙ in omnibus ſeruandus ſit ritus primitiuę eccleſię & maxime Corinthiorum. Si eñ nunc accederet ſacerdos aliquis abſq; ornatu & habitu eccleſiaſtico & ſero ad menſam dñi ſine oratione & in domo ſua: & tunc conficeret panem & vinum: ſicut Corinthij faciebãt. vt dicitur.j.Coꝝ.xj. hoc iudicaretur indignum & inhoneſtum. Licet eñ dominus poſt cœnã & ſero in domo cõfecerit hoc ſacramẽtum: nõ tñ ritus ille tenẽdus eſt: immo Apl̃s viſus eſt eum reprobare dicens. Conuenientibus vobis in vnũ iam nõ eſt dñicã cœnã manducare.i.nõ debetis illũ ordinẽ ſeruare qui in cœna ſeruatus eſt. Quis eñ ipſe dñs inſtituerit hoc ſacramentũ: ordinẽ tñ vſum/cultũ/& ritum in manibꝰ eccleſię dereliquit. Multo enim pulchrius/decẽtius/& ornatiꝰ nũc agitur diuinũ illud officium q̃ tp̃e apoſtolorũ. Et quia in primitiua



M.E.C.D. 2016

eccleſia pauci erant fideles: ſed multum feruidi. ideo permiſſum eſt
q̄ñq; ſub vtraq; ſpecie cōmunicare. Creſcēte vero fideliū multitudi-
ne propter incōuenientia poſtea dicēda hoc fieri noluit. ¶Quarto
patet principale ꝓpoſitū ex practica Chriſti. Nā nō legit̄ Chriſtus
aliquē laicū ſub vtraq; ſpecie cōmunicaſſe: ſed tm̄ duodecim ſacer-
dotes. ſ. aplos ſuos. Sed poſt reſurrectionē cū eſſet cū diſcipulis eū-
tib9 in Emaus accepit panē & benedixit & fregit & porrigebat illis.
Vbi ſcđm multos doctores ſub ſpecie panis corpus ſuū ſolum eis
tradidit: eo ꝙ nullam de vino faciat mentionem. Vnde Auguſti-
nus lib. de cōcordantia euangeliſtarū. A Chriſto facta eſt permiſſio
impedimenti vſq; ad ſacramētū panis in vnitate corpis participa-
ta: vt remoueri intelligatur impedimētū inimici: vt Chriſtus poſſet
agnoſci. Item Theophilus. Patet & aliud innuit: ꝙ ſcilicet ſumēti-
bus ſacrū panem aperiuntur oculi eorū vt eum agnoſcant. Magnā
eīm & ineffabilem habet dn̄i caro virtutē. Itē etiā Chriſtus docuit
orare patrem dicēs. Panē noſtrum quotidianū da nobis hodie. per
quē ſcđm multos doctores intelligitur corpus Chriſti in ſacramē-
to altaris perceptū: quod docet nos ſaluator a deo quęrere. In illa
autem oratione nullā fecit mētionē de vino aut potu: ſed tm̄ de pa-
ne. Sufficit ergo ſpecies panis: aliter īſufficiēter docuiſſet nos Chri-
ſtus orare. Item hoc ſacramentum figuratur per vitulum ſaginatū
pro filio prodigo occiſum: qui quidem vitulus manducabatur nul-
la mentione facta de bibitione: ergo ſcđm Chriſti precepta ſufficit
ad ſalutem fidelium hoc ſacramentum ſumere ſub vna ſpecie.
¶Quinto hęc eſt ſanctorum canonica ſententia. Nam Canon di-
cit de conſecra. diſtin. ij. Preſbyter euchariſtiam ſemper habeat pa-
ratam: vt qn̄ quis infirmatus fuerit: ſtatim eum cōmunicet: ne ſine
cōmunione moriatur. Super quo gloſa. Sanguinem non pręcipit
ſeruare: quia opus eſſet nimia cautela in eo ſeruando. Itē etiā nec
ſolū infirmis: ſed ſacerdotibus ſanis ab eorū officijs depoſitis a ſa-
cris concilijs conceſſa eſt vnius ſpeciei cōio. Nam ex concilio Aga-
then̄. habetur ꝙ ſi epiſcopus/preſbyter/aut diaconus capitale cri-
mē cōmiſerit: aut chartā falſauerit: aut falſum teſtimoniū dixerit:
ab officio & honore depoſit9 in monaſterio detrudatur: & ibi quā-
diu vixerit: laicā tm̄ cōmunionē accipiat. Et idem dicitur. lv. diſtin.
ſi euangelica. ¶Sexto hoc idem practica eſt eccleſię ex antiqua
cōſuetudine: cuius cōſuetudinis principiū nec in memorijs hoim
nec in ſcripturis doctorum: nec in annalib9 ſcribentiū reperit̄: ideo
hęc cōſuetudo pro lege tenenda eſt. Quāta aūt in his cōſuetudini-
bus obſeruādis ſit auctoritas eccleſię Romanę, oſtēdit Augu. in li.
de cura pro mortuis dicēs. Qꝫ ſi nulla eſſet ſacrę ſcripturę auctori
tas quę doceret orare pro defunctis: tanta tm̄ eſt auctoritas Roma-

G
Cōſuetudo.
De auctoritate conſuetudinis eccleſię.

M.E.C.D. 2016

nę eccleſię. ꝙ pro lege firmiſſima ſine dubitatione eſt tenenda. Et de cohertione tranſgreſſorũ cõſuetudinum ſic ſcribit ad Caſulanũ presbyterum. & habetur diſtin. xj. in his rebus. Mos populi dei & inſtituta maiorũ pro lege tenenda ſunt: & ſicut pręuaricatores diuinarum legum: ita cõtemptores cõſuetudinum eccleſiaſticarum cohercendi ſunt. Et in lib. cõfeſſionum ait. Quę ſunt cõtra mores hominũ quaſi flagitia ſunt vitanda pro morũ diuerſitate, vt pactũ inter ſe gentis aut ciuitatis cõſuetudine aut lege firmatum nulla ciuis aut pergrini libidine violetur. Turpis eñ eſt pars vniuerſo ſuo non congruẽs. Hinc etiã Damaſcenus quarto ſenten. dicit. ꝙ ſemper cõſuetudo eccleſię ſeruanda eſt: & cõtrariũ dogmatizãtes & ſuã praxim cõfirmãtes nõ ſunt andiẽdi. & hoc dictũ ſit cõtra hereticos Bohemos, qui ad oppoſitũ practicę eccleſię populum induxerũt. ℂ Septimo hoc idẽ patet ex practica multoꝝ ſanctoꝝ, & maxime in primitiua eccleſia. Primo de ſancta Petronilla. de qua legiť ꝙ in extremis poſt multa ieiunia & orõnes corp⁹ dñi ſuſcepit, & demũ in lecto ſe reclinãs poſt triduũ ad dñm migrauit. Et Euſebius ad Damaſum portuẽſem epiſcopũ de morte beati Hieronymi refert. quõ varie ac multipliciter hoc ſacramẽtũ cõmendãs: ſub ſpecie panis ſuſcepit. Vbi refert verba Hieronymi in hũc modũ. Rogo vos fratres dñi mei afferatis corp⁹: vt in ſuo lumine videã lumen: & firmans ſup me oculos ſuos det mihi intellectũ, & inſtruat me in via hac qua gradior. Illo modo beatus Ambroſius de manibus ſancti Honorati epi Vercelleñ. in extremis cõicauit. Idẽ in legenda beati Benedicti. qui in vltima die ſui exitus in oratoriũ ſe portari fecit & ibi exitũ ſuũ dñici corpis perceptiõe muniuit. Itẽ Grego. in Dialo. dicit ꝙ beat⁹ Agapitus papa quedã claudũ & mutũ ſub vna ſpecie cõicans plene ſanauit. Itẽ de beata Lucia legiť. ꝙ ſpiritũ non tradidit poſt gladij in gutture imerſionẽ: donec ſacerdos ei corp⁹ dñicũ miniſtraret. Itẽ Guillelm⁹ in ſuo ſacramẽtali de Hugone de ſancto victore ait. ꝙ cũ in vltima infirmitate laboraret: corp⁹ dñi inſtãter petebat ſibi dari: & cũ nullũ cibũ cõtinere poſſet: fratres turbationẽ eius timẽtes ſimplicem hoſtiã ſibi obtulerũt. Qđ ille ſtatim cognoſcens per ſpiritũ ait. Miſereať veſtri de⁹ fratres. cur me ita deludere vultis? Iſte quẽ apportaſtis nõ eſt de⁹ me⁹. At illi attoniti: mox corpus dñi attulerũt. Sed tñ vidẽs ſe nõ poſſe recipere: eleuatis oculis ac manib⁹ in celũ ſic orauit. Aſcendat filius ad patrem & ſpirit⁹ ad deũ qui miſit illum. Et inter hec verba emiſit ſpiritũ: & corp⁹ dñi diſparuit. Sic ergo apparet quõ ſancti in extremis neceſſitatib⁹ ſuis euchariſtiã ſolũ ſub ſpecie panis receperũt: & per ꝯñs nõ eſt de neceſſitate ſalutis ſub vtraq; ſpecie ſumere. ℂ Octauo hoc idẽ patet argumẽto ducẽte ad impoſſibile: qa ſi ꝓdicta cõio ſub vtraq; ſpecie



M.E.C.D. 2016

H Euchariſtia. De periculis q̄ ſequerētur: ſi ſumeret̄ ſacramentū a laicis ſub ſpecie vini

eſſet de neceſſitate ſalutis: tunc deus precepiſſet aliquod impoſſibi-
le adimplere: quod falſum eſt. cum hoc diuine pietati deroget. Sed
cōſequentia patet. quia multi ſunt qui naturaliter nec odorare poſ-
ſunt vinum: & per cōſequens nec ſub ipſa ſpecie cōmunicare: & ſic
oēs tales eſſent in ſtatu damnationis: quod nō eſt dicendum: quia
ꝓpter inexiſtentiā eorum que ſunt a natura nullus vituperandus
eſt. vt dicitur. iij. Ethico. ¶ Quarta ꝓpoſitio. Multū cōuenienter
eccleſia inſtituit laicos nō eſſe coicandos ſub vtraqꝫ ſpecie. Et q̄uis
ad hoc deducēdum ſufficeret eccleſie cōſuetudo: hoc tñ manifeſte
oſtendetur per incōuenientia que cōiter ex hac cōicatione ſub ſpe-
cie vini ſequerētur. Primo quidē periculū in ei⁹ adminiſtratiōe: &
hoc multipliciter. Primo periculū effuſionis ſanguinis. Secundo in
barbis longis laicoꝝ in quibus ſepe aliquid remaneret de ſanguīe.
Tertio in vaſorū ſorditie que deberēt eſſe cōſecrata nec paſſim tra-
ctata vel tacta a laicis. Quarto in vomitu multoꝝ qui non poſſunt
bibere vinū. Quinto quia hoc modo multi in eodē vaſe ꝑbiberēt:
& hoc in ſequētibus ſepe cauſaret nauſeā aut periculū infectionis.
Sexto dānū eſſet in ſumptuoſitate vini: ſaltem apud multas partes
in quibus vix inuenitur vinum ad celebrandū: & alibi care compa-
ratur. Septimo etiā queri poſſet in quo vaſe fieret conſecratio tanti
vini quantum requireretur in paſcha ad cōmunicādū decē aut. xx.
millia perſonarū. Octauo periculum eſſet in deportatione de loco
ad locum pro infirmis. Cum eñ ad longum ſpatium deferretur: ſi-
ue eques ipſum portaret ſacerdos ſiue pedes: vt tempore pluuia-
rum vel glaciei: multa poſſent occurrere pericula. ¶ Secūdo princi-
paliter periculum eſſet in cōſeruatione ipſi⁹ ſanguinis. Primo qui-
dem. quia de facili cōgelaretur vel in acetū trāſmutaret̄: & ſic corrū-
peretur ſacr̄m. & per ꝯñs acetū purū pro ſanguine Chriſti daret̄ fi-
delib⁹. & ſic facile ibi cōmitteretur idolatria. quia ibi dū fit acetum
deſinit eſſe Chriſti ſanguis: & ſic nō eſt ſuſcipiendū: nec nouiter cō-
ſecrandum eſt ſine miſſa. Secundo quia in eſtate ibi bibiones & mu-
ſcule generarentur quātumcunqꝫ vas eſſet bene clauſum, q̄nqꝫ etiā
putreſceret: aut fieret velut abominabile ad bibēdum. Tertio eſſet
periculum in falſe credulitatis inductione: & hoc multipliciter. Pri-
mo quia ſcd̄m hmōi hereticos hoc ita facere ſemper fuit & eſt ne-
ceſſitatis: & ita perierunt omnes & pereunt aliter facientes/ſentien-
tes/aut docētes: & omnes generaliter tam clerici q̄ doctores & pre-
lati qui nō operas dederunt ad reſiſtendū tali conſuetudini verbis/
ſcriptis aut ſentētijs: & ꝙ ſacrā ſcripturā oēs illi peruerterūt. Secun-
do ꝙ virtus huius ſacramēti nō eſſet principalius in cōſecratione
q̄ in ſumptione. Nam ſcd̄m Nicolaum de lira hoc intereſt inter ſa-
cerdotē cōſecrātē & populū recipiētē: qa cōſecrās ſacerdos nō ſolū

M.E.C.D. 2016

ſibi proficit recipiendo. ſed etiam toti eccleſiæ. & adhuc illis q̄ ſunt
in purgatorio. Et hoc eſt vt dicunt doctores. ꝙ Euchariſtia nõ eſt
tm̃ ſacramẽtũ ſed etiã eccleſiæ ſacrificiũ. inquãtũ continet Chriſtũ
paſſum. Ideo proficit omnibus fidelibus. Cum vero a laico ſuſcipi
tur: ſoli ſibi prodeſt. quia non eſt eius officium offerre ſacrificiũ. ſed
tantummodo ſuſcipere ſacramentum. Tertio quia ſimplices poſ-
ſent credere ꝙ Chriſtus non eſſet integer ſub vtraq; ſpecie. ſicut a-
liquando contigit. Nam ſicut recitat Alex. quarta parte ſumme.
aliquibus religioſis appetentibus & inſtantibus vt ſub vtraq; ſpe-
cie ſumerent ſacramentum pio quodam ſacerdote celebrãte cum
faceret fractionem concauum patenę totum viſum eſt repleri ſan-
guine. ad quod obſtupuerunt ipſę & circunſtantes. Sed cum coniũ
geret partes hoſtiæ, totum viſum eſt reintrare. & ſic petitioni & tẽ
tationi illorum fuit penitus ſatiſfactum. Vnde & hæretici aliquan-
do ita communicauerunt. vt Neſtorius & Pelagius. Neſtorius eñ
ſub vtraq; ſpecie miniſtrauit. exiſtimãs ꝙ ſub ſpecie panis eſſet cor
pus Chriſti tm̃ modo ſine ſanguine. & ſub ſpecie vini ſanguis ſine
corpore. ſicut erant paſſionis & mortis ſuę tempore. & ita eſſet hoc
modo paſſionis eius memoriale. Ideo hæreticos ſtudẽs a ſe eccle-
ſia ſeparare & tollere: ordinauit tm̃ modo laicos qui de facili ad illã
falſam credulitatem ducerentur: communicari tm̃ ſub vna ſpecie.
Et ſi dicatur. ſi ſub ſpeciebus panis habetur ſanguis Chriſti: in va-
num ſacerdos iterum conſecrat calicem. quia fruſtra ordinatur ali⁹
actus ad habendum quod de facto realiter habitum eſt. Item cum
ſub vna ſpecie panis integer eſſet Chriſtus: iam perfectum habere
tur ſacramentum. & per conſequens ſuperflueret calix. aut ſaltem
laicus non ſuſciperet ſacramentum perfectum. Reſpõdetur ad hoc
Primo ſecundum de argentina. iiij. ſenten. d. viij. ꝙ ideo diſtictim
& diuiſim fit & debet fieri conſecratio ſanguinis: vt exp̄ſſe ſignifi-
cetur. ꝙ in paſſione Chriſti ſanguis per effuſionem ſeparatus eſt a
corpore. Nec eſt ſub pane ſanguis niſi per concomitantiam. & non
ex vi verborum & ſacramenti. ſicut nec ſub vino corpus Chriſti ẽ:
niſi per concomitantiam. Dicitur ſecundo ꝙ triplex inuenitur ſa-
cramenti Euchariſtiæ perfectio. Prima conſiſtit in integritate pri-
mę rei contentę & ſignatę in hoc ſacramento. ſ. ipſius Chriſti. & ſic
totus Chriſtus ſub vtraq; ſpecie integer continetur. Secunda perfe
ctio conſiſtit in ſignatione. ſecundum ꝙ concurrunt omnia illa q̄
requiruntur ad totalem & completam illius ſacramenti ſignationẽ
& ſecundum hoc ambę ſpecies ſunt de integritate huius ſacramen
ti. & nulla earum ſeorſum complete exprimit. & hoc propter tria.
Primo. quia hoc ſacramentum ſignificat Chriſtum vt nutrimentũ
perfecte reficiens ſe digne manducantem. ſed perfecta refectio nõ

I
Sãguis xp̄i
Quare ſe-
orſũ fit cõ-
ſecratio ſã-
guis xp̄i:
cũ ſub ſpẽ
panis ſit i-
teger xp̄s.
& de tripli
ci pfectiõe
ſacramẽti
Euchari-
ſtiæ.

M.E.C.D. 2016

in ſolo pane aut in ſolo vino conſiſtit:ſed in vtroq; ſimul. Ideo vna ſola non poteſt ſignare Chriſtum vt perfecte reficientem. ſed vna ſignificat eum per modum cibi reficientis & famē tollentis. alia ꝑ modum potus ſitim extinguentis. Secundo. quia hoc ſacramentū inſtitutum eſt in memoriam dominicę paſſionis. vt ſepius dictum eſt. Tertio. quia hoc ſacramētum ſignat aſſumptionem totalis humanitatis. ſ. corporis & animæ a Chriſto. & ſignificat noſtrā redēptionem perfectā corporis. ſ. & aīæ. Vñ magiſter i. iiij. d. xi. dicit ꝙ in duabus ſpēbus celebratur: vt aīæ & corporis in Chriſto ſuſceptio & vtriuſq; liberatio ī nobis ſignificetur. Hęc autem ſignificatio nō pōt fieri ꝑ alterā ſpeciem tm̄. ſed per ambas ſimul. vt ꝑ ſpeciē panis ſignificetur corp⁹ & per vinū anima. cuius ſedes eſt in ſanguine, ſecundū modum ſcripturę dicētis. Leuiti. xvij. Anima in ſanguine eſt. & ita nulla ſpērum ſuperfluit. Tum propter exꝑſſiorē ſignationem dominicę paſſionis. Tum propter ſignationē exꝑſſiorē cōpletę refectionis ſpiritualis. Tum propter exꝑſſiorem ſignationē ſaluationis vtriuſq; hoīs. Tertia perfectio eſt effectus ipſius qui eſt augmentum gratiæ: peccatorum venialium deletio: ꝓſeruatio a futuris peccatis: refectio ſpūalis: & tandem in ſumētibus digne/adeptio æternę gloriæ. Hi autem effectus non dependent a ſpeciebus ſacramentalibus: nec ex ſignatione q̄ per ꝓdictas ſpecies intelligitur. & ideo in vtraq; ſpecie eſt perfecte. Quarto periculum eſſet in fide. ꝙ eccleſia romana nō recte ſentiret de ſacramētis. nec in hoc eſſet imitanda. quæ tamē ita determinauit & ita facere conſueuit. & ꝙ generalia concilia. & ſpecialiter Conſtantienſe: errauerunt in fide & bonis moribus. Et ſi dicatur. ꝙ ꝓceptum Chriſti videtur facere ad oppoſitum. Ioan. vj. Niſi manducaueritis carnem filij hominis &c. Vbi videtur eſſe obligatio per niſi ſub pœna mortis ęternę de recipiendo ſub vtraq; ſpecie. & ibi neminem excipit. ergo per regulam iuris omnes ad hoc obligat tam laicos q̄ clericos. Ad hoc reſpōdetur multipliciter. Primo. ꝙ illud ꝓceptum domini ꝓcipue intelligitur de māducatione ſpūali. Patet primo. quia illud ꝓceptū declaratur ꝑ hoc ꝙ ſtatim ſubiūxit. Qui māducat meā carnem & bibit meum ſanguinē: in me manet & ego ī eo. Quod declarat Augu. ſuper Ioannē homil. xxiij. dicēs. Hunc itaq; cibū & potū ſocietate vult intelligi corporis aut mēbrorum ſuorū quod eſt eccleſia ſācta in ꝓdeſtinatis/vocatis/iuſtificatis/& glorificatis. Item ibidem. Qui manducat meā carnem &c. hoc eſt māducare illam eſcā & illū potum bibere in Chriſto manere & illum manentē in ſe habere. ac per hoc qui nō manet in Chriſto & in quo Chriſt⁹ nō manet: ꝓcul dubio nec māducat ei⁹ carnē: nec bibit ſāguinē. etiā ſi tātę rei ſacramētū ad iudiciū ſibi māducat & bibit. hęc Augu. Et ita apparet ꝙ

K
Euchariſtia.
Qꝫ hoc verbū niſi manducaueritis &c. & biberitis &c. non cōcludit ſumendā euchariſtiam ſub ſpē vini a quolibet fideli & exponitur multipliciter.

M.E.C.D. 2016

mãducare Chriſtũ & bibere ſecũdũ eũ hic. nõ eſt aliud niſi in Chriſto manere & illum manentẽ in ſe habere Habitat aũt Chriſtus & manet in nobis ꝑ fidem. dicente Apl'o. Ephe.iij. Habitare Chriſtũ ꝑ fidẽ ĩ cordib⁹ vr̃is. Manem⁹ etiã ĩ Chriſto ꝑ charitatẽ. dicẽte Ioãne.j. Ioan.iiij. Deus charitas eſt & qui manet ĩ charitate in deo manet & deus in eo. Et ita mãducare & bibere Chriſtũ: nihil aliud eſt q̃ credere in Chriſtũ & eidem ꝑ charitatem adhærere. Quod dñs aperte declarat ꝑpl'o dicẽs. Ego ſum(ĩquit)panis vitæ qui venit ad me nõ eſuriet. & qui credit in me nõ ſitiet vnq̃. Manifeſtum eſt autem ꝙ ad non eſurire & non ſitire nõ peruenitur niſi ꝑ mãducare & bibere. Dicit enim Augu. Vt quid paras dentes & ventrem: Crede & manducaſti. Secundo hoc idẽ patet. quia hæc eſt differentia ĩter ſpiritualẽ manducationẽ & ſacramẽtalem. quia ſpũalis ſemꝑ dat vitam. ſacramentalis ſępe dat mortem: de ꝑ accidens tñ. puta indignis. In textu aũt ſacrę ſcriprurę. vbi habet̃ hoc p̃ceptũ. & in illo capitulo vbi loquit̃ de mãducatione: ſemꝑ adiungit vitam. ſicut cum dicit. Qui manducat hũc panem viuet in æternũ. & illud. Qui mãducat me viuit ꝓpter me. Si eñ principaliter intelligeret̃ de ſacramentali: ſumẽtes illud ſacramẽtaliter: ſemꝑ viuerẽt. Q d fl'm eſt. Licet eñ ſacramẽtalis mãducatio ſemꝑ ſit ad vitã: tñ ex indiſpoſitiõe ſuſcipientis ſępe eſt ad mortẽ. Dicitur ſecũdo. ꝙ illud p̃ceptũ etiam intelligi poteſt ex cõſequẽti de mãducatione ſacramẽtali. Et tũc dicendũ eſt ꝙ laici cõmunicãtes ſub vna ſpẽ tm̃modo: comedũt ſub illa ſpẽ corpus & bibũt etiã tunc ſanguinem. licet non ſub ſigno expreſſo. & ſic implẽt p̃ceptum cõmunicãdo ſub vna ſpẽ. Hoc patet ꝑ Prępoſitinum doctorẽ antiquũ. qui in q̃ſtiõibus de ſacramẽtis dicit. Sub hac ſpẽ ſanguis eſt corp⁹ & ſanguis. & ſub hac ſpẽ panis ſumis ſanguinẽ. Vel ergo comedis: vel bibis ſanguinẽ. ſed nõ eſt dicẽdum ꝙ comedis. ergo bibis. Solutio. ſub hac ſpẽ comedo & bibo. hęc Prępoſitinus. Idẽ Bonauẽ. ſup.iiij. ſentẽ. Dicit ꝙ ſanguis Chriſti bibitur in ſpẽ panis. Ideo nõ oportet dare calicẽ populo. Pręterea. cũ ſumitur corp⁹ Chriſti ſumitur etiã ſanguis. Aut ergo ſumendo mãducatur aut bibitur. quia nõ ſunt niſi illi duo modi ſumptionis. ſed non mãducatur. ergo bibit̃. Similiter cũ ſumit̃ ſanguis a ſacerdote ſumit̃ corp⁹ Chriſti. & tñ nõ bibit̃: ergo mãducat̃. ergo ſub vtraq; ſpẽ mãducat̃ & bibit̃. licet nõ in ꝓprio ſigno. Et ſi dicat̃. ꝙ hoc deberet fieri ĩ ꝓprio ſigno. Ad hoc reſpõderi põt ſicut quidam reſpõdit cuidam bohemo vocato Ioãni de rokizana. qui erat dux erroris Bohemorũ. Si ego(inquit)reperio in taberna bonũ vinũ: qd ad me ſi nõ reperiã ſignũ. Nec popul⁹ in illo p̃cepto refert mãducationẽ & bibitionẽ ad ſpẽs panis & vini. ſed ad ipſas res. ſ. carnẽ & ſanguinem dicens. Niſi manducaueritis carnem filij hominis &

M.E.C.D. 2016

biberitis eius ſanguinem. Dicitur tertio. ꝙ multipliciter Chriſtus poſtmodum expoſuit hoc p̄ceptum. Dicit enim conſequenter ad p̄ceptum. Qui mādūcat me ipſe viuit propter me. ergo ad viuendum vita ſpirituali nō requiritur bibitio ſub proprio ſigno. Ait em̄ Qui manducat me. & non qui bibit me. Et iterum alibi cum dicit. Qui manducat hunc panem viuet in ęternum. Ex quo ſatis intelligitur ꝙ Chriſti p̄ceptum impletur communicando ſub vna ſpecie quo ad laicos qui non conſecrant. Inde. j. Reg. ij. quidam in deſiderio populi & omnium non ſacrificantium hunc cibum deſiderans dicebat & petebat. Dimitte me obſecro ad vnam partem ſacerdotalem: vt comedam buccellam panis. Duę enim partes ſunt ſacerdotis ſacrificantis. ſ. panis & vinum. Populus autem nō ad ambas partes petit admitti. ſed ad vnā. ſ. panis: vt buccella corporis dn̄i ſacietur.

L

Euchariſtia. Sacerdos.
Solꝰ ſacerdos dn̄i celebrat pōt & tenetur ſub vtraq; ſpē cōmunicare.

¶ Quinta propoſitio. Solus ſacerdos niſi ex priuilegio poteſt & tenetur ſub vtraq; ſpecie communicare: dum conſecrationis exercet officium. Prima pars huius apparet ex figura veteris legis Nam ſoli ſacerdotes veteris teſtamenti vtebātur libaminibꝰ. i. his ſacrificijs quæ fiebant ex fluida materia. ſ. oleo & vino, quę p̄figurabant ſanguinem Chriſti. nec vnq̄ laicis communicabantur. Item ꝓpter honorem & dignitatem ſacerdotalis officij dignum fuit: vt ſicut charactere/dignitate/& officio a communi populo diſtinguuntur: etiam dum celebrant: in ſigno a cæteris diſtinguantur: & quadam extrinſeca huius oblationis dignitate refulgeant. Vnde quidā doctor dictus Albertus de padua ſic ait. Congruit inter miniſtros eccleſiæ & populum eſſe differentiam. Ideo populo ſufficit de corpore Chriſti miniſtrari. ſed miniſtros oportet eſſe quaſi animā corporis dirigendo populum ſubditum. Ideo illi corpus tm̄: iſti etiam ſanguinem in quo eſt anima/ſub ſuis proprijs ſpeciebus ſumūt. Si enim laici ęqualiter admitterentur cum ſacerdotibus ad ſumendū vtramq; ſpeciem: facile creſcente temeritate & malicia hominū: laici & fortaſſis mulierculæ poſſent p̄ſumere ad non ſolum ſic ſumendum. ſed etiam ad conficiendum. quod eſſet dānabilis error. vt patuit. ij. Parali. xxvj. de Ozia rege iudæ qui ſacrificando voluit vſurpare officium ſacerdotis. Secunda pars patet. quia ſi ſacerdos conſecraret ſub vna ſpecie & non ſub alia. & cum ibi in miſſa debeat p̄fecte rep̄ſentari dominicę paſſionis myſterium: ſeq̄retur ꝙ imperfectum faceret ſacrificium. & per conſequens reus ſacrilegij reputaretur ſecundum canones. vt patet de conſe. d. ij. comperimus. Et notanter dicitur niſi ex priuilegio propter Frācorum regem: qui ſub vtraq; ſpecie ſumit tm̄ modo ſemel. ſ. in vnctione ſua. Et dicitur cū exercet conſecrationis officium. quia dum non conſecrat ſumit tm̄ ſub altera ſpecie. vt patet ī die paraſceues. & hæc de prima parte.

M.E.C.D. 2016

¶Secundo q̃ritur principaliter. Vtrum liceat ſacerdoti abſtinere a celebrando per totum tempus vitæ ſuæ. Et videtur ꝙ ſic. quia licite poteſt abſtinere a poteſtate abſolueudi per totum tempus vitæ ſuæ. ergo & a poteſtate conſecrandi. Ad hoc reſpondetur cum Rich. de media villa. iiij. ſenten. d. xiij. q. ij. ar. ij. per tres propoſitiones. Prima propoſitio. non eſt omnino ſimile de poteſtate abſoluẽdi & de poteſtate conſecrandi in ſacerdotibus. quia poteſtate abſoluendi non poteſt vti ſacerdos: niſi ſuper aliquem ſuper quem habeat iuriſdictionem. ſaltem in foro pœnitentiæ. Poteſt autem eſſe per totum tempus vitæ ſuæ ſine tali iuriſdictione. Ideo poteſt a tali poteſtate abſtinere per totum tempus vitæ ſuæ. niſi caſus neceſſitatis occurrant. Non ſic de poteſtate cõſecrandi. quia materia circa quam eſt huiuſmodi poteſtas eſt communis. ſ. panis & vinum. Nec ibi cadere poteſt excuſatio quin illam ſæpe ad manũ habeat. Ideo non eſt ſimile. Vnde hæc poteſtas eſt principalius ſacerdoti iuncta q̃ alia. quia hæc data fuit Apoſtolis & principalius eccleſiæ i cœna domini. cum dixit domin⁹. Hoc facite in meam commemorationem. alia vero in die reſurrectionis. cum dixit. Quorum remiſeritis peccata &c. ¶Secunda propoſitio. Sacerdos habens animarum curam tenetur ſæpe celebrare. quia non videtur quomodo ſuas faciat decimas & eccleſiæ redditus: ſi non orat pro benefactoribus & fundatorib⁹ & parochianis ſuis. Et ſi dicatur ꝙ vicarius ei⁹ aut capellanus pro eo ſatiſfaciat. Reſpondetur ad hoc etiam ꝙ ſu⁹ capellanus pro eo paradiſum poſſidebit. ¶Tertia propoſitio. quilibet ſacerdos ſiue habens animarum curam, ſiue non habens. niſi legitimum aſſit impedimẽtum aut hoc per reuelationem dei habeat. qui nunq̃ celebrat: grauiſſime peccat. Et dicitur. niſi aſſit legitimum impedimentum. quia ex euentu vel fortuna poſſet eſſe occaſionatus. puta vel cecus: vel ſurdus: vel mancus. & ſic abſolueret a dei p̃cepto & eccleſiæ. vel propter crimen irregularitatis poſſet eſſe ſibi interdictum vel propter alias cauſas. Dicitur etiam notanter. niſi hoc habeat ex dei reuelatione & familiari conſilio ſpiritusſancti. quia legitur de quodam ſancto qui Moyſes appellabatur. q ordinatus nunq̃ celebrauit. & creditur hoc ſpirituſſancti inſtinctu fuiſſe factum. hęc propoſitio deducitur. Primo. quia nũq̃ celebrãs: negligeret contra p̃ceptum dei affirmatiuum ſacerdotibus p̃cipiẽtis illud Lucę. xxij. Hoc facite in meam commemorationem. Sup quo Bernar. In ſe credentibus p̃cepit dominus dicens. Hoc facite i meam commemorationem. In quo etiam p̃ter peccatum inobedientię: q̃ impium ſit hominem tantę pietatis dei eſſe immemorem: palam omnibus eſt. cum amici obeuntis ſub quolibet ſigno commendatam memoriã nefas ſit obliuiſci. Secundo hoc videtur peri

M
Sacerdos. Põt ſacerdos nõ vti ptãte abſoluẽdi. nõ aũt ꝯſecrãdi. & q̃re.

N
Sacerdos. Quõ quilibet ſacerdos tenet̃ aliqñ celebrare ꝓbatio multiplex.

M.E.C.D. 2016

culolum ſibi.cũ ſit ptãs ſibi tradita quã requiret dñs cũ vſuris. di-
cens illud Lucæ.xix.Quare nõ dediſti pecuniã meã ad mẽſam. vt
& ego veniens cũ vſuris exegiſſem illud.& dicit aſtãtibus. Auferte
ab illo mnã.& date ei qui decem mnas habet.i.auferte ei oĩa bona.
quia p negligentiã & acidiam abuſus eſt ptãte ſibi tradita. Tertio.
quia hoc eſt nociuũ aĩabus exiſtẽtibus in purgatorio.q̃ oĩ die q̃runt
ſuffragiorũ eleemoſynã.& ille crudelis ſacerdos non curat eorũ ne-
ceſſitatibus ſubuenire.Quarto.quia hoc eſt cõtra p̃cepta & moni-
tiones apoſtolorꝝ.Nam Petrus ait.j.pe.iiij.Vnuſquiſq; ꝓut accepit
gratiã in alterutrũ illã adminiſtrãtes.& Paulus.ij.Corin.vj.Hortor
vos ne in vacuũ gratiã dei recipiatis. Et ideo cũ ſacerdotij ordo ho
mini collatus ſit vna gratia gratis data ſibi:vane illã haberet, ſi ea
nõ vteretur ad finẽ ad quẽ ordinatur.Quinto hoc eſt cõtra rationẽ.
quia(vt inquit Rich.)Oĩs accipiẽs ptãtem ordinatã ad bonũ vſum:
tenetur vti ea loco & tẽpore debitis & habita cõueniẽti opportuni-
tate.maxime cũ illius ptãtis vſus in vtẽte actũ meliorem nõ impe-
diat. Ptãs autẽ ſacerdotalis eſt ptãs ordinata ad optimũ vſum.ſ. ad
tranſſubſtãtiãdũ panẽ in corpus Chriſti & vinũ in ſanguinẽ eius &
ad rememorandũ paſſionẽ eius & ad intercedendũ familiarius & ef-
ficacius apud deũ ꝓ ſe & ꝓ populo.nec actũ meliorem impedit. i-
mo ad oẽs alios actus bonos coadiuuat. Auget enim illuminationẽ
in intellectu.& feruorẽ charitatis in affectu. Ideo ſacerdos qui hac
ptãte loco & tẽpore debitis nõ vtitur & cõueniẽti habita opportu-
nitate & diſpoſitione ſed notabiliter negligit:peccat. Vnde ſcd̃m do-
ctorem ſanctum in tertia parte.tenetur quilibet ſacerdos celebra-
re:ſaltem in præcipuis anni feſtis.& maxime in illis diebus in qui-
bus conſueuerunt fideles communicare.

¶Sermo octauus.qualiter ſe debet probare hõ an
teq̃ ad hoc ſacramentum accedat.per thema.

A
Euchari-
ſtia.
Nõ p̃t hõ
dign⁹ red-
di ſ[illegible]ptiõe
euchari-
ſtiæ: niſi
deo iuuan
te.

PRobet autẽ ſeipſum homo.& ſic de pane illo
edat & de calice bibat.j.Corinth.xj.
¶Quantuncũq; ſe probet homo vt ad hoc ſa-
cramẽtũ accedat:nõ poteſt tamẽ dignũ ſe tãti
bñficij facere acceptorẽ.niſi deus manũ appo-
nat adiutricẽ. Et hoc tripliciter patet. Tum pri
mo.quia vt dicit Pſal. Hõ ſpũs eſt vadẽs & nõ
rediens.vadit quidem per ſe in peccatum. ſed per ſe non redit ad
gratiæ ſtatum. Inde dicitur Eccleſiaſtes. vij. Conſidera opera dei:
ꝙ nemo poſſit corrigere quem ille deſpexerit. Hinc dicebat Iob.
xiiij.Quis poteſt facere mundum de immundo conceptum ſemi-
ne. Nonne tu qui ſolus es. Ideo neceſſarium eſt ad hoc eius auxi-
lium. Tum ſecundo.quia inter ſtatum peccatoris & ſtatum gratiæ

M.E.C.D. 2016

magnum chaos firmatum eſt. quod ſolus deus ſoluere poteſt. Nā chaos illud peccatum eſt quod ſolus deus remittere poteſt. Eſa.xl. Ego ſum qui deleo iniquitates tuas propter me. Inde dicitur paries inter deum & peccatorem. quem ſolus deus deſtruere poteſt. Eſa.lix. Iniquitates noſtræ diuiſerunt inter nos & deum noſtrum. Tum tertio. quia peccatoris cōſcientia in qua debet habitare Chriſtus eſt tota tenebroſa. iuxta illud Pſalmiſtę. Neſcierunt neq; intellexerunt in tenebris ambulant. luminoſa autem fieri non poteſt niſi ibi radiet ſol iuſtitiæ per gratiam. Chriſtus enim magnus dominus & laudabilis nimis requirit in domo ſua lumen. Ergo ſine tali ſpontaneo acceſſu radijs ſolaris. i. gratiæ dei non ſufficiēter ſe poteſt homo probare. hanc autem gratiam requiramus ab illa quæ inuentrix/ mediatrix/ & theſauraria eſt dicentes. Aue.

B

Euchariſtia.

Quæ ſint motiua p̄parādi hoſpitiū cordis xp̄o ſuſcipiēdo ī ſacramēto

¶Quattuor principaliter nos debent hortari & commouere ad ſolicite præparandum hoſpitium tanto hoſpiti venturo in animab⁹ noſtris. Primum quidem eſt honor Chriſti. Si enim ſolent fieri ſanctuaria p̄cioſa auri & argenti ad reponendum magnifice ſanctorū reliquias & corpora: multo fortius debet homo de corde ſuo facere ſanctuarium: ad ſuſcipiendum creatorem/ redemptorem/ & benefactorem ſuum Chriſtum. Tum quia in ſolis ſanctuarijs habitat: iuxta illud Pſal. Tu aūt ī ſancto habitas. Et illud Exo.xxv. Faciēt mihi ſanctuarium & habitabo in medio eorum. Si enim tabernacula corporea in quibus reponitur ipſum Chriſti corpus conſueuimus ita nobiliter & decenter parare & deaurare. quanto magis tabernaculum ſpirituale cordis noſtri. quia in templo illo non manufacto maxime q̄rit habitare. Si inſuper regi terreno ſupuenienti in domum noſtrā cū omni diligētia dom⁹ p̄paraṫ: quāto magis huic cum eū recipere volumus. qa vt diciṫ. ij. Parali. xix. Nō p̄paraṫ hoī hītatio, ſed deo. Si ei voluit dn̄s ad comeſtionē agni figuratiui locū tā ſolicite pari: mittēs duos de diſcipulis ſuis vt pararent ei paſcha: quanto magis requirit diſpoſitionem ſanctam & p̄parationem diligentem: ad hoc vt faciat paſcha nobiſcum? Secundum eſt honorꝫ magnitudo ad quem vocati ſumus in hoc ſacro conuiuio. Si enim pro magno reputauit Amam ꝙ ad prandium conuocauit eum regina Heſter: quantum ſe debet homo reputare qui vocatus eſt ad conuiuium & ad menſam regis æterni? Certe magnificauit dominus facere nobiſcum. Vę homini illi qui ex negligentia ſe prępparādi tātū perdet honorem. Si infœlix reputat⁹ eſt Tyberius Tyberij imperatoris nepos ꝙ ex negligentia ſua romanum perdidit imperium. quia ſcilicet non ſatis mane ſurrexit & nō niſi pranſus ire voluit ad auunculū ſuū. vt teſtatur Vicentius in ſpeculo hiſtoriali. lib. ix. c. cxviij. Quanto magis infœlix chriſtianus qui ex negligentia

M.E.C.D. 2016

præparandi & regnum cęli & regem tãtũ & omnia ſimul bona perdit. Tertium eſt magnitudo expenſarum quas fecit Chriſtus pro hoc conuiuio p̄parando & celebrando. Chriſtus enim cum ſudore totius corporis/effuſione ſanguinis & alijs maximis laboribus hoc præparauit conuiuiũ: iuitans ſingulos ad illud dicens Matth. xxij. Dicite inuitatis. prãdium meum paraui. tauri mei & altilia ſunt occiſa & omnia ſunt parata. Non enim ſolus ipſe voluit parare, ſed etiam ad hoc vt tibi prodeſſet, inimicos ſuos ad p̄parandum & tibi ſeruiendum aſſumpſit. Nam ſecundum Guil. huius cibi coqui fuerunt iudęi: qui eum in ara crucis aſſauerunt. Multum autem diſplicet patrifamilias qui magnum conuiuium magnis expenſis p̄parauit & pro magna multitudine: cum illi qui inuitantur ſpernunt & negligunt ſe parare ad veniendum. Vnde de illis dicit Chriſtꝰ. Lucę. xiiij. Dico autem vobis ꝙ nemo virorum illorũ qui vocati ſunt ſcilicet & venire noluerunt: guſtabit cœnam meam. Quartum eſt periculi magnitudo. Quanto enim medicina virtuoſior eſt: tanto recipiens eam plus timere debet ne forte nõ ſit paratus ad eã ſuſcipiendam. quia ſicut medicina ſanat bene paratum: ita interficit indiſpoſitum. ſed corpus Chriſti eſt medicina tantę virtutis: ꝙ recipientem bene diſpoſitum curat ab omni peccato. quia cum tanta deuotiõe poteſt homo communicare, ꝙ poteſt eſſe immunis ab omni peccato. Probet igitur ſeipſum homo. & ſic de pane illo edat & de calice bibat.

C Euchariſtia. De tribus reqſitis ꝓ debita p̄paratione ad ſuſcipiẽdã euchariſtiam.

¶ In hoc ſermone acturi de probatione & examinatione huiꝰ qui vult recipere hoc ſacramentum: dicemus tm̄modo quę requirunt ad ipſam debitam p̄parationem & ꝓbationem. Tria enim requiruntur ad debitam p̄parationem alicuius anteq̄ digne accedat ad altaris ſacramentum. Primũ eſt diligens ſuę ꝓprię cõſcientię diſcuſſio & debita examinatio. Nunq̄ enim quis infunderet aliquem p̄cioſum liquorem in aliquo vaſe: niſi prius tẽtaret vel ꝓbaret vtrũ ſit mundum vel immundum. ſanum vel corruptum. Sic debet quilibet videre de ſe ſacramentum altaris ſuſcepturus: an ſit in conſcientia mundus vel immundus. dignus vel indignus. & hęc ꝓbatio ab Apoſtolo. j. Corinth. xj. vocatur dijudicatio. Ait enim. Si noſmetipſos dijudicaremus: non vtiq; iudicaremur. Multi enim ſunt qui ſciunt alios examinare. vt iudices & officiales. & courretarij qui vina tentare & equos ꝓbare norunt & ſic de alijs. ſed ſeip̄os iudicare & p pœnitẽtiam cognoſcere neſciunt. De quibus Bernar. Multi multa ſciunt & ſeip̄os neſciunt. qua tamen ſcientia ſumme indiget homo. quia ſi ſeip̄m ignoret: a deo ſemel ignorabit. iuxta illud Phili. j. Si quis ignorat: ignorabitur. Nihil enim eſt de quo homo non velit ſatis ſcire præterq̄ de ſua conſcientia mala. Sunt & alij qui ad ex

aminandum ſuam conſcientiam tendunt: ſed in labore paucū perſiſtunt: immo verius illum laborem dimittētes ad alia ſe diuertūt. & ſic ad menſam altaris conſcientia imperfecte diſcuſſa accedunt. Et hoc eſt mirabile ꝙ in pręparatione cibi corporalis parati ſunt laborare a mane vſq; ad nonam: & tñ in pręparatione cibi iſtius ſpiritualis vix volunt per dimidiam horam: immo per quartum horę laborare. Tales vero & ſi recipiāt ſacramētū, nō tñ ſpiritualiter reficiuntur. quia ſcriptum eſt. ij. Theſſa. iij. Qui non vult operari non mãducet. Illis vero qui bene & debite examinauerūt ſuā cōſcientiam & moroſe: dicet dñs illud Matth. xi. Venite ad me oēs qui laboratis ad examinãdū cōſcientiam veſtrã, & onerati eſtis peccatis, & ego reficiam vos corpore & ſanguine meo. i. ero cibus reficiens vos. Eſa. liij. Pro eo ꝙ laborauit anima eius videbit & ſaturabitur. Gene. iij. In ſudore vultus tui veſceris pane tuo.

¶ Sed circa hoc quęritur quomodo poterit quis digne ad hoc ſacramentum accedere: cum quacunq; examinatione cōſcientię facta multi ſtimuli & ſcrupuli cōſcientiam exagitent: cū etiam nemo certificari poſſit an ſit in gratia dei vel non. ſi ſit ſufficienter examinatus vel non. Ad hoc reſpondetur cum magiſtro Ioanne Gerſon per ſex propoſitiones. Prima propoſitio. Nullus habet certitudinē euidentē abſq; dei reuelatione ſpeciali: ꝙ ſit ſufficiēter diſpoſitus & dign⁹ accedere ad hoc ſacramētū patet. qa tūc poſſet aliquis euidēter cognoſcere ſe eſſe in gratia, & ꝙ ſufficiēter fecit quicquid requiritur ad hoc ꝙ ſibi gratia infundatur. ꝙ inſuper nullū ponit obicē ex parte aliqua ad huius gratię infuſionē & ſuſceptionē. qđ falſum eſt. Itē ſciret euidēter qui celebrat ꝙ rite conſtitutus eſt ſacerdos ab habente poteſtatem nullaten⁹ impeditam: & multa ſimilia: quę ſciri nō poſſunt euidēter abſq; diuina reuelatione. Neſcit etiam ſi detur in reprobum ſenſum ex demeritis pręcedētibus. vt non videat peccata ſua, & ita nihil ſibi conſcius ſit ſed non in hoc iuſtificatus. imo magis Aman ſuperbo comparatus, qui ad conuiuium Heſter venit reputãs hoc ſibi ad honorē eſſe pręcipuū, quod ſibi erat ad ſuſpendium. Quid ſcit talis ita veniēs ad menſam dñi ſi forte auditurus eſt illã vocē. Amice ad quid huc intraſti non habens veſtem nuptialē. & forſitan ſi ſit annumeratus inter illos de quibus nō tam imprecatiue q̄ pręnunciatiue loquutus eſt Pſal. dicens. Fiat menſa eorum in laqueum. & in retributiones & in ſcandalum. Obſcurentur oculi eorum ne videant. In quo multū timēdum eſt multis qui cito ſe ingerūt mēſę Chriſti. quib⁹ minatꝰ Apl's iudiciū dicēs. Qui mãducat & bibit indigne iudiciū ſibi manducat & bibit. ¶ Secūda ꝓpoſitio. Ad digne celebrãdū aut ad hoc ſacramentum accedēdū abſq; temeraria p̄ſumptione & noua imputabi

D Euchariſtia. Qꝫ nunq̄ habeẗ certitudo euidentię de ſufficienti p̄paratiōe ad euchariſtiã ſumēdã. & ꝙ illa nō reqritur. & ꝙ nō oīs ſcrupulus de mortali i pedit dignū acceſſum: declaratur trib⁹ ꝓpoſitionibus.



M.E.C.D. 2016

lītate ad peccatū: nō requiritur talis euidētię certitudo. Patet. qui
tūc nullus quātūcūq; iuſtus ſine diſcrimine auſus eſſet celebrare:
aut ad hoc ſacr̄m accedere ſine ſpeciali dei reuelatiōe. ꝓpter qd̄ ſuf-
ficit certitudo moralis. de q̄ Phūs. j. Ethico. loquit̄ dicēs ꝙ diſcipli-
nati eſt intantū certitudinē inquirere ſcd̄m vnūquodq; gen⁹ quā-
tū natura recipit. Ad hāc autē certitudinē ſufficit vt plurimū ꝙ ho
mo accedens ad miſſam diſcuſſerit conſcientiam ſuam ſicut feciſ-
ſet pro magna re lucranda aut incōmodo graui vitando. & ꝙ non
ſit ſibi conſcius poſt hanc diſcuſſionem de peccato mortali aut ꝓ-
poſito peccandi mortaliter. & ꝙ inſuper non cognoſcat veriſimi-
lius aliquod impedimētum ſe incurriſſe per excōmunicationē aut
irregularitatē. & cum Durādo in hoc cōſentiendū eſt. iiij. ſentē. diſt.
iiij. q. iiij. ꝙ talis etiā ſi eſſet in peccato mortali neſcienter nec de eo
expreſſam faceret cōfeſſionē reportaret vnum de duobus. Aut ſi-
bi remitteretur tale peccatū virtute ſacramēti. quia videtur facere
ad eius deletionē ꝙ fecit quod in ſe eſt. Non em̄ requirit de⁹ vltra
poſſe. Aut fieret ſibi diuinitus illuſtratio aut recognitio ſui peccati,
vt per pœnitentiam illud dilueret, quemadmodū contigit multis:
qui in initio ſui ſacerdotij dum celebrationē continuant in memo-
riam redeunt plurimorū & occultiſſimorū peccatorū. Et talia pec-
cata in recordationē venientia ex irradiatione ſuperioris luminis
in profunda abyſſo animę: non ideo tales cōfiteri tenētur: ꝙ non
prius deleta eſſe potuerint modo prędicto: ſed hoc fit ad obedien-
dum precepto de cōfitendo ſemel quodcūq; pct̄m̄ mortale dū illd̄
diſtincte cognoſcimus. ¶ Tertia propoſitio. Nō oīs ſcrupulus aut
dubitatio de pct̄ō mortali: neq; oīs indeuotio/aut inordinatio: aut
nō attētio impediūt de neceſſitate celebrationis dignitatem aut ac-
ceſſum dignū ad recipiendū hoc ſacramētū. Patet quo ad primam
partē. quia certitudo moralis qualē diximus/ſecū cōpatitur vacilla-
tionē quādā animi aut hęſitationē vl̄ ſuſpitionē ſeu ſcrupulos ꝙ nō
ſit homo ſufficiēter diſpoſitus aut ꝙ impedimēto aliquo ſit ligat⁹.
Hoc em̄ ſignum eſt timoratę conſcientię in qua relucet gratia dei.
Sicut em̄ in domo tenebroſa etiā vix groſſa & magna viderentur:
in domo aūt lucida in qua irradiat ſol per feneſtram etiā in radijs il-
lis videntur athomalia. ſic in groſſis cōſcientijs in quibus ſunt tene-
brę peccatorū vix vidētur grādia peccata. ſed in cōſciētia in qua ir-
radiat gratia dei vidētur etiā minima peccata. Sed ſicut impoſſibi-
le eſt euacuare oīa athomalia quę videntur in radijs ſolis. immo ta-
lis reputaretur fatuus. ſic reputaret̄ ille qui crederet reddere ſuam
cōſcientiam vacuā ab illis peccatis minutis. quin ſemper redirēt tales
aut plures aut maiores ſcrupuli. Oportet tn̄ aut de eis non curare,
aut eos abigere. Vnde quędā gloſa ſup Gen̄. xv. ſup illo ꝙ deſcen-

M.E.C.O. 2016

debāt volucres ſup cadauera & abigebat eas Abrahā. dicit. Mille ſunt occurſantiū phātaſmata cogitationū.mille ſuggeſtiōes diaboli:quę dū ſacrificantium mentibus ſe ingerunt: dum eas ad diuerſa diſtrahūt:quid aliud faciunt q̄ velut quędam muſcę quę ſacrificantes miniſtros altaris infeſtant & impediunt? Talium portenta muſcarū propellenda Abraham pręſignauit:cum a ſacrificijs aues abegit. Et quia tm̄ ſuper ſacrificia deſcendiſſe legūtur & non interrupiſſe cœptum officium: ſacerdotes Chriſti tentationes quas perferunt ita debent abigere:vt a ſacramento altaris talis eos lapſus non cogat abſtinere. Secūdum etiam patet. quia certitudo moralis cōpatitur etiam ſecum deordinationem aliquā pręſertim viriū inferiorꝝ & legis tyrānicę membrorꝝ:quę nō eſt ſępe ſubdita noſtrę poſſibilitati:ex qua cauſatur indeuotio quędā: quā etiam non plena & actualis intentio ſemper cōſequitur: nec tn̄ in hoc propterea peccatur. Et ſi dicatur ꝙ ſcd̄m regulā theologā dubitās de aliquo an ſit illicitū.& ſtante dubio illud agens: peccat. quia ſe diſcrimini ſcienter obijcit. Reſpondet Altiſiodo. ꝙ regula hęc magiſtralis intelligitur de dubio tali quod eſt vehemens:aut ſaltem inducit ęque aut magis mentem credere ꝙ eſt mortaliter illicitum ſicut ꝙ eſt licitum. Secus eſt vbi mens plus inclinatur & iudicat ꝙ eſt licitum q̄ ꝙ illicitū. quis non habeat vſquequaq; certitudinem euidentem aut fixam. quia nec hoc requiritur. Sunt autē plures qui fortis ſunt phantaſię. qui trepidant timore. vbi etiam iudicant non eſſe timēdum. Et tales debent inniti conſilio ſuperioris vel prudentium. & cōtra talem ipſorum vacillationem audacter operari. & ſic ſępe illa vacillatio vincetur. Qui vero renuit credere conſilio ſuperiorꝝ & prudentium ad tales ſcrupulos deponendum & agendum contra eos errat multipliciter. Primo per ſuperbiā & arrogantiam ꝑponēdo iudiciū ſuum aliorū iudicio. & iterum nunq̄ talis aut vix habebit deuotionem ſolidam nec pacē conſcientię a talibus. ac perinde carebit locus animę ſuę hoſpite illo. de quo Pſal. In pace factus eſt locus eius. Dicunt em̄ doctores ꝙ nō eſt tam meritoriū credere ſicut velle credere. nec dolere ſenſualiter de peccatis. ſicut velle dolere & nō poſſe. iuxta illud Pſal. Deſiderium pauperum exaudiuit dn̄s. pręparationē cordis eorum audiuit auris tua. Deus em̄ iudicat nos & noſtra ſcd̄m ſupioris rōnis volūtatē arbitriū & iudicium. & nō ſcd̄m ea quę nobis inuitis aut cōtranitentib⁹ portio ſenſualitatis inferior aduehit & producit. qualia ſunt volubilis imaginum & phantaſiarū motus: ſtimulus carnis illecebroſus aut vindicatiu⁹. vacillatiões inſup timidę & incertę ſup agēdis aut credēdis. quę nr̄is nequaq̄ ſenſib⁹ attingim⁹. Et in hoc decipiūť m̄lti ex ſimplicib⁹: diſtinguere neſciētes īter ea q̄ portio aīę ſupior agit ꝑ ꝯſenſum & quę

E
Dubitare. Dubitans aliqd eſſe illicitū & faciēs: non ſp peccat. niſi dubiū ſit vehemens.

F
Scrupul⁹ cōſcientię. Q; errant multipliciter q non deponūt ſcrupulos ad cōſiliū prudentū.



M.E.C.D. 2016

portio inferior petitur abſq; ſuperioris aſſenſu. Darent inſuper ſepe aliſs ſalubre conſiliũ, qui neſciunt illud ſibi pręſtare, & hoc ob turbam hanc paſſionum tumultuantẽ & rapacem. Et ſuper hoc memorandũ eſt beati Bernardi conſilium. Erat eñ ex diſcipulis eius quidã talib⁹ inquietatus ſcrupulis: vt ad celebrandũ nullo pacto auderet accedere. Dixit ei Bernardus poſtq̃ hoc ſciuit. Vade frater. & in fide mea celebres. Obediuit diſcipulus, & omnis ille ſcrupulus perpetuo diſceſſit. ¶ Quarta propoſitio. Cõtingit vt poſſit aliquis eodem tempore ad celebrandum laudabiliter accedere: & tamen tunc poſſet a celebratione laudabiliter abſtinere. Patet. quia quando aliquis eſt ſine conſcientia mortalis: nec eſt obligatus officio vel aliter celebrare: vel non eſt impeditus aliquo vinculo: tunc habet vtrunq; in ſua voluntate vt faciat licenter atq; laudabiliter. vt vel cũ Cẽturione dicat. Dñe nõ ſum dignus &c. Vel cũ Zachęo dñm fideliter inuitet. Vnde Auguſt. de cõcor. euãge. lib. ij. Dicit quiſpiã nõ quotidie accipiendã eſſe euchariſtiam alius affirmat: quotidie. Faciat vnuſquiſq; quod ſcd̃m ſuam fidẽ credit pie eſſe faciendum. Neq; enim litigauerunt inter ſe: nec quiſquam ſe alteri prępoſuit: Zachęus & ille Centurio: cum alter eorum gaudens in domo ſua dñm ſuſcepit. alter dixit. Non ſum dignus vt intres ſub tectũ meũ. ambo ſaluatorem honorificantes. q̃uis non vno modo. ambo peccatis miſeri: ambo miſericordiã cõſequuti. Hęc Augu. Vnde & nõ

G. Euchariſtia. Qꝫ feruentius diligẽtes deum hñt ſępius ſumere euchariſtiã.

incongrue hęc euchariſtię comeſtio pręfigurata eſt in agno pachali & mãna: quorũ alter ſemel in anno imolabat̃: aliud ſingulis dieb⁹ in vſũ aſſumebat̃. Sicut eñ in comeſtiõe naturali videm⁹ q̄ vnus homo naturaliter indiget vt plus comedat vel ſępius q̃ alter ſcd̃m q̄ vnus habet fortiorem virtutem digeſtiuam & velociorem q̃ alter. alter debiliorem & tardiorem. ideo non poſſumus attendere virtutem temperantię in omnibus hominibus ſcd̃m menſuram eiuſdem quantitatis: quia illud idẽ qđ eſt tẽperãtia in vno hoïe eẽt intẽperãtia i alio. vt patet. iij. Ethic. de Milone & magr̃o gymnaſiorũ. Sic in comeſtiõe hui⁹ ſacr̃i illos ſępi⁹ cõgruit ſumere iſtũ cibum ſpiritualẽ qui ſpiritualiter habẽt fortiorẽ virtutẽ digeſtiuã. puta in quib⁹ magis viget amor & ęſtuãs deſideriũ ad ſumendũ ipm̃. Ideo iſtis quib⁹ calor ab igne ſpũs ſancti ꝓcedẽs ex frequẽtatiõe iſtius ſacramẽti nõ tepeſcit ſed magis iualeſcit: in his ꝓdeſt hãc ſacrã cõionem quotidie recipere. In quib⁹ aũt ecõtrario fieret: illis expediret abſtinere: donec magis eſuriãt. Et notãter dr̃ calor ab igne ſpũs ſancti ꝓcedẽs. quia cõperti ſunt qñq; hoïes ſceleratiſſimi: qui nec mãdata dei nec eccleſię ſeruauerũt: putãtes ſe viuere in libertate ſpũs, cũ tñ captiuos eos teneret diabol⁹: qui quotidie iſtud ſacr̃m receperũt dicẽtes ad hoc ſe moueri deſiderio & iterna deuotiõe. Sed hoc

M.E.C.D. 2016

non a ſpiritu ſancto proceſſit: ſed a demonio meridiano. Si eñi mãdata eius nõ ſeruant: manifeſtũ eſt ꝙ eum nõ diligunt nec eum vere ſpiritualiter ſuſcipiunt. Hec de argẽtina in. iiij. ſenten. Et nõ ſine cauſa dicebatur in principio. ſi nõ fuerit impeditus. quia ſi per ſuperiorẽ ſuſpẽſus eſt, interdictus vel excõmunicatus: nõ debet ſe ingerere ad recipiendũ vel celebrãdum: etiã dato ꝙ eſſet ſine pctõ ſuo ſic ligatus: niſi ſua innocẽtia ſit ſufficienter declarata. Inde Auguſt. ſuper Pſalm̃. tertium ait. Qui iuſtus eſt & iiuſte maledicitur: hic & ſi nõ teneatur ligatus apud deũ: ſententie tñ parere debet: ne ex ſupbia ligetur: qui prius ex puritate cõſcientie abſolutus tenebat̃.

¶ Quita ꝓpoſitio. Laudabilius eſt frequẽter aut quotidie celebrare cęterꝫ pib⁹ q̃ a celebratiõe frequẽter abſtinere. hoc probat Durãd⁹ iiij. ſenten. diſtin. xij. q. v. quia celebratio eſt opus de per ſe bonũ: abſtinere autẽ ab ea ſi ſit bonũ, magis eſt in ordine ad indeuotionẽ & indiſpoſitionem ſuſcipientis q̃ de per ſe. Similiter celebratio habet efficaciam magnã ex virtute operis operati. propter qđ iã nõ tantũdem valet ſola volũtas celebrandi. ſicut par volũtas actu celebrãs. quia addit hoc opus exterius aliquid bonitatis ad bonitatẽ voluntatis propter meritũ paſſionis Chriſti. Propter quod dici ſolet opus priuilegiatũ. Preterea. ille qui celebrat in operis executione ſepe magnã adipiſcitur deuotionis pinguedinem. & diuinius ſolet occupari. inſup et etiam ſic agendo ducitur a virtute nobiliori: ſcilicet a charitate & dilectiõe huius ſacramenti q̃ ducatur non celebrans: qui timore potius ſe retrahit. Sed ſi quis dixerit ideo vacationem a celebratione aut receptione ſacramenti bonam eſſe: vt ipſa poſtmodum reuerentius & deuotius quãto rarius impleatur. dicimus ad hoc ꝙ hoc eſt poſſibile: ſed poteſt contingere & ex aduerſo (vt plurimum) contingit: vt talis ſubtractio remoueat habituationem ad bonum: cuius effectus eſt (ſcđm Philoſophum) operari delectabiliter. Signũ (inquit) acquiſiti habitus eſt delectatio in opere. Hinc Ouidius. Qui non eſt hodie cras minus aptus erit. Si enim diſtraharis hodie & parum deuotus es: parum recollectus: plurimũ tentatus a carne/mundo/vel demone: puto ꝙ non dormiet qui te perſequitur: & cras iidem erunt aduerſantes tibi & tue deuotioni inſidiantes quales ſunt hodie. Ideo non irrationabiliter conſulit Sapiẽs. Quodcũqꝫ poteſt (inquit) manus tua: inſtãter operare. Neſcis eñ qñ tale tempus ad laudabiliter celebrandũ tibi cõcedetur quale modo habes. Et ſi ſis in hac re. puta deuotione defectuoſus: cur nouũ defectum in nõ celebrando ſuperinducis? Sed dices forte. frigidus ſum aut tepidus. Dico ad hoc primo cum Ioanne de Gerſon. ꝙ ſepe ſuſcipit initiũ celebrationis hoiem parũ deuotũ & frigidũ quẽ in fine caleſcẽtẽ dimittit & feruidũ. Corpus eñ Chriſti ignis

H Celebrare ꝙ laudabili⁹ eſt ſepe celebrare q̃ ſæpe abſtinere.

I Celebrare ꝙ nõ ſep abſtinere debet a celebratione q̃ iuenit ſe indeuotũ.



M.E.C.D. 2016

eſt ſpiritualis:accede ad huncignem & facile caleſces. Vnde & Ambroſius orãdo ſic deũ alloquitur. Graue eſt ꝙ ad mẽſam tuã mundo corde & innocẽtibus manibus nõ venim⁹:ſed grauius eſt ſi quia pctã nutrimus:ſacrificiũ nõ reddimus. Refert eñ narratio ſanctorum patrũ de quodã onagrio.qui nõ niſi ſemel in anno cõmunicãdũ eſſe cenſebat.cõtra quẽ ſancti patres repugnabãt argumẽtãtes ꝙ aut dignũ ſe putabat & diſpoſitum: qui ſemel in anno cõmunicaret:& ſic pſumptuoſus erat,aut indignũ etiam ſe tunc fatebatur, & nihilominus accedebat. Si eñ fas eſſet ſemel in anno cum timore dei celebrare:cum eodem timore poterit eſſe ſępius ſimilis celebrandi licentia. Sunt tñ diuerſa dona diuerſis( prout ſpiritus ſanct⁹ voluit )diuerſimode collata. Nam alius indiſponitur per celebrationis interruptionem,& vix ſe poſtmodum recolligit,alius ex eadem frequentatione redditur indeuotior,& ex tali familiaritate ad contemptum promptior. Quam ob rem ſuam vnuſquiſq; interroget cõſcientiam,& tunc per experientiã & prudẽtioris alicuius cõſiliũ id quod opportunius compererit exequatur. Hinc Aug.ait.

K

Euchariſtia.

Qꝫ pręcipue diuino muneri aſcribenda eſt digna participatio ſacramenti.

Quotidie celebrare nec laudo nec vitupero. Ipſe tñ & alij conſulunt ſic viuere:vt quotidie digni ſimus accedere. ¶ Sexta propoſitio. Pręcipue ex diuino munere & non ex noſtra induſtria ſeu pręparatiõe reddimur digni myſteriorũ ſacrorum participatione. Patet.quia humilitas ſola eſt quę diſponit ad dignificationem & pręparationem debitam pro talis tantiq; hoſpitis in animę ſignaculo ſuſceptione. Recitat enim Ioannes Gerſon ſe ſciuiſſe hominẽ qui taliter in veritate comperit nunq̃ potuiſſe ad quietam & ſerenam celebrandi diſpoſitionem pertingere: quouſq; diffidens de omni induſtria ſua & labore & ſollicitudine & pręparatione per confeſſionem aut alias:immolauit in ara cordis bouem ſuperbię,& dixit in animo contrito & humiliato cũ Daniele. Dñe non in iuſtificationibus meis proſterno preces meas ante te ſed in miſerationibus tuis multis & magnis.& rurſus cum ꝓpheta. In multitudine miſericordię tuę introibo in domũ tuã:adorabo ad templũ ſanctum tuum in timore tuo. Nõ eſt enim dubium ꝙ induſtria noſtra & pręparatio quales agere conuenienter poſſumus: ad hoc requirũtur. eis tñ ſi innitimur:fallimur & cadimus:tanq̃ ſi quis baculo arundineo ſuſtẽtetur. neq; habitamus in adiutorio altiſſimi: dum in noſtris meritis confidimus vel in peccatorũ ſola recordatione torquemur. Fuit enim cuidam per ſomnium oſtenſa talis viſio. Erat enim ille pręcipitatus in cloacam & a quodam baculo ſtercoribus infixo ſuſtentari ne profunderetur ſatagebat. At vero baculus ille fundotenus demittebatur aſſidue:& exibat fœtor intolerabilis. Sentiẽs ille periculũ tota mẽte ad dñm cõuerſus relicto baculo ſtatim erept⁹ eſt. Sane

M.E.C.D. 2016

cõſcientia noſtra quãtũlibet mũda: eſt cloaca quędã plena ſtercoribus defectuũ quotidianorũ. Baculus ille nimia eſt induſtria per quã emergere quęrimus. Sed ſine dubio quouſq; leuemus oculos in cęlum vnde veniat auxiliũ nobis. & quouſq; fiduciam noſtram totã in deum iactemus: quanto plus innitimur ſoli induſtrię noſtrę baculo: tanto in profundiorem abyſſum noſtrę prauitatis demergimur: & non niſi fœtorem tetrum & horridum reportamus. Sed dices. Tentabimus ergo deũ: aut pleni cõſciẽtia pctõꝝ & indeuoti ad hoc ſacramẽtũ ſub ſpe ſolius miſericordię accedemus. Reſpondet Gerſon ꝙ agat noſtra induſtria quod poterit. vt ſit abſq; cõſcientia peccati mortalis: ſed in illa nequaq̃ ſperemꝰ. Alioquin ſuperbimꝰ. alioquin maledictionẽ incurrimꝰ: qui ponimꝰ fiduciã in homine & carnẽ brachiũ noſtrũ. Agnoſcamus ꝙ oẽs iuſtitię noſtrę ſunt vt pãnus menſtruatę. Sed ſi fluxum pateris nec ſanari poteris a medicis: tuis ſcilicet exercitijs. tãge plena fide cũ hęmorrhoiſſa fimbriã veſtimẽti Ieſu. ſ. ipſam hoſtiã. vt purgeris. Si percuſſum te ſentis a ſerpẽtibus diuerſarũ tentationũ morſibus: ſerpentem Chriſtũ eleuatum aſpicias. Si cęcũ te fortaſſis debilem & claudum & pauperẽ conquereris: memineris qm̃ tales ad cœnã magni regis inuitantur & intrare cõpelluntnr. Si dicis. lubricus ſum & inſtabilis. hic panis cor hoĩs confirmat. Si dicis. triſtis ſum & anxius. Vinũ lętificat cor hoĩs. Si dicis te peregrinari a dño: in fortitudine cibi illius ambulabis vſq; ad montem dei. Cõcludamus ergo ꝙ nemo celebraturus aut hoc ſacramẽtum ſuſcepturus euidentẽ ſibi quęrat certitudinẽ ſup dignificatione ſua. nec cõfidat in multitudine virtutis ſuę: vt in repetitione confeſſionis: aut deuotionis aut recollectionis ſerenitate. Poteſt em̃ fieri vt confeſſio crebra ſuper venialibus obſit de per accidens. Reddit em̃ animã plus iuſto ſolicitam & pauidam, & omnia etiã tuta timentem. vt de ipſa etiam confeſſionis imperfectione trepidet & vrgeatur confiteri. ¶ Secundum quod principaliter requiritur ad iſtam pręparationem eſt omniũ mortaliũ peccatoꝝ per cõtritionẽ & cõfeſſionem euacuatio. Hoc docet ſcriptura dicens in Pſal. Pręoccupemus faciem eius in cõfeſſione. Hoc docet etiã figura legis antiquę. Nã labrũ ęneũ ponebatur inter templũ & altare ad ſe lauandũ: vt nullus ad altare accederet: niſi prius lotus. Tertio hoc docet natura: qa ſi homo aliquid immũdũ in corde vel ĩ ore habuerit: nũq̃ ceſſat excreare quouſq; tota ĩmũditia expellať. & ſi habeat manꝰ ĩmũdas: nũq̃ comedit quin eas mundet. Et ita ſi aſinũ nr̃m. i. corpꝰ: vt inqt Guil. pariſieñ. ad p̃ſepe ſuũ. i. ad menſã corpis illotũ accedere non ſinimꝰ. imo priꝰ manꝰ & os eiꝰ abluimꝰ quãto mag; ad iſtã ſacratiſſimã mẽſam aĩarũ acceſſurꝰ hõ: lachrymis ꝯtritiõis & ꝯfeſſiõis abluẽdꝰ eſt. & hoc debet hõ facere ꝓpter tria. Prio



M.E.C.D. 2016

L Euchari-ſtia. Q ſuſce-ptur⁹ eu-chariſtiam pri⁹ debet ꝯteri & cō fiteri ꝑpt̄ tres cau-ſas.

propter amorē quē debet habere ad dn̄m ſuū Chriſtū. Cū em̄ ami-cus vult cōſidēter recipere amicū: & ibi inuenitur aliquis qui inimi-cus eſt: ſolet expelli: & dicitur ei: recede cito. Talis amicus meus nō ītraret domū vbi tu eſſes nec comederet nec biberet: & ego nō poſ ſum ei denegare hoſpitium: quia nimis eſt amicus meus. Sic homo qui vult dn̄m ſuum & amicum Ieſum in ſe recipere: propter amici-tiam quam habere debet ad illum: debet omnes inimicos ſuos. i. peccata a ſe repellere. Vnde & diſcipuli nec vnum proditorem dn̄i propter amorē eius inter ſe pati potuerunt: ſed ſummopere ipſum perquirebāt dicentes. Nunquid ego ſum dn̄e? quia veri diſcipuli & amici Chriſti nunq̄ paterētur in ſe vnū ꝓditorē eius. ſ. vnū peccatū. Secūdo ꝓpter eius honorē. Multū honoratur rex in regno ſuo pro-pter iudiciū & iuſtitiā ſi ibi polleant. Ideo ſi velimus dn̄m recipere & in nobis regnare: neceſſe eſt vt ꝑcedat de oībus malefactoribus terrę noſtrę: in qua volum⁹ ipſum venire & regnare: iudiciū & ex-tirpatio. quia ſcd̄m Pſal. Honor regis iudiciū diligit. Tertio ꝓpter maliciā & effectū peccati. Aufert em̄ fructū huius ſacramēti. Loca quippe vmbroſa ſolent eſſe ſterilia & fructibus vacua & inania. Sic vmbra peccati lucē gratię tollit: obſcuritatē ignorātię inducit: & fru-ctum bonoꝝ operū impedit. Ideo ante euchariſtię receptionē au-ferenda eſt hęc peccati vmbra. Et ꝙ cōfeſſio ſit ad hoc neceſſaria recitat Petrus Cluniaceñ. exēplū. Quidā iuuenis apud Cari locum Matiſconeñ. diœceſis cū graui īfirmitate laboraret & eſſet ſuſpect⁹ de quadā cōiugata cū qua peccauerat: volēs ſe oſtēdere innocētem corā ſacerdote qui ei detulerat corp⁹ Chriſti: iurauit corā aſtantib⁹ ꝙ nō peccauerat cū ea. Cum ergo ſacerdos daret ei corpus Chriſti nō potuit illud maſticare. Vnde cōfuſus & trepidus ſacerdotē reuo-cauit: & pc̄tā ſua humiliter & lachrymabiliter pādēs facta cōfeſſiōe ſine difficultate corp⁹ Chriſti ſuſcepit. Hęc ex libro de dono ſciētię

M Euchari-ſtia. An cōtin-gat accede re ad eu-chariſtiam in mortali ſiue nouo peccato diſcutitur.

¶ Sed circa hoc quęritur. Nunquid poteſt aliquis accedere ad hoc ſacramētum exiſtēs in pc̄tō mortali, & nō peccare mortaliter. puta de illo qui ignorat ſe eſſe in peccato mortali. vel q ignorat illd̄ eſſe mortale. Ad hoc reſpondetur ſcd̄m Thomā & Petrū de Tharāta-ſia & Scotum & Alexan. ꝙ duobus modis poteſt cōtingere aliquē in peccato mortali accedere. Primo modo cōſcientiā de hoc haben do, & hoc poteſt fieri quadrupliciter. Primo qn̄ accedit cū cōſciētia mortalis qn̄ cōſciētia ꝯſurgit ex certitudine ſufficienti: vt qui ſcit ſe fornicatum. nec de eo dolet. talis peccat mortaliter: quia cōtem-nit & abutitur ſancto ſanctorū, & mētitur ſe incorporari Chriſto: qd̄ euchariſtia figurat. Secūdo ſunt quidā hn̄tes cōſciētiā mortalis: quo rū cōſciētia cōſurgit ex certitudine ꝓbabili. puta qui diu moroſe de lectati ſunt, & timēt habuiſſe mortalē cōſenſum: & tūc ſic accedēdo

ſine contritione & confeſſione peccant mortaliter. quia diſcrimini ſe committunt circa tātū myſterium. Tertio. quando ſe recolit quis commiſiſſe aliquod peccatum. ſed nō credit illud eſſe mortale ſed veniale vel nullum. vt puta fornicationem ſimplicem. & tunc non excuſatur quin peccet mortaliter accedendo. quia ignorantia quæ non excuſat facientem a peccato dum facit: nō excuſat eum a peccato dum ſic ad ſacramentum accedit. Talis enim eſt ignorātia vel iuris: vel particularis circunſtantiæ quam tenebatur ſcire. Quarto modo. quis habet conſcientiam peccati mortalis cuius conſcientia ex leui cōſurgit. vt homo ſcrupuloſus. qui timet de leui delectatione ne fuerit peccatum mortale. Et taliter accedens. vt dicit Petrus de tharā. non peccat mortaliter. Quod verum eſt ſecudum Petrū de palude. quando firmam conſcientiam non habet ſed timorem quandam & vacillationem. cui renititur. Secundum tamen Alex. debet deponere illam conſcientiam: & quouſq; depoſuerit eam: ſecurius eſſet abſtinere. Secundo modo. poteſt contingere ꝙ quis non habeat conſcientiam peccati mortalis. & tamen ſit in peccato mortali ignoranter. Et hoc fieri pōt tripliciter. Primo quando quis ꝑparauit ſe & diſcuſſit diligentiſſime ꝑparatione ſufficienti conſcientiam examinando & peritos conſulendo. & talis accedendo non peccat. ſed remiſſionem peccatorum (ſi quæ latent) accipit & meretur Quam tamen inquiſitionem oportet eſſe differentem ſecundum diuerſitatem pœnitētium. vt maiorem apponat diligentiam qui forte diutius non eſt confeſſus. aut qui minus in animum ſuum poſuit peccata ſua. vt ea memoriter retineret & ſuo tempore diſtincte confiteretur. Iuſto autem qui conſueuit paſſim ſcrutari conſciētiam ſuam: ſufficit breuis & tranſitoria diſcuſſio. quę non ſufficeret in alio. Alij ſunt qui conſcientiam ſuam examinant probabiliter & confitentur & conteruntur. Et tales ſecundum Petrum de tharantaſia. taliter accedentes non peccant. ſed tamen remiſſionem peccatorum nō accipiunt ſicut primi. Sed Thomas dicit in. iiij. d. lx. ꝙ ſi quis per quattuor ſigna facta diligenti inquiſitione ſuæ conſcientie. q̄uis forte non ſufficiente. ad corpus Chriſti accedit aliquo peccato mortali in ipſo remanente. quod eius cognitionem ꝑterfugit: non peccat. immo magis ex vi ſacramenti peccati remiſſionem cō ſequætur. Dicit enim Auguſtinus in quodam ſermone. ꝙ corpus Chriſti dum manducatur mortuos viuificat. Vnde vt dicit doctor ſanctus. certitudo haberi non poteſt an aliquis ſit in peccato mortali. iuxta illud. Pau. pri. Corinthiorum. iiij. Nichil mihi conſcius ſum ſed non in hoc iuſtificatus ſum. Poteſt tamen de hoc haberi aliqua coniectura per quattuor ſigna. ſicut dicit Bernardus. Primo cum quis deuote verba dei audit. quia qui ex deo eſt verba

N Pœnitēti. Quattuor ſigna verę pœnitētię & grę īexiſtentis.

M.E.C.D. 2016

dei audit. Ioan. viij. Secundum eſt cum quis ſe promptum ad bene operandum inuenit. quia probatio dilecti onis exhibitio eſt operis. vt dicit Grego. Tertium cum quis ab ſtinendi a peccatis in futurum propoſitum habet. Quartum. cum de præteritis dolet. quia in his vera pœnitentia conſiſtit. ſecundum Grego. Et ſecundum eundem Bernar. Hęc tria vltima ſunt ſumpta ab illa auctoritate. j. Ioan. vlti. Tres ſunt qui teſtimoniũ dant ĩ terra. ſpũs. aqua & ſanguis. Quis enim eſt qui teſtimoniũ habet effuſi ſanguis Chriſti: niſi qui cõtinet a peccatis? Quis habet & ab aqua teſtimonium: niſi qui laborat in gemitu ſuo lauans per ſingulas noctes lectũ ſuũ? Sane ſanctum ſuperueniſſe ſpiritũ certiſſime noua conuerſatio teſtatur. Iam (vt breuiter repetam) a ſanguine/aqua/& ſpiritu habes teſtimonium ſi contines a peccatis. ſi dignos agis pœnitentię fruct⁹. ſi facis opera vitæ. Hæc Bernar. Alij ſunt qui ad hoc ſacramẽtũ accedũt. q̃ tñ neutro mõ ſe diſcutiũt ſed negligũt. & tales peccãt mortaliter. Nec ignorãtia taliũ eos excuſat. quia ſecundũ Alex. voluntaria omiſſio circunſtantiæ quæ ad factum requiritur: nõ excuſat. ſed aggrauat. ſed diſcuſſio conſcientiæ eſt conditio quæ requiritur in ſuſcipiẽte hoc ſacramẽtũ. iuxta illud. j. Cori. xj. Probet aũt ſeipm hõ &c. ergo talis omiſſio nõ excuſat accedentẽ quin peccet. Tertiũ. qđ requiritur p̃cipue ad debitam p̃parationem & poſt debitam diſcuſſionem conſcientiæ & euacuationem peccatorũ/eſt mũda & deuota oratio. Sicut enim pulli coruorũ dũ adhuc ſunt ſine pẽnis nigris a p̄prijs parẽtibus nõ nutriũtur & clamare ad deũ cõpellũtur. ita ꝙ tunc naturæ beneficio paſcũtur cæleſti rore. vt dicit Aug. ſup illud Pſal. Qui dat iumentis eſcam ipſorũ: & pullis coruorũ inuocãtibus eum. Vnde Iob. viij. Quis p̃parauit coruo eſcam ſuã: qñ pulli eius clamant ad deum vagiẽtes. eo ꝙ non habeant cibum. Sic qui plumas nigras. i. vicia non habet. qui etiã a mundo & carne (qui ſunt ſicut pater & mater) nõ paſcuntur p proſperitatẽ/aut fraudes/ & furta: p cibo Euchariſtiæ ad dominũ clamare debet. Si enim (vt dicit Guil. pariſieñ.) Abſq; orõne & diuinæ benedictionis poſtulatione aſinum (quẽ dicimus corpus noſtrũ) ad p̃ſepe ſuum. i. ad mẽſam nõ permittimus accedere: quãtum & qualiter orandũ ſit. diuina bñdictio expoſcenda anteq̃ ad hoc ſacramentũ accedam⁹: ex his itelligere poſſum⁹. Sed proh dolor (ſicut dicit Apl's. j. Corin. xj.) mlti iſfirmi & ibecilles & dormiũt multi. quia tũc corĩthij nõ ĩ debita reuerẽtia & honore habebãt corpus Chriſti. p qua irreuerẽtia pcuſſa fuit Romana ciuitas plaga inguinaria. Nũc aũt eadẽ irreuerentia accedunt hoĩes ad hanc mẽſam. qua potci ad vas furfuris. non attendẽtes ꝙ eam reuereãtur angeli & corã ea incuruẽtur dñationes. Ideo vt honeſti⁹ accedam⁹, reqrĩ ſãcta & deuota orõ ad deũ. Inde eſt ꝙ

O Orõ Euchariſtia. Q orõ reqrĩ ad debitã euchariſtiæ ſũptionem.

non niſi in mortis articulo conſueuerunt laici communicari: niſi prius integra audita miſſa.

¶ Sed q̃ritur vtrũ ꝓpter aliquã immũdiciã q̃ tamẽ nõ eſt pc̃m̃. vt ꝓpter pollutionẽ aut mẽſtruũ, aut ſanguis fluxũ teneat̃ hõ abſtinere a cõione Euchariſtiæ. Ad hoc reſpõdet̃ ꝑ quinq; ꝓpõnes. Prima eſt ſcd̃m Gerſon. Nulla pollutio inchoata & ꝑfecta in ſõno eſt peccatũ mortale. Patet. Primo ex regula Aug. Peccatũ adeo volũtariũ eſt ꝙ ſi nõ eſſet volũtariũ: nõ eſſet peccatũ. intelligẽdo de actuali. Itẽ eſt exꝑſſa determinatio ei⁹. j. de ciui. dei. c. xxv. loquẽtis de violẽta corruptiõe virginis alicui⁹. Quãto magis (inquit) eſt abſq; culpa in corpore nõ cõſentiẽtis: ſi abſq; culpa eſt i corꝑe dormiẽtis. Et notãter dicit̃. ſi pollutio inchoata ſit & ꝑfecta in ſõno. quia poſſet alias vigilãs impurũ habere deſideriũ ſe polluẽdi. quo vigẽte caderet in ſõnũ in quo ſua pollutio cõpleretur. Poſſet ſimiliter pollutionẽ in ſõno inceptã ꝑficere vigil. quia in iſtis caſib⁹ radix pollutionis eſt libera. Ideo illud opus turpe imputatur ad culpam. Si tamen vbiq; fuerit carentia vſus ratiõis aut cõſenſus cõplebitur abſq; culpa mortali/etiam in vigilia. quia hoc eſt p̃ter libertatem volũtatis. Poterit tñ aliquis peccare poſtea cõplacendo in tali voluptate probroſa quam habuit. non tamen reddetur prior actus pollutionis culpabiliter vicioſus. Poſſet etiam aliquo modo complacere ſecundum Thomam. non quia voluptas eſt. ſed quia ſanitatẽ & naturæ affert exonerationẽ abſq; ſui qui patitur ꝓcuratione vel aſſenſu. Deniq; non conſulunt ſancti. ꝙ debeat violenter fluxus ille dum euigilando ſentitur iam effluens coherceri. quia vel eſſet fruſtra conatus huiuſmodi. vel naturæ ſupramodũ grauatiuus. Cõfirmatio aũt huius propõnis eſt. ꝙ actus exterior nullũ peccatũ eſt niſi denoiatiõe extrinſeca. ſicut nec vrina dicitur ꝓprie ſana. Nõ tamen negam⁹ quin ꝑ crapulã aut dãnabilem illecebram poſſit aliquis in hãc dilabi ſordiciẽ. ſed culpam tunc vigilia nõ ſõnus habet. Q̃q̃ & crapula & cogitatio voluptuoſa letali crimine ſæpe careãt. & poſſint ante ſõnum dilui pœnitendo. Hęc gerſon. Secunda propoſitio. Pollutio corporalis in ſõno contingere poteſt non ſolum abſq; peccato mortali p̃cedente. immo ex merito. Patet ex diſtinctione famoſa data per Gregoriũ & alios tam theologos q̃ naturales. Q̃nq; enim contingit hęc pollutio ex infirmitate aut debilitate naturę exonerare ſe volẽtis: aut retinere nõ valentis. Nã eſt p̃terea aliquis fluxus fere talis in viris aliq̃bus qualẽ fœminę patiũtur in mẽſtruis. & fit cum nulla aut tenuiſſima voluptate, etiã vigilãdo. Fit etiã aliq̃n inſuper fluxus aliquis tãta lubricitate & facilitate i q̃buſdã viris aut fœminis: ꝙ ſolo aſpectu vl' colloq̃o aut leui cogitatiõe ꝓuocat̃. Quis ergo dixerit apd̃ tales iuitos/renitẽtes/aut nl'lo mõ ↄſẽtiẽtes ab iitio

P Pollutio. De pollutiõe i ſõno icepta & cõpletaq; nõ ẽ peccatũ ſed q̃nq; meritũ declarat̃ duabus ꝓpoſitionibus.

R.E.C.D. 2016

vſq; ad finem: mortale peccatū committi. Non enim eſt omnium vna complexiōis harmonia. Nam quoſdam videmus naſo leuiſſima aut nulla occaſione defluere ſanguine. alios cum violentia multa id non pati. Cognouit gerſon hominem ſeptuagenarium ſecularem & valde crapuloſum. qui nunq̄ ſe pollutum fuiſſe dormiendo teſtabatur. & hoc in aliȷs mirabatur. Vidit & alium religioſum & ſobrium: qui per decennium & amplius fere quotidiana hac paſſione vexabatur. Quidam vix ſomniant dormientes. alios ſōnia iugiter exagitant. Poteſt autem hæc nocturna pollutio ex merito contingere multipliciter. Primo ex arcta pœnitentia in pane & aqua. Similiter volens hoc vicium p̄dicando deteſtari. nonne ſuper illo cogitare poſſet. vel etiam audiendo confeſſiones. & hoc cum magno merito. & tamen ex p̄cogitatis ſimulachris in ſōno poterit ad pollutionem concitari. Addunt & ſancti patres hoc ſępe fieri illuſione demonis vel ad terrendum & inquietandum timoroſę conſcientię puritatem. vel pro boni operis, vt celebrationis impedimento. vel vt vigilanti placeat quod ſōnians pertulit. vel vt abſtinentiam periculoſam & indiſcretum vitæ rigorem ſuadeat & in inſaniam p̄cipitet. vel vt deo propitio & permittente deuotam mentem ſic exerceat: & ī humilitate eam tali fœditate ſtimulatā cuſtodiat. Hoc autem in loco duo ſunt dicta Gregorȷ memoranda. Primum eſt. ꝙ ſæpe tales pollutiones animus magis dolendus eſt pertuliſſe q̄ feciſſe. Secundū ꝙ bonarum mentium eſt ibi culpam agnoſcere: vbi culpa non eſt. Sic tamen agnoſcatur culpa vt non indiſcrete impediatur operatio iuſta. neq; corporis debita ſuſtentatio deſeratur. ne p̄terea ſibi conſcientias fabricet & nutriat erroneas. Hæc gerſon.

Q. Euchariſtia. Qꝫ pollutio aut alia corpalis īmūdicia ē qn̄q; de p acc̄ns īpeditiua ſūptionis euchariſtię.

¶ Tertia propoſitio. Nulla corporalis immundicia de per ſe impeditiua eſt celebrationis. ſed bene de per accidens ratione concomitantię alicuius vel ſeq̄lę in anima. Hanc deducit Bonauen. iiij. ſen. ten. d. xiȷ. q. iiȷ. Et patet hæc pars ex verbis Chriſti. Matth. xv. Nō lotis manibus manducare: nō coinquinat hominem. Ratio ē. quia nulla paſſio talis aut immūdicia talis de per ſe peccatum eſt aut de neceſſitate peccato coniuncta vel inducēs ad peccatum. Præterea. nulla immundicia exterior ſordidior eſt lepra. quę tamen non impedit celebrationem. p̄ſertim ſi fiat in occulto. Et idem ſentiūt doctores de menſtruis mulierum & de fluxu perpetuo virorū aliquorum. Secunda pars patet diſtinguendo. Nam q̄dam eſt immundicia corporalis coniuncta ſpirituali ſecundum veritatem. vt in vigilia habent fornicantes. Alia eſt coniuncta immundiciæ ſpirituali tm̄modo ſecundum quandam ſimilitudinem aut conformitatē. vt in ſōniȷs ſordidis & impuris quando non eſt peccatum ſed ſimilitudo peccati. Aliam videmus quę horrorem & abominationem

quãdam viſa vel recogitata generat. vt in leproſis. q̃uis ibi nulla ſit peccati veritas vel effigies. Alia eſt indifferens. vt in pedibus luto‐ſis vel facie puluerulẽta & ſudante. Prima & ſecunda generant vt frequẽter in aĩa hebetudinẽ quãdã diſtractionẽ/deordiationẽ & ĩde uotionem. Quoniam ſicut guſtato ſpiritu deſipit omnis caro: ſic econtra & amplius guſtata carne deſipit ſpiritus. & fit carnalis ad tempus longius aut breuius ſecundum diuerſas habituatiões & cõplexiones. De his in figura dictum eſt antiquis. vt taliter immundi ſepararentur ab aliis vſq; ad veſperam & veſtimentorum lotionẽ. Hæc enim Gregorius ſic exponit: vt niſi prius ignis tentationis receſſerit: reum ſe quaſi vſq; ad veſperam homo cognoſcat. Conſtat enim nullas tales conſtitutiones. quæ cerimoniales erant & figurales. vllatenus ad obligationem noſtram trahendas eſſe. niſi iudaizare velimus. Ideo hoc loco veſpera & lotio materialis non ad literam accipiendę ſunt. ſed tandiu ſe reputet homo immũdum. & extra caſtra ſacrorum myſteriorum ſe credat: quandiu vigent in eo tales peccati reliquiæ. hebetudo. ſ. mẽtis. carnalitas. deordinatio & ĩdeuotio. Purgantur alij tardius: alij confeſtim lugent. humilitate & promptis lachrymis diluunt & exterminant quicquid carnalitatis contractum erat. Sordes tertiæ propter ſcandalum vel horrorem nocere poſſunt deuotioni animæ. & de per accidens celebrationẽ impedire: dum inde ſcandalum vel horror & ex conſequenti indeuotio celebrantis vel aſſiſtentium: vehemẽter p̃ſumuntur debere accidere. Sec⁹ eſt vbi ſunt omnes exercitati & perfecti: apud quos nihil tale timendum eſt. ¶ Quarta propoſitio. Poſſibile eſt abſq; vlla rep̃henſione & cum merito aliquem ſõno pollutum ſacroſancta myſteria contingere. Patet quia ad dignam celebrationem ſufficit p̃paratio talis quæ non relinquat conſcientiam peccati mortalis aut impedimenti legitimi. & quæ deuotionem & reuerentiam ad ſacramentum non excludat. Sed pollutum mõ dicto poſſibile eſt in ſe iſta ſentire non longe poſt talem paſſionem. immo ꝙ humilior/deuotior/ordinatior/& reuerentior ad ſacramentum accedet. Conſtat enim ꝙ obſcœnitates humoris cum ſuis reliquiis non perpetuo durant. nec perpetuo a celebratione impediunt. Et ſi detur ſpatium vigintiquattuor horarum (vt Albertus determinare videtur) poterit aliquis vna hora purgatior effici q̃ alius in cẽtum. Hæc conſideratio maxime locum habet in religioſis & contemplatiuis viris. quorum eſt ad deum facilis conuerſio propter fortem habituationem. & propter etiam carnis ſubiectionẽ dum vigilant. Raro autem apud ſeculariter viuentes aut nouam bene viuendi formam inchoantes: talis repentina recollectio deuotionis inuenitur. Idcirco eos ceſſare. aut tardius accedere ad hoc ſacramentum re‐

R Euchariſtia. Qꝛ qñq; ſõno pollutus meritorie accedit ad ſacramentum.

M.E.C.D. 2016

uerentiſſime tractandū conueniet. Habet inſup locū hæc ꝓpoſitio vbi illuſio dæmonis noſtrā deuotionē impedire volentis ꝑſpicitur aliquibus indicijs. neq; credere debemꝰ eidē ſed obniti potius. Vbi etiā timet ſacerdos de ſcādalo niſi celebret. vbi deinceps tenet aliquis celebrare vel ex ſuſcepto officio: vel ex cōmiſſiōe: vel ex mutua viciſſitudine & cōformitate ad reliquos cū quibꝰ viuit. quēadmodū ſunt religioſi fere oēs. Nullꝰ enim tenetur ꝓprium defectū vel infirmitatē occultos prodere. ſed celare cautius eſt. Prodit autē ſeipſum talis nō celebrans & frequenter ſcādalizat. & cogitationes varias aſcendere facit in corda aliorū. Sed opponet forſitan aliquis de fornicarijs. ꝙ poſſent ſimiliter in breui recolligere ſe & ab omnibus peccati reliquijs animam detergere. & ſic poſſent ſtatim celebrare. Item de coniugatis in quorum coniunctione ſtat peccatum non committi. qui tamē a communione ſeparandi videntur. Ad vltimū imprimis reſpōdendo. doctoꝝ famatorū ſnīa eſt tales cōiugatos ſi accedūt ex deuotione. p̄ſertim diebus ſolēnibus nō peccare. qñ vel affectu ꝓlis gignēdę vel reddēdi debiti vel incōtinētiæ vitādæ cauſa cōmixti ſunt nec obſtaculū eſt aliud. Ad primū nō alia ꝑ nūc dicimꝰ: niſi quia hoc rariſſimū eſſet. De his vero q̄ vix aut nūq̄ eueniunt: doctores parum tractant. Si tamen immineret graue ſcandalum pro omiſſione: ſi p̄terea grandis contritio concurreret: ſi deniq; magis ex ſuggeſtione diabolica aut vehementi tētatiōe tale flagitium apud ſe rarum commiſiſſet: talem prohibere non audemus. In hoc caſu & alijs multis relinquendi ſunt multi ſuæ conſcientiæ & iudicio circunſtantijs omnibus quas prudentia circūſpicit/indagatis. hęc gerſon. ¶ Quinta ꝓpō. Non ꝓpter timorē contaminationis corporis Chriſti illud cū mūdicia corꝑali monemur cōtrectare. ſed ad ī deuotionē aut ſcādalū ī nobis vel alijs vitādū. Qđ ꝓpter ſcrupuloſos dicitur. quibus ſi forte corꝑalis aliqua ſordicies nolentibus acciderit: recogitēt tales ad Chriſti corpus nihil hāc attinere: ſeruata in aīo mundicia & reuerētia ſanctitatis. Fuerūt enim qui dicerēt ipſam hoſtiā conſecratā nullo modo in ventrē noſtrum comedendo demitti ſed ſtatim in cœlū rapi. cōtra experientiā quotidianam & catholicā veritatem. q̄ ponit corpus Chriſti vere comedi. Putāt enim indignū eſſe vt corpus Chriſti in fętulētū noſtrū ſtomachū deueniat. quaſi polluat plus q̄ radiꝰ ſolaris aut ſpiritualiū ſubſtantiarū aliqua. Dicāt ergo qui ſic iudicāt more carnaliū iudęorum aut paganorū: cur Chriſti corpꝰ in maternis viſceribꝰ nouem mēſibus obuolutū fuit. Et ita aſſueſcat hō ſpiritualiter ſpūalia diiudicare: vt minꝰ corporales curet ſordes. & magis in cōſciētię q̄ corporis puritate cōfidat. Ideo aſcēſura aīa in mōtē deuotiōis: gaudiū ſuū imolatura cū Abrahā relinquat inferiꝰ aſinū ſuū. & cū pueris. &c.

S
Euchariſtia.
Nō ob timorē cōtaminatiōis corꝑis xp̄i iubemur illđ cū mūdicia corꝑaliꝫ trectare

ſenſibus rudat ibi aſinus. Fœda illic ſint oīa. nihil ad ſe qui in mōte ſtat (.i. in vertice ratiōis) ꝑtinebit. Et ꝓpter hoc nō imptinēter hoc loco viſionē iſeramꝰ. quā beato Patri Cęleſtino mōſtraſſe memoratur ille qui docet hoīes etiam per ſomnia ſcientiam. Viſum eſt eidem patri ſoporanti ꝙ aulam regiam ꝑcellentiſſimā cum aſino ſuo inuitatus aſcenderet. Hic aſinus tributum ventris per viam ſoluit. Exhorruit vir puriſſimus: & abhominatus eſt hanc non iniquitatē ſed inquinationem. & progredi formidans: regredi moliebat̄. quouſq; benigniter admonitus eſt voce de throno lapſa: nihil ad ſui vł aulæ regiæ ſpiritualis contaminationem pertinere: id quod ſe non conſcio naturali neceſſariaq; purgatione ſuus aſellus corpulentus & irrationalis expulerat. Hæc Gerſon.

❡ Sermo nonus de ſumptione Euchariſtiæ ſub figura agni. per thema.

ESt enim phaſe .i. tranſitus domini. Exo. xij. Tranſitum humanum quadruplex comitatur conditio. Primo enim illum comitat̄ acerbitas cum dolore. Eſa. lj. Poſuiſti profundum maris viam: vt tranſirent liberati. Dixit autē profundum maris & non mare. quia quanto tribulationes amplius profundantur & multiplicantur: tanto amplius placent deo fideles. qui per eas probantur. iuxta illud Iudich. viij. Omnes qui domino placuerunt per multas tribulationes trāſierunt fideles. Et quia Chriſtus ſumme deo patri ſuo placuit: ideo tranſitum eius comitata eſt acerbiſſima tribulatio. Secundo tranſitus noſter habet velocitatem in tempore. Iob. vij. Dies noſtri velocius tranſierunt q̄ a texēte tela ſucciditur. Quod ſic exponit Gregorius quia ſicut tela filis: ſic vita noſtra diebus conſiſtit. & ſicut tela quāto augmentū ſuſcipit tāto ad ſucciſionem tendit: ſic in ſpatio vitæ noſtrę quāto pręterierunt accepta tēpora: tāto breuiabuntur futura. & tanto pauciora ſunt quę ventura ſunt quanto plura ſunt quę tranſierūt. Quia igitur parum habemus de tempore: debemꝰ multo fortius bonis operibus feſtinanter inſiſtere. ſicut nundinæ quando parum habēt de tempore mercatores feſtinant vendere & emere. Et propter hoc dominus ſciēs ante diem feſtum paſche. quia venerat hora vt trāſiret ex hoc mūdo ad patrē. Ideo his diebꝰ diligēter opa patris cōpleuit & cōſummauit pluſq̄ alio tempore & circa ſacramentorū inſtitutionē vigilauit. Tertio. trāſitꝰ hūanus in iuſtis habet refrigerationem ex dei conſolatione. iuxta illud Pſal. Trāſiuimus per ignem & aquam & eduxiſti nos in refrigerium.

A Tranſitus hominis. Qꝫ trāſitꝰ hoīs habet q̄druplicē cōditionem comitantem.

M.E.C.D. 2016

Et quis ſancti viri in tranſitu ſuo hic a deo conſolentur: tamen derelictus eſt Chriſtus in ſuo tranſitu omnia pati. & ſine redundantia partis ſuperioris in ſenſitiuam. vt pateretur quãtum poſſibile erat ſecundum capacitatem illius. iuxta illud Matth. xxvij. Deus meꝰ vt quid me dereliquiſti. Quarto habet iſte tranſitus delectationem conſequentem ex felici cõphenſione. quo modo habuit Chriſtꝰ in ſua glorioſa reſurrectione. qui dicitur tranſitus de morte ad vitã. Ad quam delectationem inuitat Maria. Eccleſi. xxiiij. dicẽs. Trãſite ad me oẽs qui concupiſcitis me. & a gñationibus meis ad implemini. Vt ergo ſua generatione impleamur: ꝓſentemus ei Aue.

B Paſcha vꝰ tranſitus. De triplici trãſitu faciendo: conformiter ad triplex paſcha filiorum iſrael.

¶ Triplex paſcha leguntur filij iſrael feciſſe vſq; ad ingreſſum terrę promiſſionis incluſiue. Primum in ægypto nocte ꝓcedente receſſum eorum. Exo. xij. Secundum in deſerto. Numeri. ix. Tertiũ in galgalis poſt tranſitum iordanis. Ioſue. v. Ad cuius inſtar debet noſtrum vnuſquiſq; triplex paſcha facere ſiue triplicem exitum. Primum quidem a ſtatu culpę ad ſtatum gratiæ. de tenebris ægypti p mare rubrum contritionis ad ſtatum pœnitentiæ & gratiæ. Ita vt queẽadmodum filijs iſrael neceſſe erat tranſire: aut perire inter manus ęgyptiorum: ſic & nos neceſſe eſt hunc tranſitum facere: aut in manibus dęmonum deperire. Baruch. iij. Quid eſt iſrael qꝛ in terra inimicorum es. inueteraſti in terra aliena. Secundus tranſitus debet fieri in deſerto pœnitentię de virtute in virtutem. in quo deſerto habent manna in cibum. i. corpus Chriſti. nubẽ in ducem. i. ſpiritum ſanctum. ſerpentem ęneum in tutorem a morſibus ſerpentũ ignitorum. i. incentiuorum luxurię. ſ. Chriſtum crucifixum. Tertiꝰ vero tranſitus eſt a ſtatu gratię ad ſtatum glorię promiſſionis paradiſi. Ad quam quidam tranſeunt natando. vt coniugati. qui merſi in occupationibus & ſolicitudinibus huius ſeculi. quaſi natãdo mare huius mundi pertranſeunt. qui per Iob in ſcriptura deſignantur. Alij nauigando. vt ꝓlati qui per Noe deſignantur. qui nauem eccleſiæ & habitantes in ea ſuo auxilio ducunt ad viam ſalutis. Alij volando perueniunt. vt contemplatiui qui per Danielem notanť. In hoc tranſitu iordanis aquę ſuperiores. i. iuſti ſteterũt. aquę vero inferiores defluxerunt in mare mortuum. quod eſt inferni mare. i quem peccatores in morte defluunt. Propter primum tranſitũ reuerentiam exhibet eccleſia crucifixo. vt patibulo eius. quia per crucem pœnitentię fit trãſitus a ſtatu culpę ad ſtatum gratię. In ſignũ cuius in die paraſceues oſculatur crux. & propter duos vltimos trãſitus deuota eſt eccleſia in ſumptione corporis Chriſti. quod neceſſarium eſt ad pertranſeundum deſertum pœnitentię. & quod eſt rei veritas deſignata per illud triplex paſcha iam dictum. Eſt enim phaſe. i. tranſitus domini.

C Tranſire. Quidam trãſeũt per mare mũdi natãdo quidã nauigãdo. & quidã volando.

M.E.C.D. 2016

¶In hoc ſermone quattuor veniunt percũctãda. Primo qualis eſt agnus qui in hoc ſacramento iuxta figuram veteris legis comedẽdus eſt. Secundo qualiter comedendus eſt. Tertio a quibus comedendus eſt. Quarto quibus prohibendus eſt.

¶Querebatur itaq;. Primo qualis eſt agnus qui comedendus eſt. Et reſpondet figura. Exo.xij. Erit agnus abſq; macula maſculus anniculus. & ſequitur. & immolabit eum vniuerſa multitudo filiorum iſrael ad veſperum. In quibus verbis deſignantur huius agni quattuor proprietates. Prima proprietas illius agni eſt ꝙ ſit agnus ſine macula. Talis fuit Chriſtus. De quo Pſal. Qui ingreditur ſine macula. Nec em̃ in eo fuit macula.i.coloꝝ varietas. quia in eo nulla fraus aut deceptio.j. Petri.ij. Qui peccatum non fecit. nec inuentus eſt dolus in ore eius. Non macula murmuris. quia Eſa.xxv. Sicut agnus coram tondente ſe obmuteſcet. Non impatientię. quia Hiere.xij. Ego quaſi agnus manſuetus qui portatur ad victimam. Non macula rancoris & irę. quia Eſa.xlv. Lupus & agnus ſimul paſcentur.ſ.iudas cum Chriſto. & Pſal. Cum his qui oderũt pacem eram pacificus. Non macula infamię. quia Apoca.v. Dignus eſt agnus qui occiſus eſt accipere virtutem & diuinitatem & ſapientiam & honorẽ. Non macula auaritię. quia oĩa quecũq; fecit hominib⁹ cõmunicauit. ſicut agn⁹ cõmunicat oĩa ſua. vellus.ſ.in veſtimẽtũ. carnem in eſum. coriũ in vſum. Inde dr̃ Apoca.vij. Nõ eſurient neq; ſitient amplius. & nõ cadet ſuper illos ſol neq; vllus ęſtus: qm̃ agnus qui in medio throni eſt reget eos. Ideo ſi voluerim⁹ eſſe de ſocietate huius agni oportet nos eſſe eius imitatores: vt valeamus eſſe tãdem de numero ſanctorum illorum. de quibus Apoca.xiij. Sequuntur agnum quocũq; ierit. ita vt ſimus agni ſocij. Valde em̃ diligit ſocietatem. vt patet Apoca.xiiij. vbi dicit Ioannes. Vidi ſupra montem Sion agnum ſtantem: & cum eo centum quadraginta quattuor millia. In quo notantur auari qui in bonis acquiſitis nullum volunt habere ſocium. Vel ſi ſecum compati videantur aliquẽ in exteriori cõuerſatione: tñ inueniuntur crudeles quaſi leones in malorum operum executione. ita vt eorũ cuilibet conueniat illud Apoca.xiij. Habebat cornua ſicut agnus & loquebatur vt draco. quia poteſtas taliũ videtur armari mãſuetudine: tñ executio & pręcepta ſunt crudelia. & hoc modo deuorant plebem exactionib⁹ & rapinis. Et videt̃ de eoꝝ vita miraculũ eſſe & nõ eſt. qa ex vita eorũ ſtatim cõiectura ret quis adimpletũ eſſe illud Eſa.xj. Habitabit lupus cũ agno, & leo & ouis ſimul morabũtur. quia in eodẽ videt̃ eſſe agnus & lupus, eo ꝙ anterior facies videatur eſſe agni: ſed poſterior lupi. & etiam quia ſimul neceſſario morantur in hoc mundo cũ ouibus. cũ tñ ſint lupi rapaces. & ideo quia nõ poſſunt ſimul oẽs

D Euchariſtia. Agn⁹ Q: xp̃s q̃ ſumitur in euchariſtia habet proprietates agni legalis.

oues comedere aut deuorare. ¶ Secunda proprietas agni ꝙ erat maſculus. Iſte enim debuit eſſe maſculus. quia ad regimen populi non debet aſſumi fœmina ſed maſculus. i. virilis animus. Sed iſte agnus habebat regere gentes. iuxta illud Apoca. xij. Mulier peperit filium maſculum: qui recturus erat gentes. In cuius ſignum in re publica viri perfecti dominari debent & in honoribus pręferri. Vnde Vegetius. Tunc bene reſpublica regebatur: quando non poterat eſſe maior niſi qui melior. Contra multos qui ex conditione magis ſunt fœminę q̃ viri: qui tamen volunt dominari & ſibi vſurpant officia quę ad eos non ſpectant. Nunc enim videtur eſſe regnum amazonum. in quo fœminę retinentur & pelluntur maſculi: ita ꝙ nullus maſculus ſed ſolę fœminę ad regnum admittuntur. Sic hodie viri perfecti & qui meliores ſunt: ab officijs repelluntur, & qui deteriores: admittuntur. Quod in Pharaone figuratum eſt. qui pręcepit maſculos necari & fœminas reſeruari. Hinc Eſaię. iij. Populum meum exactores ſpoliauerunt: mulieres dominatę ſunt eis. Cuius figura habetur in Athalia quę omne ſemen regium interemit. vt ſola poſſet in Hieruſalem regnare. Vbi tamen nequiſſime regnauit & populum a dei cultura reuocauit. & in templo adorari fecit idola. quarti. Regum. xj. Et ſi dicatur ꝙ omnis agnus eſt maſculus. male ergo ſcriptura ponit proprietatem requiſitam ad agnum. Dicitur ad hoc ꝙ in hebręo habetur ouis. & quia non potuit dici in tranſlatione ouis maſcula. cum nulla ſit talis: oportuit vt Hieronymus loco ouis poneret agnum. ¶ Tertia proprietas ꝙ erat anniculus: id eſt paruulus agnus quaſi vnius anni. quia noſter agnus qui comedendus eſt erat innocētiſſimus, humillimus, & patientiſſimus. Agnus enim ſiue ſpolietur vellere ſiue cute nō percutit: non mordet ligatus a carnifice: non captus ab hoſte ſe defendit: & videns lupum aliquandiu fugit. ſed tandem ſubito gradum figit. & non voce vel balatu ſed ſimplici vultu tm̄modo ſibi parci petit. Sic Chriſtus in paſſione quando a carnificibus iudęis ſpoliatus/nudatus/ligatus/& vulneratus eſt nullum percuſſit ſe defendēdo, aut momordit iniuriando, nec balatum impatientię emiſit detrahendo: aliquando tamen populum iudaicum fugit. vt dicitur Ioannis octauo. ſed finaliter aduenīete hora paſſionis ſubito gradum fixit per conſtantię firmitatem. & iudęorum velut luporum ſeuitiam expectauit. nec cornu potentię percutiendo. nec pedibus fugiendo. nec voce iniuriando. ſed ſimplici vultu patienter ſuſcipiendo: luporum iſtorum malitię ſe obiecit. Erit autem tempus cum agnus fiet aries habens cornua: fortiter feriens peccatores. de quo Apoca. vj. Abſcondite vos a facie ſedentis ſuper thronum. & ab ira agni. immo melius eſt nunc ſuſtinere illum agnum paruulum &

M.E.C.D. 2016

anniculum blandientem nobis per ſua beneficia: q̃ expectare eum iam arietem & cornua portantem ad nos feriendũ. Sed ſunt multi qui non portant agnum iſtum: ſed bene monſtrant. vt doctores qui docent innocentiam quam non ſeruant. Ioannes baptiſta hũc mõſtrauit cum dixit. Ecce agnus dei. ſed tamen portauit. quia cum crederetur de eo ꝙ eſſet Chriſtus. quaſi portans extulit eum ſupra ſe dicens. Non ſum ego Chriſtus. & iterum portauit. quia anteq̃ Chriſtus moreretur pro ipſo. ipſe mortuus eſt pro Chriſto. Ioannes autem portauit eum adhuc viuentẽ: & nos immiſericordes nec ipm mortuũ etiã pro nobis portare volumus. Alij ſunt qui non agnũ ſed ſolum pelles agni portant vt in pectore. De quibus Matth. vij. Veniunt ad vos in veſtimentis ouium. intrinſecus autem ſunt lupi rapaces. Alij ſunt qui portant hunc agnum ſed vt onetoſum cito proijciunt. ſ. poſt Quaſimodo vel ante: quia tũc innocẽtiam deponunt. ℭQuarta proprietas eſt ꝙ talis agnus immolandus erat ad veſperam. Vnde Exodi. xij. Immolabit eum vniuerſa multitudo filiorum Iſrael ad veſperum Paſchę. Hinc & Exodi. xxix. & Numeri. xxviij. In omni ſacrificio offerebatur omni die vnus agnꝰ mane & alius veſpere. & ſcd̃m Magiſtrum in hiſtoria ſcholaſtica. agnus veſpertinus erat pinguior. & illud ſacrificium deo acceptius. Et hoc erat figura ꝙ Chriſtus ĩmolatus fuit in his qui pręceſſerũt. puta in Abel & in alijs in mane mundi. iuxta illud Apoca. octauo. In libro vitę agni qui occiſus eſt ab origine mũdi. Sed in ſemetipſo immolatus eſt in mundi veſpera. & illud fuit omni alio ſacrificio pinguius & acceptabilius. vt dicere poſſit Chriſtus in cruce pendens deo patri illud Pſalmiſtę. Eleuatio manuum mearum ſacrificium veſpertinum. Inde etiam Zacharię decimo quarto. In tempore veſperi erit lux. quia ante mundi veſperam non erat lux cognitionis ſalutiferę qua quis peruenire poſſet ad cælum. Sed cum in hac veſpera agnus occiſus eſt: tunc dignus fuit aperire librum diuinę ſapientię, & eius ſignacula ſoluere. & tunc lux vera orta eſt nobis.

E Agnꝰ xp̃s Q: docto res mali ſolũ mõſtrãt hũc agnũ. hypocritę ſolũ pelles agni. incõtinẽtes cito ꝓiciũt.

ℭSecundo quærebatur qualiter comedendus erat. Reſpõdet ſcriptura ꝙ debet comedi nõ crudus nõ coctus aqua, ſed aſſus igni cũ azimis panibus cum lactucis agreſtibus. & totus integer. Primo itaq; comedendus eſt agnus iſte non crudus/ non aqua coctus ſed aſſus tãtũmodo igni. Comedit crudum agnum qui ſine debita coctione. i. diſcretione & p̃meditatione ad hunc cibum ſumendũ accedit. nec dijudicat corpus domini ab alijs cibis. Sic enim comedentem multa ſequuntur incommoda. Primum eſt murmur & iurgium conſcientię. Nam (ſecundum Philoſophos) animalia habentia ſolum dentes in mandibula inferiori tranſglutiũt

F Agnꝰ xp̃s Q: nõ debet ſum[illegible] ſine debita coctione. i. diſcretiõe. alioquin multa incurre[illegible] come cõm[illegible]

cibum ſuũ crudũ vel male coctũ quia nõ maſticat ipſum, ideo poſtea neceſſe eſt ipſa ruminare. In ſcriptura autẽ per dentes intelligit̃ diſcretio, qa ſicut nutrix maſticat & diuidit cibũ puulo carenti dẽtibus: ſic in eccleſia, diſcretiores cibum iſtum debent maſticare paruulis ſimplicibus. Et cum ſcd̃m medicos prima decoctio cibi fiat in ore: ſi maſticatur eis per doctorem: iam fit decoctio prima. & per conſequens non comeditur cibus iſte crudus. Sed non maſticant vel male: qui non habent dentes in ſuperiori mandibula. Habent eñ diſcretionẽ ſatis ad inferiora ptractãda: ſed hãc nõ hñt ad ſuperiora conſideranda & credenda. Cognoſcunt eñ ibi ſpecies panis & vini: ſed intus latentem Chriſti diuinitatem cum eius humanitate ignorant. Ideo qui recipiunt ſine tali diſcretione poſtea habent neceſſario ruminare. i. in ſua conſcientia murmurare. Non eñ cõmitti poteſt illud grande peccatum: quin aliquo modo ruminet & remurmuret conſcientia. Secundum incõmodum eſt grauitas peccati. Vnde. j. Regum. ij. dixerunt pueri Hely. Nõ eñ accipiemus a te carnem coctam ſed crudam. & ſequitur. Erat eñ peccatũ puerorũ grande nimis corã dño. & ꝑpter hoc fuerunt grauiſſime puniti. Ideo ſi in figura hęc cõtingebant illis: quãto magis cõtingit grauiter peccare in veritate rei huius ſacramenti eos ſcꝫ q velut pueri ſine diſcretione & pręmeditatione ad eam rem ſumendam accedunt. Tertium incõmodum eſt mors ſpiritualis animę & ęterna: quę ex his frequenter concluditur. Non enim ab infirmo & debili qui de nouo ſurgit a morbo ſumi debent carnes crudę vel male coctę: quia eſſet ipſum occidere, & etiam quia carnes crudę ſcd̃m medicos lepram generant. Sic perſona debilis de nouo ſurgens a morbo peccati: ſi recipiat hunc cibum ſine debita coctione. i. pręmeditatione exponit ſe morti ſpirituali & æternę & leprę peccati. Comedit iterum hunc agnum coctum a qua: qui in aquis deliciarum & voluptatum viuit totius expers deuotionis. Nec enim tales vere hunc cibum comedunt, eo ꝙ comedere viuorum ſit non mortuorum. Tales autem ſic viuentes mortui ſunt. quia. j. Timo. v. Vidua in delitijs viuens mortua eſt. Aut ſi per aquam lachrymas hypocritarum intelligamus: obſeruandũ nobis eſt ne agnũ illũ illa lachrymarum aqua decoctum comedamus. Quando eñ aqua bulit in poto eleuat quod eſt in fundo: ita ꝙ ſi non ſint ibi niſi tres fabę ſuperius eleuantur & nihil in fundo remanet. ex quo ſequitur frequens deceptio. in eo quod coquitur ex eo ꝙ creditur ibi eſſe aliquod magnũ cũ tñ nihil ibi ſit. Sic hypocritę prętendunt exterius lachrymas deuotionis & ſanctitatis. & gaudẽt cum exterius apparent habere duo vel tria ſigna ſanctitatis: & tamẽ in fundo poti frequentius nihil eſt boni. & ideo cibus iſte non debet coqui in deuo-

M.E.C.D. 2010

tione ficta hypocritarum. Propter quod comedũt ipſum agnum aſſum. qui per conſiderationem anguſtię paſſionis Chriſti in qua fuit totus aſſatus agn⁹ iſte: totaliter intus in corde & exterius in opere deuotione inflãmãtur. Ita vt dicant illud Pſalm̃. In meditatione mea exardeſcet ignis. charitatis. ſ. quo iterum in corde cuiuſlibet fidelis aſſatur agnus iſte. Duplici tamen igne aſſari poſſunt carnes. Vno quidem igne fumoſo & turbido. & tunc amarę ſunt carnes & ſapiunt fumum. nec habent ſaporem debitum. Sed carnes aſſę igni claro & puro ſapidę ſunt & odoriferę. Ignis autem plenus fumo turbido & fœtido eſt ignis cupiditatis vel voluptatis. quia ſicut fumus grauat oculos & excęcat: ſic mundi cupiditas & voluptas. Pſalm̃. Superceciditignis & non viderunt ſolem. Ideo corda tali igne inflãmata non debite coquunt hunc cibum nec eis ſapit cibus iſte. Sicut filij Iſrael auari & delicioſi non ſentiebant dulcedinẽ mannę. dicentes illud Numeri. xxj. Anima noſtra nauſeat ſuper cibo iſto leuiſſimo. Sed illi in quorum cordibus accenditur ignis purus & clarus ſpiritus ſancti: inueniunt iſtum cibum ſapidiſſimum & odoriferum valde. Corruptus enim eſt & putridus: qui cibi huius non ſentit dulcorem. cum bruta hęc ſentiant. Nam apud Bituricen̄. vrbem contigit vt chriſtianus quidam iudęum quẽdam ſibi vicinum diligeret. propter quod hortabatur ſępe iudęum illum vt ad Chriſti fidem conuerteretur. Omnia autem rudimẽta legis noſtrę iudęo complacebant. pręterq̃ articulus de corpore Chriſti comedendo. Dicebat enim iudęus: ſuum iumentum illum inter pabula comedere poſſe. quem dicimus eſſe deum noſtrum. Cui contradixit fideliter & audenter chriſtianus ille. Et inter plurima verba compromiſſum eſt inter eos: vt furtim chriſtianus hoſtiam conſecratam afferret & iumẽto pręſentaretur. Quod & factum eſt. Et cum iudęus iumentum ſuum quaſi per biduum ieiunare feciſſet: inter auenam oblatum Chriſtum in ſacramento nõ ſolum reſpuit iumentum contingere. immo etiam flexis poplitibus pedum ante dominum ſuum ſe humiliabat. & virtute & ſignis quibus poterat dñm ſuum pręſentem fatebatur. Quod videns iudęus non ſolum ad fidem cum omni ſua familia conuerſus eſt: ſed & locum illum in quo ſignum illud factum eſt per archiepiſcopum in capellam erexit. Ad quam in die euchariſtię in proceſſione cum ventum eſt: in memoriam facti miraculi fit ibi ſtatio & ſermo ad populum. Si ergo bruta huius tam ſancti cibi ſentiant dulcedinem: deterior eſt homo brutis qui corde non credit & ſentit. ¶ Secundo comedendus eſt agnus iſte cum azimis panibus nõ cum fermento veteri. & hoc per depoſitionem veteris conuerſationis in ſinceritate & puritate conſcientię. Inde Apoſtolus hortatur. j. Corinth. v. Itaq; epulemur. ipm̃ come

G Agn⁹ xp̃s Q̃z aſſat̃ ĩ corde iuſti igne claro charitatis. nõ aũt igne turbido cupiditatis.

H Agn⁹ xp̃s Quid ſit

dere cum azimis panibus.

non in fermento veteri. neq; in fermento malitię & nequitię. ſed in
azimis ſinceritatis & veritatis. In quo duplex fermentum horta-
tur deponere, & duplices azimos comedere. Iubet enim a domo
ſua repellere fermentum malitię. i. pronitatem ad malum. & nequi
tię. i. ſterilitatem ad bonum. vt habeamus propoſitum cauendi ab
omni mortali peccato, & propoſitum ſeruiendi deo. Non eñ ſuffi-
cit mala relinquere: niſi etiam homo ſtudeat bona agere: quia etiã
ſola inutilitas redderet ſeruos dei damnabiles. iuxta illud Math.
xxv. Seruum inutilem proijcite in tenebras exteriores. & Matth.
vij. Omnis arbor quę nõ facit fructum bonum excidetur & in ignẽ
mittetur. Hinc maledixit dominus ficulneę fructum non ferenti.
Matthęi. xxj. Et ideo quia dicit Apoſtolus. Modicum fermẽti to-
tam maſſam corrumpit: a domo animę noſtrę omne fermentum
peccati deponamus/ne locum in quo dñm noſtrum ſuſcipere de-
bemus: corrumpat & inficiat. & ita in loco corrupto & infecto eum
introducamus. Similiter diſtinguit Apoſtolus duo genera azimo-
rum. ſcilicet ſinceritatem a vitijs, & veritatem bonorum operum.
Sinceritas enim iſta eſt cibus quidam quo ſumme delectatur de⁹.
Cum enim non ſolum ſit purus: ſed etiam ipſa puritas. non ſolum
cibis puris paſcitur: ſed etiam ipſa puritate. Vel ſcd̃m alios. ideo in
cœna iſta agnus & panis azimus ſociantur: ad denotandum ꝙ ve-
re & meritorie non cõmunicat pani dominici corporis: qui per car
nis mortificationem eius non cõmunicat paſſioni. ita vt qui nõ eſt
agnus per innocentiam & patientiam: non accedat ad panem. Et
ideo ſi canis es per latratum detractionis aut per immunditiam
libidinis: non accedas. Non eñ ſociauit dñs canẽ & panẽ: ſed agnũ
& panem, immo Apo. vlti. Et foris canes. Si lupus es per rapinam
non accedas. Non eñ ſociauit agnum & lupũ. Eccli. xiij. Sicut cõ-
municabit lupus agno. ſic peccator iuſto. Si leo es per ferocitatem,
cõtra illd̃ Eccli. iiij. Noli eſſe ſicut leo in domo tua euertẽs dome-
ſticos tuos nõ accedas. Nõ ei ſociauit leonẽ & agnũ. Si vulpes es ꝑ
reſim & doloſitatẽ: nõ accedas. Non eñ te vocat ſed arcet qui di-
cit Cãti. ij. Capite nobis vulpes paruulas: quę demoliuntur vineas.

I
Agn⁹ xp̃s
Quid ſit
ipm comedere cum
lactucis agreſtibus.

¶ Tertio comedẽdus eſt agnus cũ lactucis agreſtibus. & hoc du-
pliciter intelligi poteſt. Primo cũ lactucis. i. cũ amara cordis contri
tione. iuxta illud Iob. iij. Anteq̃ comedã ſuſpiro. Si eñ dñs in ara
crucis dum verum offerret ſacrificiũ lachrymas abũde fudit: quã-
to magis ſacerdos hoſtiam ſanctam oblaturus: vel quilibet eã ſu-
ſcepturus: lauare debet conſcientiam lachrymis contritionis. vt di-
cat illud Pſal. Potũ meum cũ fletu miſcebam. Vnde Augu. Panis
iſte ſalus eſt ęgris quem lachrymę faciunt dulciorem. Et ſi dicatur
ꝙ cibus iſte ſumme ſapit & delectat palatũ bene diſpoſitum. & ſic

M.E.C.D. 2016

comeditur a ſanis cum ſumma delectatione. Male ergo iubetur cō medi cum lactucis agreſtibus.i.cordis amaritudine. Ad hoc reſpō=det Guil. Altiſio.in quarta parte ſummę. ꝙ iſte cibus eſt in ſe ſum=me delectabilis. & ſumme delectat āgelos in patria: ſed hic nos nō ſumme delectat. Cadere eñ & euaneſcere poſſemus in ſuperbiam quia nimia lętitia luxuriat in pręſumptionē. & ꝓpter hoc quaſi re=preſſiuū habemus amaritudinē pœnitentię. Sicut eñ in ſaporibus vel medicinis nimis acutis ponuntur repreſſiua: ſic in comeſtione agni ponitur amaritudo pœnitētię. vt reprimat ineffabilem dele=ctationē. Hinc in Pſal. dr̄. Lętetur cor meum. ecce lętitia. vt timeat nomen tuū. ecce repreſſio. & iterū in Pſal. dicitur. Exultate ei. ecce lętitia. cū tremore. ecce repreſſio. Hoc Altiſiodo. Secūdo intelligi=tur comedi agnus cū lactucis agreſtibus.i.cum contemptu mundi. Lactucę eñ agreſtes ſunt quę ex agro ſumūtur. Inde Stephanus lib. de cōtemptu mundi. Lactucę agreſtes ſunt amaritudo ſumpta ex agro.i.ex conſideratione ſeculi. quas quidem comedimus cum amarū mundū reputamus. & tunc digni ſumus accedere ad illud ſacramētū. Illud eñ modicū amaritudinis eſt antidotū quod anti=qui ſerpentis venena depellit. Quarto comedēdus eſt totus & inte ger. Ait eñ ſcriptura. Exodi.xij. Caput cū pedibus & inteſtinis vo=rabitis & os ex eo nō cōminuetis. & nō ſeruabitis quicquam vſq; mane. ſed ſi quid reſidui fuerit igni cōburetis. Scd̄m Guillel. pari=ſieñ. per caput agni intelligitur ingreſſus eius in mundum. & per pedes egreſſus eius de mundo. & per inteſtina ludibria quę paſſus eſt. Pręcipimur ergo vorare iſta.i. cū ad ſanctā cōmunionē accedi=mus cū deuotione iſta cōſiderare: & cum quadam auiditate men=tis ea cōferre in cordibus noſtris: & diligenter ſcrutari apud doctos quid habeant veritatis & efficacię. Vel per caput intelligit̄ deitas. j. Cor.xj. Caput Chriſti deus. & per pedes corp⁹ eius. & per inteſti=na aīa Chriſti cū donis & virtutibus & plenitudine gratię. Et ita vo ramus caput agni cū pedibus & inteſtinis: qn̄ fide credim⁹ in hoc ſacrō diuinitatem cū integra humanitate latere. Integer aūt comedi tur nec quicquā eius cōminuitur: qn̄ quicquid ei⁹ eſt fidei neceſſa=riū: credit̄. & nihil ſuperfluū reſeruatur: nec aliquid ſuperuacuū ad=miſcetur. imo oīs difficultas quę circa fidem latere aut apparere poſſet igne charitatis amouetur.

K Agn⁹ xp̄s Q̃ comedēdus eſt integer. hoc eſt cū plena fide

¶ Quęrebatur tertio a quib⁹ comedēdus erat agn⁹. Rn̄det ſcriptu ra qui & qualiter ſe debēt habere comedētes hūc agnū. & principa=liter aſſignat quattuor cōditiones. Prima eſt ꝙ debet comedi accin ctis renibus per caſtitatē & cōtinentiā. Si cincti debēt eſſe ſcholares qui acquirūt tempus ad gradū magiſterij adipiſcēdū. & qui veniūt ad portionē ſumēdā quādiu ſunt i ſchola: quāto mag̃ nos diſcipuli

L Agn⁹ xp̄s De ꝯditionib⁹ reqſitis ad ſumēdū xp̄m ſcd̄m figurā agni legalis & imprimis ꝙ ſint renes acc[illegible] per caſti[illegible]tē.

Chriſti qui quotidie debemus acquirere tempus ad gradum manſionis Chriſti acquirendum. & qui quotidie accedimus ad mēſam eius ad ſumendum portionem illam angelicam. ſ. carnem Chriſti. Si eñ indecens eſt talibus habere laxatam corrigiam. ſic indecens eſt nobis habere cor laxatū ad illicitas cogitationes. nec habere ſignum vel ſpeciem vel colorem caſtitatis. Duplex autem legitur in ſcripturis zona qua debemus eſſe accincti. Vna eſt quę ponitur circa cor. de qua Apoca. j. Vidi ſimilem filio hominis veſtitum podere & pręcinctum ad mammillas zona aurea. Alia circa renes ponebatur. qua fuit pręcinctus Helyas. iiij. Regum. j. & erat pellicea. per quod intelligitur puritas duplex. Vna cordis. quādo pſona cor ſuū retrahit ab immundis cogitationibus/ conſenſibus/ & delectationibus. Et hanc reſtrictionem facit zona aurea amoris: quia ex amore dei procedit. ꝙ cor a talibus refrenatur. Sed zona reſtringens renes. i. factū exterius eſt zona pellicea: quia timor corporalis & mūdanę confuſionis vt plurimum hoc facit. Ex quo patet ꝙ licet perſona cincta ſit exterius quo ad factū. ſi tñ laxata ſit in intimis per conſenſum: nō eſt bene cincta: quia non reſtringit ſe ex amore dei ſed mundi. Qui ergo vult digne accedere ad menſam dei debet eſſe cinctus corde contra cogitationes, & corpore contra operationes. vt poſſit dici de ipſo illud Eccl'i. xlj. Circuncinxit eum zona iuſtitię. i. vndiq; cinxit eum dominus. corde. ſ. & opere. & hoc tā contra carnalitates gaſtrimargię ꝗ luxurię. Luxurię inquā. iuxta illd. j. Regum. xj. Non habeo panes laicos ad manum ſed tm̄ panem ſanctum. Si mundi ſint pueri: maxime a mulieribus: manducent. Si enim illicitum erat/ etiam in neceſſitate famis comedere panes ſanctos (qui tm̄mō erant figuratiui) poſt lubricitatis actum: quāto magis panem ſanctum qui eſt ipſa res & veritas per ipſam figurā repręſentata. Similiter & gaſtrimargię. contra illos qui feſtinant communicare in die Paſchę vt citius comedant carnes. Propter quos Prouerb. xxvij. dicitur. Melior eſt buccella panis ſicca. ſ. ab humore carnalitatis cum gaudio. ſ. cōſcientię ꝗ domus plena victimis. i. carnalibus delectationibus cum iurgio conſcientię. ¶ Secundo debēt comedētes baculū tenere in manibus. Per baculū autē duo pn̄t intelligi. Primū eſt crux Chriſti. quia agn⁹ ille ſumi debet cū recordatione ſanguinis Chriſti effuſi in ara crucis. iuxta illud Ruth. ij. Intinge buccellā tuam in aceto. ſ. paſſionis Chriſti. quia illa eſt optima ſalſa & optime ꝓuocans appetitū. Debet autē baculus ille crucis lōgus eſſe per iugem meditationē. ne ſcilicet canes. i. diaboli: qui inſidiantur calcaneo. i. fini noſtro nos mordeant auferendo a nobis perſeuerantiam. Diabolus enim (vt dr̄ Geñ. xlix.) eſt coluber in via communi. ſ. & ceraſtes qui eſt ſerpens quaſi inuiſibilis in ſemita

M Zona. De duplici zona ſignificante duplicem puritatē.

N Agn⁹ xp̄s Q₂ crux Chriſti vel [illegible]inū adiutoriū eſt bacul⁹ quē habere debēt comeſturi agnū Chriſtū.

M.E.C.D. 2016

ſtricta religionis.mordẽs vngulas.i.extremitates equi.i.carnis noſtræ.vt cadat aſcenſor eius retrorſum.Nullus autem dæmonũ ſuſtinere poteſt vidẽs gladium quo victus eſt.ſ.crucem.de quo Eſa.xxx.Pauebit aſſur virga percuſſus.Et quia baculus communiter pueris datur ad ſui cuſtodiam:ideo crucis baculus deputatus eſt filijs Chriſti in cuſtodiam contra canes dæmones.ne ab eis auferant panem ſanctum quem dedit eis mater eccleſia.Propterea dicitur eis.Eſa.xxj.Comedentes & bibentes ſurgite principes.arripite clypeum.Secundo per baculum intelligitur diuinum adiutorium vł ſanctorum ſuffragium.Vnde & ad comeſtionem agni iubetur ꝙ ſi non fuerit ſufficiens numerus ad comedendum agnum debet aduocari vicinus.quia ſi minor fuerit numerus meritorum & inſufficiens ad recipiendum talę ſacramentum.ſicut fere omnibus cõtingit.aſſumantur & q̃rantur ſuffragia aliorum.Hinc & ſacerdos dicitanteq̃ accedat ad conſecrationem.Orate pro me fratres &c.Vel per vicinum intelligitur Chriſtus.qui in noſtra domo nõ inhabitat per vnionem hypoſtaticam.ſed in propinqua.quia non habuit carnem peccati ſed ſimilem peccatrici.Et ideo quia in vicina domo inhabitat:hic aſſumendus eſt in auxilium noſtrum.vt nos tanti dignos myſterij efficiat.Vnde Ambroſius.Quis eſt domine dignus ad tãtũ ſacrificium offerendum:niſi tu ipſe dignum feceris eum? Tertio.comedentes hunc agnum debent eſſe calceati pedes.Duo autem ſunt calceamenta.dextri.ſ.& ſiniſtri pedis.Calceamẽta dextri pedis ſunt affectiões informatę exemplis ſanctorum virorum. Sicut autem q̃rimus melius corium ad opus calceorum:ſic debemus q̃rere & imitari eorum vitam qui melius viuunt.iuxta illud.j.Corint.xij.Aemulamini chariſmata meliora.Sine iſtis calceis nolebat iſtam buccellam comedere ſãctus Iob qui dicebat.Iob.xxxj.Si comedi buccellam meam ſolus.Solus comedit.qui per vitæ perverſitatem a conſortio & conformitate vitæ ſanctorum eſt excluſus.Vel intelliguntur per calceamẽta huius pedis affectiones a terrenis elongatę.Separant enim & diuidunt calcei pedes a terra.In cuius ſignum potuit eſſe ꝙ dominus lauit diſcipulorum pedes priuſq̃ daret eis hoc ſacramentum.Inde hortatur Apoſtolus.j.Timo.vj.Iſta calceamẽta induere:vt ſimus expeditiores ad euangelium cõplẽdũ vł ꝑdicãdũ,vel finẽ ipſius cõſequendũ dicens.Calceati pedes in ꝑparatione euangelij pacis.Melius enim ambulãt qui ſunt calceati.Et quia calceamenta debent eſſe clauſa:inde eſt ꝙ affectiones noſtræ debent eſſe clauſę ad libidinis conſenſum.ita vt detur intelligi non ſolum cohibendas eſſe carnales libidines ſed etiam deſideria ipſa mortifera.Alia ſunt calceamẽta ſiniſtri pedis.q̃ ſũt affectiones bonę exemplis/cõſummatione & morte malorum peſſima

O Calceamẽtum. De duplici calciamẽto.ſiniſtri.ſ.pedis & dextri. & q̃d ſignificet vtrũq̃.

M.E.C.D. 2016

informatę. Pellis em̄ q̄ detrahitur ab aīalibus mortuis: ſignat memoriā mortis. Q̄ñq; aūt cōtingit ꝙ pellis animaliū mortuorū ſunt medicinales. vt pellis ſerpētis. pellis vulpis. pellis leonis. q̄ ſcd̄m aliquos medicos ſanat hęmorrhoides ſi ſupſederit patiens. Sic debēt calceari fideles maxime pelle ſerpentis & leonis. i. memoria mortis malorum & fallacium hominum. qui communiter male moriuntur. Si quis enim ſup talibus inſederit. i. ſi in talium morte conſiderans fuerit: fluxus ſanguinis & voluptas luxuriæ & aliorum viciorum facile ſanari poterit. & de facili guſtus circa ſanctam Euchariſtiam redibit. quia ſecundum Gregorium: nihil adeo valet ad domandum carnis vicia. ſicut cogitare qualis erit caro moritura. In cuius figura. j. Regum. v. de Philiſtæis legitur. ꝙ patientes infirmitatem in membris pudibundis fecerunt ſibi ſedes pelliceas. Sic qui in membris pudibundis per luxuriam infirmantur: debent in pellibus mortalitatis humanæ per iugem meditationem ſedere ſi voluerint ſanari. Et ſi dicatur. ꝙ Apoſtolis interdictus eſt vſus calceamentorum. ſed & Moyſes cuius poſtmodum miniſterio præcipiūtur calceamēta haberi: ſua iuſſus eſt ſoluere. cum ei dominus i Madian primum loq̄retur. Quare igitur præcipimur cum calceamentis verum agnum comedere. Reſpondetur ꝙ nec Moyſem tunc oportuit ſacerdotis Madian vel cęterorum circūadiacentiū exempla ſectari. cū ad nouum opus aſſumeretur. nec Apoſtolos imitari oportuit p̄cedentiū opera. qui potius ſequētibꝰ nouā magis tradere vitæ formā ordinati ſunt. Sed nobis p̄cipiūtur non deeſſe calceamenta. Iubet enim Apl̄s. vt ſimus imitatores ſui ſicut filij chariſſimi. Sed & illud apud religioſos a legiſlatore eorum iubetur. vt nihil faciant: niſi quod monaſterij regula vel maiorum exēpla oſtēdunt. Quarto debent comedere agnum feſtinanter. i. cum auiditate deuotionis & feruēti deſiderio. Sicut enim ad vocē aucupis ſolet accipiter diſcurrere & volare & totis viribus feſtinare vt p̄dam ſibi oſtenſam accipiat & attingat. ſic ad oſtenſam prædam Chriſti ſub velamento Euchariſtiæ non debemus ceſſare volare: ſed ſemper feſtinare quouſq; eam aperte capiamꝰ & amplectamur. Hoc autē erit per bona opera ad quæ complenda cito properare debemus. Sicut enim viator qui magis feſtinat citius venit ad terminum. & operarius quanto plus feſtinat opus complere tāto citius peruenit ad brauiū. & nauta q̄to citius feſtinat tranſfretare tanto citius peruenit ad terminum: ſic quanto quis feſtinat bona exequi opera: tāto citius peruenit ad paradiſum. Vel feſtinanter debet comedi ſecūdum Nicolaum de lira circa inquiſitionem huius ſacramenti. ne circa miſſę celebrationē aut Euchariſtię ſūptionē forte vanę cogitationes vl̄ dubitatiōes poſſint iſurgere. qbꝰ poſſit fidei veritas vacil-

p Calceamētum. Quare apl̄is interdictꝰ ē vſꝰ calceamētorū. & tñ p̄cipit̄ comeſturo agnum.

q Agnꝰ xp̄s Quid ē comedere feſtināter agnū xp̄m.

M.E.C.D. 2016

lare. Et quia hæc quattuor pdicta tranſire de vno loco in aliũ locũ paratis videntur cõuenire. & ſingulariter pcepta ſunt iudæis exeũtibus de ægypto. in hoc denotat. Primũ. q hoc ſacramẽtũ ſuſceptu ri debent eſſe tales q ſint in ſtatu in quo vellent mori. & ac ſi tranſire paſſum illum eſſent parati. Vnde Chryſoſtomus Homil. de decẽ virginibus. Iudæi exituri de ægypto expediti & præcincti agnum iuſſi ſunt manducare. & exinde exire parati. oſtendẽtes nobis quomodo quicumq; noſtri agni Euchariſtiam manducant: ita debent eſſe expediti quaſi quotidie de mundo exituri. Exinde ſequitur ſecundum documentum. q morientibus & exituris de ægypto huius mundi & volentibus intrare terram pmiſſionis paradiſi: debet hoc ſacramentũ ſolicite miniſtrari. & hoc propter quattuor. Primo ad placandum deum. Non enim melius poterimus placare ipſum deum patrem noſtrum cui multũ ſumus infenſi. quãdo veniemus ante eum ad diſtrictũ iudicium q̃ nobiſcum adducere filiũ ſibi dilectum. in quo ſibi bene complacuit. Hoſtia enim ſancta quæ ordinabatur ad placandum dominum portari debebat vſq; ad oſtium tabernaculi Leuiti. j. Et ita hoſtia efficaciſſima ad placandum dñm. quæ Chriſtus eſt. debet a nobis portari vſq; ad oſtium paradiſi. Itẽ nutrix non poteſt efficacius dominum ſuum placare q̃ oſtendendo ſibi filium per eam bene nutritum & eius amore optime cuſtoditum. Sic nec anima quæ deum patrem offendit: poteſt eum efficacius placare q̃ oſtendẽdo ei filium ſuum Chriſtum bene cuſtoditũ per eam. Vnde Ioannes gerſon perpulchre de hoc ſic dicit. Ramũ oliuæ quem protulit Maria huic mundo naufrago fas habet colligere fidelis anima: & illum ferre in ore ſuo. dum veſper mortis aduenienſ ſuadebit regredi ad verum Noe deum. qui dum creauit eam miſit per aquas & terras huius diluuij. quatenus bene volando rediret ad ipſum qui miſit illam. Secundo. debet ſolicite dari in tranſitu fidelis morientis hoc ſacramentum propter ſecuritatem ab hoſtibus. Huic rei figura concordat. Exodi. xij. Nam ſicut hebræi (qui interpretantur tranſeuntes) volentes exire de ęgypto comederunt agnum. poſtmodum tranſierunt mare rubrum perſequentibus eos ęgyptijs. & demum per deſerta vagantes multis annis: venerunt in terram promiſſionis. Sic fideles tranſeũtes ab hoc ſeculo neceſſe eſt comedere verum agnum Chriſtũ: vt ſecure trãſire poſſint mare rubrum. i. amaritudinem mortis in qua ægyptij. i. diaboli animã perſequentur. & demum per deſertum purgatorij vt plurimum longum & vix portabile perueniant ad terram pmiſſiõis padiſi. Fœlix aĩa illa q̃ dęmoni dicere poterit qđ Iacob Labã Geñ. xxxj. Scrutare & qcqd tuũ apđ me iueneris, aufer. Apđ quecũ q̃ iueneris deos tuos: necetur coram fratribus noſtris. In veritate

R Euchariſtia. Q debet dari eucharíſtia trãſituro ad placãdum deũ. ad ſecuritatem. ad directionem & robur.

erant apud Iacob idola laban. ſed ipſe ignorabat. Idola laban ſunt vicia carnalia vel ſpiritualia. Ephe. v. Auaritia eſt idolorum ſeruitus. & de gula. quorum deus venter eſt. Et ita fœlices ſunt tales apud quos ſunt hæc idola: dummodo per Rachel. i. per pœnitētiam fuerint abſcondita. vel per innocentiam ex pœnitentia acquiſitā. Rachel enim ouis interpretatur quæ eſt animal innocentiſſimum. Secundo ꝙ in ſignum ſecuritatis detur patet. quia ſignum ſecurę protectionis eſt homini tranſeunti. quādo habet arma domini ſui ſuper ſe. ſed adhuc ſecurius ſignum. quando habet ipſum dominū ſecum. Ita ſecura eſt protectio homini. quando recedit ab hoc mūdo armatus virtutibus. ſed ſecurior quando in ſocietate domini ſui recedit. vt dicat illud Pſal. Si ambulem in medio vmbrę mortis nō timebo mala quoniam tu mecum es. Et iterum illud. Si exurgat aduerſum me plium in hoc ego ſperabo. Inde Auguſtinus. Perit q ſine pane cęleſti ad patriam tendit. Cui alludit Innocentius dicens. Neceſſario manducandus eſt agnus: vt a vaſtante angelo protegamur. nec exire poſſumus de ægypto: niſi celebrando phaſe paſchalem agnum comedamus. Inde dicitur in hymno. Protecti paſchę veſpere a deuaſtante angelo. erepti de duriſſimo Pharaonis imperio. Tertio. debet dari ad directionem tranſeūtis. Cęcus enim ambulans & maxime vias ignotas: indiget puero ductore. ita vt ſi dimittat eum puer neſciat quo vadat. Sic & nos cęci ignorantes vias alterius ſeculi neceſſarium habemus ductorem iſtum agnū puerum Ieſum: vt nos ducat per vias ignotas & tremendas alterius ſeculi. Qꝫ ſi forte nos non ducat ſed dimittat: poſſumus dicere illud Gen. xxxvij. Puer non comparet. & ego quo ibo. Propter qd̄ Chriſtus non immerito dicitur paſcha noſtrum. quia ab ipſo tranſimus & in hunc mundum venimus. Ipſe enim eſt alpha ſiue principiū. & quia per ipſum tranſimus. quia ipe eſt via. & ad ipſum tranſimꝰ. quia ipſe eſt ω. i. finis. Quarto dari debet ad robur & fortificationē infirmi tranſeuntis Tunc enim debilis corpore indiget fortitudine animæ. Vnde & Helyas in fortitudine ſubcinericij panis ambulauit vſq; ad mōtē dei Oreb. Hic Gen. xviij. dicit. Ponā buccellā panis. & poſtea trāſibitꝭ: Sic & dn̄s trāſiturꝰ ex hoc mūdo ad patrē ſe ipſum in propria ſumpſit. Inde dicitur viaticū ſecundum Bonauē. Et hoc triplici de cauſa. vt dicit in. iiij. ſenten. d. viij. Primo. quia eſt cibus tranſeuntium & itinerantium de hac vita ad patriam. Secundo. quia a Chriſto inſtitutum eſt itinerante & tranſeūte. Tertio. qa eſt ſignum tranſitus Chriſti. Eſt enim phaſe. i. tranſitus domini. Hoc autem viaticum & hanc buccellam panis accepit Iudas. qui tamen per eam non eſt confortatus ſed debilitatus potius. & hoc quia non cum debita ꝑparatione accepit vt acceleraret ad patriam.

S Euchariſtia. Quare euchariſtia dicitur viaticum.

ſed magis ad complendam proditionẽ. Ideo vt dicitur Ioan. xiij.) Poſt buccellam introiuit in eum ſathanas. Et iterum in eodẽ. Cum ergo accepiſſet buccellam panis exiuit continuo. ſ. extra ſocietatem ſanctorum & cecidit in dãnationem mortis temporalis & æternę. Propter quem & ſibi ſimiles qui ita accedunt dicit Pſal. Dum appropiant ſuper me nocentes. vt edant carnes meas. Qui tribulant me inimici mei ipſi infirmati ſunt & ceciderunt. Vnde & Christus talibus faciet ſecundum quod vulgo dicitur. de tel pain ſoupe. Latine de tali pane talem offam. Quia enim indigne communicando voluerunt eum locare cum dæmonibus: ideo in exitu tales tradet demonibus cruciandos.

¶ Quærebatur quarto qui non ſunt admittendi ad hunc agnũ comedendum. Reſpondet ſcriptura. Exodi xij. Q; quattuor hominum genera: ſcilicet incircunciſus. alienigena. ſeruus emptitius & mercennarius. Primo. alienigenę non ſunt admittendi. hoc poteſt intelligi tripliciter. Primo. alienigenę. i. infideles vel qui non debite credunt. quia ſuperliminare domus. i. ſuperioris rationis portio in cuius vertice fides imprimitur: debet intingi in ſanguine agni. i. in fide & memoria paſſionis Chriſti. Iſte enim ſanguis non ſinet angelum exterminatorem ingredi domos conſcientiarum & interficere primogenitum. i. fidem quæ eſt prima virtutum. In hoc enim ſacramento captiuandus eſt intellectus in obſequium fidei concedendo non diſcutiendo vel perſcrutando. quia Prouer. xxv. Scrutator maieſtatis opprimetur a gloria. Quod exponit Hugo de ſancto victore libro de Hierar. Si intellectus ſignacula fidei irrumpere nitatur: reputatur perfractor & ſcrutator maieſtatis. vt patet de illis qui q̃runt difficultates in hoc ſacramento contentas non ſua fide contenti. Secundo exponitur intelligendo per alienigenas filios diaboli vel filios irę. Peccator enim filius eſt diaboli per imitationẽ vt patet Ioan. viij. Per dictum Chriſti. Vos (iquit) ex patre diabolo eſtis. & Matth. iij. Genimina viperarum quis vos docebit fugere a ventura ira. Nomen enim dæmonis gerit. & per conſequens hæreditatem eius habebit. De nomine autem patet in Iuda. Ioan. vj. Vnus ex vobis diabol⁹ eſt. Sed de hęreditate patet. Eccleſi. x. Impius hæreditabit beſtias ſerpentes & vermes. Et tales nullomodo debent admitti ad corpus Chriſti qui eſt panis filiorũ. quia Matth. xv. Nõ eſt bonum ſumere panem filiorum & mittere canibus. Per hunc enim panem habetur hæreditas vitæ ęternę. quę ſolum eſt filiorum. iuxta illud Ioan. vj. Qui manducat ex hoc pane viuet in ęternum. immo ille panis eſt hęreditas ſecundum q; guſtabitur in futuro. non in p̃ſenti. In p̃ſenti enim guſtatur vt caro. in futuro vt panis guſtabitur. Hic Lucæ. xiiij. Beatus qui manducabit panem in

T
Agn⁹ xp̃s
Qui ſũt alienigenę qui nõ admittuntur ad comeſtionem agni xp̃i.

M.E.C.D. 2016

regno dei.nõ ait carnẽ. Similiter dicit Ap̃s.ij. Corinth.v. Et ſi cognouimus ſecundũ carnẽ Chriſtũ.ſed nũc iam nõ nouim⁹. Pri⁹ enĩ panẽ angelorũ trãſire fecit in carnẽ.cũ verbũ caro factũ eſt. Sed tũc carnem mutabit ĩ panẽ. Exo.xvj. Veſpere comedetis carnes.ſ.corpus & ſanguinẽ Chriſti in altari.& mane alterius ſeculi ſaturabimini panibus.i.gloria dei. Vnde Gen̄.xliij.in mẽſa Ioſeph nullus admittebatur alienigena. Ita nec ĩ mẽſa Chriſti infidelis aut diaboli filius accedere debet. Secundo.ſeruus emptitius non admittebatur. Duplex autẽ eſt ſeruus emptitius. Quidã eſt ẽptiti⁹ ſanguine Chriſti.de quo.j.Corith.vij.etiã qui liber eſt vocatus eſt ſeruus Chriſti.& alibi aſſignatur cauſa. Empti enim eſtis p̃cio magno. Quantuncumq; enim magnus & perfectus ſit homo:ſeruum ſe debet reputare Chriſti etiam inutilem. Lucæ.xvij. Cum omnia feceritis dicite.ſerui inutiles ſumus. Qui licet ſe ſeruos appellent:ipſe tamen vocat eos nomine alio.ſ.amicos. Eſa.xlv. Vocauit ſeruos ſuos nomine alio. Quod exponit Ioan.xv.dicens. Iam non dicam vos ſeruos ſed amicos meos. Propter quod in mẽſa ſua tales admittit.qui ſunt ſerui emptitij.& pro quibus magnum p̃cium impendit:vt ſint ſui.de quibus.j.Pe.j. Non corruptibilibus auro & argento redempti eſtis.ſed p̃cioſo ſanguine quaſi agni immaculati & incontaminati Chriſti Ieſu. Alij ſunt ſerui empticij qui a diabolo empti ſunt.de q̃bus.ij.Pe.ij. A quo quis ſuperat⁹ eſt.eius & ſeruus eſt. Eſa.j. In iniquitatibus veſtris vęnundati eſtis. Cum enim ſeruituti peccati ſe ſubijciunt:diabolo ſe vendunt. Sed male emuntur.quia nihil dat p̃ eis niſi peccatum quod nihil eſt. Ioã.j. Sine ipſo factum eſt nihil.i.peccatum. Vnde Prouerbiorum.x. Cor impiorum pro nihilo:ſcilicet datur. Ideo tales dæmonum ſerui recipientur non ad menſam dei ſed diaboli.vbi fel draconum vinum eorum & venenum aſpidum inſanabile. Deutero.xxxij. Tertio.incircunciſus non admittitur. Qui enim delectationes carnales omnes admittit & nullas a ſe ſcindit:beſtialis eſt.velut qui vngues nunq̃ ſcinderet:beſtia reputaretur. Circuncidendę ſunt ergo delectationes carnales a delectationibus licitis. Oportet enim ad hoc vt aliquis edat hoc ſacramentũ ꝙ circuncidatur duplici caſtitate.corporis ſcilicet & animæ.corporis in membro generationis auferendo actum. & in anima reſecando delectationem & conſenſum illicitum. Oportet etiam circuncidi in corpore per ieiunia & vigilias.& in temporalibus dũ de noſtris erogamus.& cum auferri noſtra patienter ſuſtinemus.vel cum perſequutionem patimur. Quarto.mercennarius non eſt admittendus. Sunt enim mercennarij q̃ſtuarij.qui ſcilicet in gradu vł executione officij eccleſiaſtici q̃runt q̃ſtum temporalem.exiſtimãtes q̃ſtum pietatem.vel qui pro lucro celebrant miſſam. aut quiſa

V Agn⁹ xp̃s Q: nõ admittit̃ ſeruus empti ti⁹ diaboli & [illegible]i de duplici ſeruo ẽpticio.

M.E.C.D. 2016

uore hominum. vt hypocritę pro bonis operibus mercedem q̄rūt. ¶ Sed circa hoc q̄reretur vtrum ſit peccatum pro lucro miſſam celebrare. Et videtur ꝙ non. quia .j. Corinth. ix. Debet qui arat in ſpe arare. Gloſa. ſtipendiorum temporalium. ergo licet pecuniam accipere. In oppoſitum arguitur. quia eſt res ſpiritualis pro qua ſumi non debet pecunia. Ad hoc reſpondet Ioannes Gerſon. ꝙ pro celebratione miſſarum non ſunt accipienda temporalia tanq̄ ꝑcium ſpiritualium. vel cupiditatis nutrimentum. ſed tanq̄ neceſſarię ſuſtentationis corporalis adiumentum. Vnde ſuper illud .j. Timo. v. Qui bene ꝑſunt preſ byteri. glo. Auguſt. Neceſſitatis eſt accipere vnde viuitur. charitatis eſt prebere. Accipiant ergo ſuſtentationem neceſſitatis a populo: mercedem diſpenſationis a domino. Modo vero videntur ſacerdotes ita temporalibus occupati: vt fere tota intentio feratur in lucrum terrenum. non ad dei laudem & populi vtilitatem. Aſtitit aliquando iuxta Pſal. Dictum eccleſia tā q̄ regina a dextris. quando pro æternis militabat. non pro temporalibus. & hoc tempore confeſſorum & martyrum. licet in veſtitu deaurato temporalibus. quia temporalia ei vltro offerebantur. Inde regina dicebatur. eo ꝙ aſpiraret ad regnum æternum. Sed nūc potius videtur concubina. quæ in miniſterio ſacerdotum tm̄mo do q̄rit temporalia. Et multo plures nunc ſunt tales concubinæ q̄ ſint reginæ. quia Canti. vj. Sexaginta ſunt reginæ & octoginta ſunt concubinæ. & adoleſcentularum nō eſt numerus. Multo enim plures ſunt beneficiati in eccleſia qui de terrenis q̄ qui de cęleſtib⁹ curant. & adhuc infiniti reſtant non beneficiati. qui ad hęc habenda anhelant. Et ita eccleſia nunc quaſi vt in pluribus concubina ſtat a ſiniſtris temporalium. Et adhuc iſti diuerſi ſtatus eccleſię in miniſterio altaris videntur exprimi. Nam in principio a dexris ſtat ſacerdos. quia in principio eccleſię petebantur ęterna contemptis temporalibus. poſtmodum ad ſiniſtram fertur liber. in quo exprimitur fęx temporis noſtri in quo maxime pro temporalibus miniſtratur & quaſi a ſiniſtris ſtant ſacerdotes. In fine vero miſſę liber ad cornu dextrum refertur. in quo ſignatur in fine mūdi futuros eſſe validiſſimos mundi contemptores & ſolis cęleſtibus inhiantes. Ideo dicitur eccleſia terribilis vt caſtrorū acies ordinata. Cāti. vj. Quia i principio & in fine belli validiſſimos habet. & in medio ſuſtinet imbecilles.

X. Miſſa. Quō liceat celebrare miſſā ꝓ fructo temporalium.

¶ Sermo decimus de cōditionibus req̄ſitis in digne recipientibus hoc Euchariſtię ſacramentum. per thema.

A Euchariſtia. In mādu-catōe ſpūa[li] euchari-ſtię iueniū-tur maſti-catio ſeu conſidera-tio ei⁹ qđ ſumit̃. re-fectio vel delectatio aſſimilatio p̄ fidē & i-corpatio p̄ amorem.

ACcipite & comedite. Hoc eſt corpus meum. Math. xxvj.

¶ Secundum ſentētiam Guillelmi Altiſio. & Alex. de halẽ. in quarta parte ſum̃ę. ſicut in manducatione corporali quattuor conſequenter inueniri ſolent. Primum quidē maſticatio in ore. Secundum. delectatio in cibo ſiue delectabilis refectio. Tertium. aſſimilatio. Quartum. incorporatio. Aſſimilatio quidem per alterationem alimenti. ſed incorporatio per conuerſionem ipſius in ſubſtantiam aliti. ſic ī mānducatione ſpirituali huius ſacramenti multi concurrūt actus ad hoc ꝙ perfecte fiat. Primo. requiritur maſticatio quę conſiſtit in diſcreta deliberatione & conſideratione illius quod ſumendum eſt in cibum. vt pote ꝙ illud quod fuit pro nobis expoſitum ī ara crucis ad nos redimendum: nunc in altari in cibum exponitur ad nos viuificandum vita gratię. iuxta illud Ioan. vj. Niſi manducaueritis carnem filij hominis &c. & ad nutriendum in vitam ęternam. ſecundum illud Ioan. vj. Qui manducat meam carnem & bibit meum ſanguinem habet vitam ęternam. Ad hoc primum ſequitur ſecundum. ſ. delectatio ſiue delectabilis refectio ex conſideratione p̄cioſitatis & bonitatis eius quod ſumitur. quod eſt panis de cęlo deſcendens. de quo Sap̄. xvj. Panem de cęlo p̄ſtitiſti eis ſine labore. omne delectamentum in ſe habentem. Ex deliberatione em̄ & cognitione ſequitur delectatio. Nam ſecundum Auguſtinum. in cognitione eſt tota delectatio. iuxta illud Ioan. xvij. Hęc eſt vita ęterna. vt cognoſcant te deum verum &c. Si enim diligo aliquem: non propter hoc delector in ipſo. Sed ſi video bona illius quem diligo: tunc in ipſo delector. Poſt hoc autem per fidem ſequitur tertium. ſ. aſſimilatio ipſius animę cum deo. quia Ioan. j. Dedit eis poteſtatem filios dei fieri his qui credunt in nomine eius. Incorporatio vero quę proprie dicitur vnitio. fit per amorem. qui eſt copula amantis & amati. Sed tamen lata eſt differentia inter iſtam manducationem ſpiritualem. & aliam corporalem. quia in corporali ſolū cibus comeditur. ſed hic & cibus & etiam cibans comeduntur. Nā nos comedimus Chriſtum in hoc ſacramento. & ipſe etiam comedit nos. vt dicunt iſti doctores. Quantum ad duo prima. ſ. ad maſticationem ſpiritualem & delectationem quam habem⁹ in ipſo: māducamus ipſum. iuxta illđ Auguſtino dictum. Crede & manducaſti. Sed quātum ad aſſimilationem & īcorporationem Chriſtus nos manducat. quia nos ſibi aſſimilat & vnit & incorporat per gratiam quam infundit & facit nos in virtute huius ſacramenti eſſe ſua mēbra. Quia enim in corporali manducatione manducans eſt nobi-

lior & virtuoſior ipſo cibo. ideo conuertit in ſe cibum: ſed econuerſo eſt in ſpirituali. Nā nos mutabiles ſumus. cibus autem iſte imutabilis & virtuoſior: ideo nos conuertit in ſe. Inde ait. Non tu me mutabis in te: ſed tu mutaberis in me. Et hoc intelligendum eſt in bonis & digne ſuſcipientibus. quia oppoſitum contingit in malis qui ſe aſſimilant & vniunt diabolo: & ſic manducant ipſum. iuxta illud Pſalm̄. Dediſti eum eſcam populis æthiopum. Diabolus autē non vnit eos nec ſibi aſſimilat: niſi tm̄ ſuggerendo & tentādo. Item etiam boni in ipſo deo delectātur & in operibus eius. mali vero nō in diabolo ſed tm̄ in operibus eius delectantur. Et ita dominus bonis q̄ in deo & in operibus ſuis delectantur tanq̄ famelicis hūc cibū preſentat dicens. Accipite & comedite. hoc eſt corpus meum pro vobis paſſum & in virgine ſumptum. Hūc itaq; cibum a beata virgine requiramus ſalutantes eam & dicentes Aue.

B Conuiuiū. De ꝯuiuio dei & diaboli. & q꜖ ꝯuiuiū diaboli habet q̄ttuor malas ꝯditiones. de ivero quattuor bonas oppoſitas

¶ Non poſſumus quouis modo quin ſimus de feſto. quia deus ex parte ſua nos inuitat ad ſuum conuiuium dicens. Accipite & comedite. ex vna parte & contraria diabolus. dicens illud Sapien. ij. Venite fruamur bonis quę ſunt. Et ideo qui non vadit ad conuiuium dei: neceſſe eſt vt vadat ad conuiuium diaboli. & qui non facit feſtū dei: q꜖ faciat feſtum diaboli. Diabolus autem in conuiuio ſuo parat delicias & honores & diuitias & carnales concupiſcentias. & ſic ſoli corpori parat & de anima non curat. & propter hoc multi qui ſunt carnales & mundani ad conuiuium ſuum feſtinant. Sed cautus & ſapiens homo ad hęc duo conuiuia inuitatus: multum debet cōſiderare ad quod illorum conuiuiorum ibit. Non enim debet ire ad conuiuium diaboli propter quattuor propter quę homo dici ſolet male pranſus. Primo cōmuniter dicitur q꜖ homo male prandet quādo comedit vnum malum morſellum. Diabolus autem in ſuo conuiuio cibum venenoſum miniſtrat. ſ. peccatū. quia in modum veneni dū maſticatur. i. dū eſt in opere dulce reputatur. ſed poſtea cruciat. vt patet de fractiōe matrimonij. Iob. xx. Cum dulce fuerit in ore eius malum: abſcondit illud ſub lingua ſua. & ſequitur. Panis eius in vtero illius vertetur in fel aſpidum intrinſecus. Exemplum de piſce qui ſentit morſellum dulcem. ſed tūc hamo capitur. & hoc eſt poſtea ſibi amarū. Eccli. ix. Sicut piſces capiuntur hamo & aues laqueo: ita capiuntur homines in tēpore malo. Secundo homo male prandet. quando inuitatus ad prandium prauiſſimum ibidē oīa bona ſua exponit. nec inuenit quod ſibi promiſſum erat. Sic in conuiuio diaboli minimo omnia bona ſua exponit peccator. iuxta illd̄ Thren̄. Dederunt quęcunq; precioſa pro cibo ad refocillādas animas. Non enim miniſtrauit Adę niſi pomum. & tm̄ totius mundi dānationem pro ſymbolo ſoluit. iuxta illd̄ Eccli. xx. Exigua dabit

& multa improperabit. Ideo dñs huic deceptioni ſubuenire volēs dicit. Lucę. xiiij. Cum inuitatus fueris ad nuptias recumbe in nouiſſimo loco. i. cum inuitatus fueris ad hęc conuiuia attende finē. In his enī mutatur vinum in aquā. delectatio in miſeriā. riſus in luctum. vt patet in diuite epulone. Et hoc cōfirmatur. Lucę. vj. vbi dicitur. Vę vobis qui ſaturati eſtis: quia eſurietis. Tertio male prādet homo. qñ exeunte eo a conuiuio fame moritur. ita ꝙ plus ſitit & eſurit ꝙ̄ qñ intrauit Sic eſt de diuite auaro. quāto plus habet tanto plus cupit: & ſuo modo de lubrico. quia licet vnam hodie dederit delectationem ſuo corpori: non tñ ſaturatur: ſed cras plures quęrit. Diabolus autem non ex amore nos inuitat ſed vt plus expendamus. vt tabernarius hoſpitem ſuum. Ipſe enim more tabernarij apponit a principio vnum morſellum rei ſalſę. vt alecis vel carnis ſiccę & ſalſę. vt meli⁹ bibat de vino ſuo. iuxta illud Oſee. iij. Comedent, & non ſaturabuntur. Inde Ioan. iiij. dicit dominus. Qui biberit ex hac aqua ſitiet iterum. Stillicidium enim fabri ad horā ignē mitigat. ſed ſtat'm fit ardentior fornax. Sic eſt de perpetratione peccati. Quarto homo male prandet. qñ in exitu tabernę ſicut coquinus expoliatur. nec habet quęcunq; terminum ſoluendi vel mutuandi. Sic eſt in conuiuio diaboli. quia in exitu de taberna huius ſeculi diabolus rapit animā eius & omnia bona ſua perdit. nec habere poteſt terminū vnius horę propter allegationē quācūq; quam poſſet facere. Inde dr̄ Prouer. xiij. Comede & bibe dicet tibi: & mēs eius nō eſt tecum. Cibos quos comederas euomes. & perdes pulchros ſermones tuos: quia propter quācūq; aut cuiuſcunq; precē, non fiet aliqua dilatio de ſoluendo. Sed ecōtra conuiuiū dei habet quattuor nobiles oppoſitas conditiones. Primo panis in hoc cōuiuio appoſitus optimus eſt ſaniſſimus & ſuauiſſimus ad guſtādum. Sap̄. xvj. Panē de cęlo preſtitiſti eis omne delectamentū in ſe habētem & omnem ſaporis ſuauitatem. Secundo eſt panis magni precij & cariſſimus. Ioan. vj. Panis quem ego dabo caro mea eſt pro mundi vita. Si ita reputas oculum vel pedem ꝙ non eſt res in mūdo pro qua velis dare pedem vel oculum. quanto magis vitā tuā? Et ſi vitam tuam, quanti precij reputabis vitam totius mūdi? Tertio iſte panis eſt maxime nutritiuus. quia Ioan. vj. Qui manducat hunc panem viuet in ęternum. Quarto quia eſt panis facillimus ad habendum. quia datur. non emitur. Inde Apoca. ij. Vincenti dabo non vendam/manna abſconditum. i. panem ſub ſpeciebus abſconditum. Ideo non eſt mirū ſi Chriſtus ſuos euocat & inuitat ad hoc prandium dicens. Accipite & comedite &c.

C Euchariſtia. ¶ In hoc pręſenti ſermone dicētur tm̄mō ſeptē neceſſaria ad digne ſuſcipiēdū hoc ſacro ſanctū euchariſtię ſacr̄m. Primū eſt ꝙ recipiēs

ſit talis cui licite miniſtrari poſſit. Debet enim primo adultus eſſe. Q̃ᵹ propter quod pueris nõ eſt miniſtrãdũ. Secũdo debet eſſe mẽte pręditus. ideo furioſis & amẽtibus nõ debet miniſtrari: niſi haberẽt lucida interualla. Et tũc ſi pretendãt actus & ſigna deuotionis ad ſacramẽtũ tpe lucidi interualli: põt eis dari euchariſtia. vt patet de cõſe. diſt. ij Sic dicẽdũ eſt de infirmis. Siliter de poſſeſſis a dæmone ſi habeãt deuotionẽ ad cõmunicãdũ: ſcd̃m Doctorẽ ſanctũ. nõ eſt eis denegãdũ. Nã Caſſianus in collatione Seueri dicit. ꝙ multi per illd̃ liberati ſunt a dęmone. Tertio ꝙ ſit ſine periculo vomitus. Et idẽ iudicium eſt de eo qui ſtomachũ taliter haberet indiſpoſitum. ꝙ a ſe ſumpta egererentur cruda. quia talis pro tunc irreuerentiam faceret ſacramento. nec hoc modo debet cõicare. Quarto ꝙ non ſit crimine publice diffamatus. ſicut qui duellare vult. pręſertim impetens. & etiã is qui publicã pœnitentiã agit: niſi cõpleta pœnitentia. nec hiſtrionibus nequitioſis: nec ſuſpẽſoribus peruerſis. intelligendo de ſanis. quouſq; appareat emenda aliqua poſt eorum conuerſionem. Nec vſurarijs publicis: niſi prius data cautione de reſtituẽdo aut mutãdo vitam. Nec publice meretrici: niſi aſſit ſpes de proxima eius emendatione. Nec concubinarijs: niſi a ſe eiecerint concubinas. Honeſtum eſt autem ꝙ qui eo die habẽt in patibulo pendere: abſtineant. & in hoc obſeruanda eſt laudabilis conſuetudo.

recepturus euchariſtiã debet eſſe adult⁹. ſine periculo vomit⁹. & nõ diffamatus crimine publico.

¶ Secundo requiritur ꝙ ad hoc ſacramentum accedat homo ieiunus ieiunio naturę. & hoc propter multa. Primo quia hoc placuit ſpiritui ſancto: qui ita faciendum eſſe per Apoſtolos tradidit. vt dicit Auguſtiu⁹ ad inquiſitiones Ianuarij. Inde eſt ꝙ. j. Cor. xj. Paulus Corinthios reprehendit. quia non eo ordine ſumebãt euchariſtiam quo debebant. ſed inter prandia vel poſt eam ſumebãt: quod ieiuni facere debebãt. Si enĩ melior morſellus debet cordi tanq̃ propinquior poni: ſed nullus melior cibus. nullus melior potus illo ſacramentali: ergo ante omnem cibũ debet cordi pręſentari. vt ſic in eo delectetur. Pręterea. Cõſueuerũt Hiſpani primo comedere cibum aſſatũ & meliorẽ. deinde elixam & offam: vt ſaturi primo cibo reliquũ dimittãt ſeruis ſuis. Ergo eorũ morẽ gerentes primo debemus comedere cibũ pertinẽtẽ ad dños. ſ. aſſatum agnũ in veru crucis. deinde comedere corporalẽ cibũ pro ſeruo qui eſt caro noſtra. Secũdo ꝑpter reuerẽtiã corporis Chriſti. Dignũ enĩ eſt vt panis cęleſtis oẽm terrenũ panẽ ꝓcedat. Si enĩ Leuiti. x. ſacerdoti legali interdictũ eſt bibere vinũ. qñ ingredi debebat tabernaculũ. & non ſolũ vinũ: ſed etiã omne qd̃ inebriare poterat. & ita hoc nõ erat ſibi abſolute prohibitum: ſed ſolum qñ debebat intrare tabernaculũ. quãto magis ſacerdos euãgelicus ieiunus debet accedere ad hoc altaris ſacramentũ. Quarto vt maior deuotio habeatur: quę ſępe ſolet

D Euchariſtia. Quare accedere debeat hõ ieiunus ieiunio naturę

E Euchariſtia.
Tres caſ⁹ in quibus poteſt qs cõicare nõ ieiunus.

per cibum & potũ impediri. Et ideo omnis potio vel cibatio quocunq; fine fuerit ſumpta impedit dignam euchariſtię ſumptionẽ. tribus tamen caſibus exceptis. in quibus non ieiunus poteſt celebrare vel cõmunicare. Primo ratione infirmorum de quorꝫ periculo timetur: ne ſine viatico decedãt. propter quod tales etiam non ieiuni cõmunicãdi ſunt. Secundo qñ ſacerdos ſumit aquã purã per errorem pro vino poſt euchariſtiã. quia tunc tenetur integrũ ſacramẽtũ poſtea cõficere & perficere. Tertio in paraſceue contingere poſſet ꝙ anteq̃ ſumẽs euchariſtiã deglutiret: vinũ nõ cõſecratũ in ſtomachũ deſcẽderet. Et idem in ęſtate cuilibet contingere poſſet cõmunicanti: cuius palato adhęrere poſſet aliquid hoſtię: nec illud deglutire poſſet niſi vino deliniretur vel aqua prius intrante ſtomachum. Ex quo ſequitur primo ꝙ ſi cibus ſumatur ratione medicinę tñ & nõ intentione ſe nutriẽdi: adhuc impedit euchariſtię ſumptionẽ. Item ſi quis probando vel guſtãdo vinũ vel cibũ vel aquã: caſu aliquid taliũ deglutiret: licet ſtatim euomeret illud non alteratum: tñ adhuc videreť impedire. quia eſſet comeſtio vel bibitio. niſi in alium conductum gutturis tranſiſſet & ſtatim eiectum eſſet. & illud non impediret. Si autem fieret deglutio caſualis ſaliuę vel reliquiarum cibi vel aquę remanentis poſt lotionem dentium vel oris: non impedit. Dicit tamen Richardus de media villa. ꝙ ſi ſacerdos ante miſſam lauet os & caſu gutta aquę intret ſtomachum: non credit ꝙ ꝓpter hoc teneatur dimittere miſſam. maxime in die ſolenni. cum non videatur impedire dignam pręparationem nec reuerentiam ſacramenti. Dicitur autem ieiuniũ naturę quãdo illa die nihil alimenti ſumpſit homo ab extrinſeco. incipiendo diem naturalem a noctis medio. Et dicitur ab extrinſeco ꝓpter reliquias cibi quę quandoq; remanent inter dentes: quę ſi caſu aliquo deglutiantur: non tñ propter hoc dicitur ſoluere ieiunium naturę: ſicut nec deglutiendo ſaliuam. Dicunt tamen vlterius quidam doctores ꝙ niſi cibus vel potus digeſtus fuerit ſcd̃m probabile iudiciũ celebrãtis vel ſuſcipiẽtis: nõ debet ſumi hoc ſacramẽtũ. Dormitio tñ poſt cibũ acceptũ nõ requiritur: niſi inquãtũ quis ſine ſomno indeuot⁹ efficeretur. Vix eñ haberi põt deuotio: cũ ſenſus interiores & exteriores ſunt turbati. qđ fit in indigente ſomno. Et ſi dicatur. ꝙ Chriſtus poſt cœnã ſumpſit hoc ſacramentum. & tali hora dedit oĩbus diſcipulis ſuis. Cũ ergo oĩs Chriſti actio nr̃a eſt inſtructio: quare tali hora nõ ſumim⁹ ſed ſolũ ieiuni. Ad hoc rñdet de Argẽtina in iiij. ſentẽ. ꝙ ſicut aliqua interdũ expediũt pro rei generatione quæ nõ expediunt pro eius nutritione. vt pater in educatione aialium. ſic aliqñ aliqua expediũt pro rei alicui⁹ inſtitutione: q̃ nõ expediũt pro eius continuatione. Et licet oĩs Chriſti actio nr̃a ſit inſtructio:

F Euchariſtia.
Licet xp̃s poſt cœnã cõicauerit: noluit tñ nos in illa circũſtãtia tpis vľ epulaꝝ cõ[illegible] tari.

M.E.C.D. 2016

huiuſmodi tamen inſtitutio non eſt ad ſemper ſimiliter accipien=
da. quia aliter oporteret nos mortuos ſuſcitare. & ſiccis pedibus ſu
per mare ambulare: cum talia fecerit Chriſtus. Ideo ſicut Chriſtus
baptizari voluit vt daret nobis exemplum baptizandi. tamen ex
hoc quia triginta erat annorum cum baptizaretur & in Iordane:
non propterea dedit nobis imitationis exemplum: vt in trice=
ſimo anno baptizetur homo & in Iordane. Sic & dedit exemplum
conficiendi & miniſtrandi hoc ſacramentum quando confecit &
miniſtrauit. ſed ꝙ de ſero vel inter epulas hoc fecerit: non hoc de=
dit imitari.

¶ Circa hoc tamen queruntur duo. Primum eſt vtrum miſſam ce
lebrare poſſint: qui de ſero poſt matutinum dictũ comederint. Se=
cũdo vtrum licitum ſit comedere ſtatim poſt ſacramenti huius ſu=
ſceptionem. Ad primũ dicitur ꝙ ſic. quia ſepe in eccleſijs cathedra
libus dicuntur matutine in vigilia ſolẽnium feſtorum de ſero. & tñ
poſt illas dictas frequenter cœnatur: puta ſi vigilia ſit in dñica die
in qua non ſolet abſtinentia fieri. Nec propterea canonici tenentur
alias matutinas dicere q̃ eas quas in choro cantauerunt. Vnde Ri=
char. iiij. ſeten diſtin. viij. q. iij. arti. ij. in reſponſione dicit ꝙ non eſt
acquieſcendum dicentibus ꝙ illi qui poſt matutinum dictum in ſe
ro bibit nõ eſt licitũ ſeqnti die miſſam celebrare niſi pri⁹ iterꝫ dicto
matutino. Hoc eñ nullibi inuenitur ſtatutum. Sufficit enim ꝙ di=
geſtum ſit quod ſumpſit in ſero anteq̃ celebret. ſiue de nocte dor=
miuerit ſiue non. Hec Richar. Preterea. quidam cauſa neceſſitatis
coguntur dicere ſero matutinum. ſed deuoti⁹ hoc fit ante cœnam
q̃ poſt ventre repleto. ergo hoc nõ impedit celebrationẽ conſequen
tem. Debet tamen eſſe ſobria comeſtio & bibitio quamagit aliquis
de ſero: cum in craſtinum intendit euchariſtiam ſuſcipere. Ad ſecũ=
dum queſitum reſpondet idem doctor. ꝙ poſt ſumptionem ſacra=
menti euchariſtie propter reuerẽtiam debet aliquantulum poſtea
a cibis abſtinere: ne ſacre ille ſpecies (que quãdiu in forma remanẽt
corpus Chriſti continent) commiſceantur cum alijs cibis. Quia ta=
men cito ille ſpecies tranſmutantur: non oportet recipientem diu
ab alijs cibis abſtinere poſt ſumptionem ſacramenti. Et ſi dicatur
ꝙ de conſecra. diſtin. ij. c. tanta dicitur. Qui reſidua corporis domi=
ni que in ſacramento ſunt relicta conſumunt: non ſtatim ad accipiẽ
dum cibos cõmunes conueniant. Et eodem. c. Si mane dominica
portio editur: vſq; ad ſextam ieiunent miniſtri qui eam conſumpſe
runt. & ſi tertia vel quarta hora acceperunt: ieiunent vſq; ad veſpe=
ram. Sed he omnes auctoritates intelligende ſunt de debito ho=
neſtatis & non neceſſitatis. Dicitur ſecundo ſcdm doctorem ſan=
ctum. ꝙ nihilominus tamen laicis poſt ſumptionẽ corporis Chriſti

G Miſſa. Comeſtio poſt matutinas veſpi dictas: nõ ĩpedit celebrationẽ diei ſeqntꝫ

H Eucha=ſtia. Qꝫ nõ eſt neceſſariũ poſt ſum[illegible]=ptionẽ euchariſtiæ diu abſti=nere a cibꝫ & q̃re dandũ ſit vinũ [illegible]blutiõis.

debet dari ſimplex vinum non conſecratum aut aqua pro ablutione. non tamen propter aliquod myſterium ſed vt lauentur ora ſumentium: ne remaneant aliquę reliquię euchariſtię infra dẽtes vel in gingiuis, & etiã vt non ſeruetur euchariſtia in ore propter aliquod maleficium exercendum. vt expertum fuit tempore beati Ambroſij. Tunc enim iu fauo apum hoſtia conſecrata per vnam mulierem fuit reſeruata & abſcondita: vt augerentur apes. Item & quidã doctor nomine de Lauſanna recitat. ꝙ in prouincia Narbonenſi tempore quo hęreſis quędam contra ſacramẽtum euchariſtię pullulabat: quidam piſcator a quodam hęretico seduct⁹ ꝙ corpus Chriſti in ore ſuſceptum non comederet ſed ſeruaret & primo piſci capto in ore poneret permittens eum abire & abundaret in captura piſcium. Qui corruptus hoc fecit. ſed tandem purgata illa hęreſi quidam prędicator cœpit ibidem populum in ſacramento euchariſtię cõfirmare. Ille autem peccator in ſuo peccato perdurans viginti annis vel circa: tandem contritus confeſſus eſt. Curatus vero cum eum non poſſet abſoluere: tandem ad epiſcopum vel habentem poteſtatem ire monuit. Qui renuit dicens ꝙ imperpetuũ peccatum illud alteri non confiteretur. Quod videns curatus ne ſubditi animam perderet: promiſit ſe iturum ad archiepiſcopum & poteſtatem abſoluendi impetraturum. Qui tamen impeditus in reliquo populo audiendo: non iuit. Ille autem peccator in die paſchę volens cõmunicare venit ad curatum vt abſolueretur: ſed ſacerdos humiliter ſe excuſans: ſuperſedere a communione vſq; ad octauas paſchę hortabatur & conſuluit. Tunc ille non audẽs in eccleſia remanere dũ populus cõmunicaret: prę verecundia egreſſus eſt ad locum in quo peccatum commiſerat. & flens & eiulans vidit ex alia parte fluminis piſcem ſtantem & corpus domini in ore portantem & ad ſe accedentem. Ipſe vero non audens tangere: cito cucurrit ad curatum nuncians ei quod viderat. Qui ambo venientes cum nihil viderent: cœpit piſcator flere & cum lachrymis ſe in teram voluere. Mox apparuit piſcis in ore dominicũ corpus portans & ad ipſos directe veniens. Quo reuerẽter accepto ad eccleſiam ſuam detulit & ibidem reuerenter ſeruauit. Tertio requiritur ꝙ mente mundus accedat. quia ſcd̃m Pſal. Domum tuam decet ſanctitudo dñe in longitudinẽ dierum. Et primo quidẽ mũdus debet eſſe a peccato erroris quo multũ laborant mulieres, quę potius credunt diabolo eis ſuadenti aliquem errorem per vetulam aliquam q̃ deo eum prohibenti per ſuum vicarium ſacerdotem. In quo aſſimilantur matri ſuę primę euę, quę potius credidit diabolo dicẽti ſibi. nequaq̃ moriemini. Geñ. iij. q̃ deo dicẽti. Geñ. ij. in quacũq; hora comederis morte morieris. Et ideo ſicut illa prima mu-

I Euchariſtia. A quibus vicijs mũdus eẽ debet: qui accedit ad ſumẽdam euchariſtiam.

M.E.C.D. 2016

lier propter peccatum illud prohibita fuit a ligno vitę: ſic quę ſunt in peccato alicuius erroris. vt diuinationis & ſupſtitionis & ſimiliũ: nõ debet ad ſacramẽtũ altaris accedere: niſi pœnitentia pręcedẽte. Secũdo a peccato odij: quod iudicio ſcripturę reddit hoiem canẽ iuxta illđ Pſal. Circũdederũt me canes mlti. Canes em̃ iimicos mordent. ſic odioſi in ſecreto vel in publico detractionibus & cõtumelijs alios lacerant. Ideo ſicut multũ peccaret qui dare attentaret ſacramentũ altaris canibus: quãto magis qui detractor & contumelioſus ad hoc ſe ingereret. & hoc prohibet dñs Matth. vij. Nolite ſanctum dare canibus. Per canes etiã poſſunt intelligi qui propoſitũ habent redeundi ad ſua peccata. iuxta illud Prouer. vj. Sicut canis qui reuertit ad vomitũ ſuum: ſic homo imprudens qui iterat ſtultitiam ſuã. &. j. Petri. ij. Canis reuerſus ad vomitum: & ſus lota in volutabro luti. Tertio a peccato luxurię. Qui em̃ lubric⁹ eſt quaſi porcus iudicio ſcripturę reputatur: immo plus diſplicet deo immundicia ſua q̃ porci. Et quia porcus non eſt habitatio dei ſed potius diaboli. iuxta illud Matth. viij. Si eijcis nos hinc mitte nos in gregem porcorum. ideo ſicut porcus ad altare accedere nõ debet. ſic nec qui impœnitens eſt in luxurię peccato continuans. Quarto a peccato auaritię. Auarus enim vilem acquirens terram eſt velut terra. immo plus deo diſplicet eius immunditia q̃ terræ. Vnde Oſee. ix. Facti ſunt abominabiles ſicut ea quę dilexerunt. ſcilicet ſicut lutum quod fit ex commixtione pluuię & terrę: quod eſt abominabilius q̃ pluuia vel terra ſola. Valde autem peccaret quis qui corpus Chriſti in lutum proijceret, quemadmodum facit auarus ipſum recipiens. Et ſicut pluuia ſcđm ſe non videtur immunda ſed ſolum cum terræ coniungitur: ſic nec anima de ſe immunda eſt ſed ſolum cum terrenis & caducis iungitur per nimiam affectionem. Quinto a peccato oris. Nam ille qui aſſuetus eſt mendacijs/ detractionib⁹/ periurijs/ blaſphęmijs/ crapulę/ & ebrietati. vel qui ſolet comedere de his quę furto vel rapina acquiruntur: nõ debet accedere ad altaris ſacramentum niſi pœniteat. & decętero os ſuum mundũ ſeruare proponat. Quia qui in vaſe in quo immunditia cõtineri ſolet nulla pręcedente ablutione Chriſti corpus poneret: multum peccaret. Sicut enim Chriſti corpus in calice ponitur: ſic & in ore recipitur. Ideo ſicut calix mundius ſeruatur q̃ cętera vaſa: ſic os mundius ſeruandum eſt q̃ cętera membra. Qui vero hoc facere nollet: ſimilis eſſet ſacerdoti qui minorem haberet reuerentiam ſuo calici q̃ ſcutellę de domo ſua. Sexto a peccato malę operationis. vt percuſſores/ homicidas/ fures/ ſacrilegos. & ſic de ſimilibus. manibus illotis & ſanguine pauperum plenis: valde indecẽs eſt ad mẽſam domini accedere. Et in hoc ſimiliter pec-

Euchariſtia.
Q cor cõmunicaturi debet eẽ q̃ſi ſepulchrũ mundũ & nouũ.in quo xp̃s reponat̃.& de duplici loco in quo xp̃s legit̃ dormiuiſſe.

cant multi ſacerdotes:qui cum ſingulis diebus bis manus corporis
lauent vt ad menſam corporalem accedant:ad menſam tamen do
minicam illotis manibus animę veniunt:nõ attendẽtes quod dr̃ in
Pſal. Scd̃m puritatem manuum mearũ retribuet mihi:ideo debent
dicere illud Pſal.cum affectu. Lauabo inter innocẽtes manus me
as.& circundabo altare tuum dñe. Septimo a peccato cordis & no
xiarum cogitationum. Debet eñ eſſe cor mundum & nouum:in
quo dominus ſepeliatur. Nam ſepeliri voluit in ſepulchro nouo
in quo nondum quiſquam poſitus fuerat. Non ergo aliquis domi
num in corde ponat vbi iam diabolus habitat:quia non eſt cõuen
tio Chriſti ad Belial.cum etiam ſepultus ſit in ſindone munda.i.
in cordis puritate & munditia. Et quia aliquis melius capi non po
teſt q̃ in loco in quo quieſcere ſolet:ideo venatores locum obſer
uant in quo dormit fera:& ibi ad eam capiendam ponunt ſua inge
nia. Et quia in proximo paſcha debemus capere prędam no
ſtram Chriſtum,ideo debemus notare locum in quo quieſcere ſo
let: vt ibi eum capiamus & in ſimili eum requieſcere faciamus.
Chriſtus autem in duobus locis dormiuiſſe legitur. Primo in naui
cula.Matthęi octauo.& hęc eſt arctitudo paupertatis In quo loco
a multis capi non poteſt: quia non quilibet ingredi poteſt religio
nem. Vnde & in aſcenſu nauiculę diſcipuli ſequuti ſunt Chriſtum
non turba.Secundus locus in quo dormiuit Chriſtus eſt ſepulchrũ
lapideum nouum.& illud eſt eccleſia Chriſti noua in qua Chriſtus
in die ſancto Paſchę inuenitur ſepultus. & ibi quęrendus eſt & ca
piẽdus.Sed vt eũ digne recipiam⁹ & ĩ nobis requieſcat:oportet nos
ſil̃iter facere ſepulchra lapidea, & ſi nõ noua ſaltẽ innouata & per
pœnitẽtiã mũdata. Aliter aũt renouat̃ antiqua imago de auro. ali
ter antiqua imago de ligno putrido.qa aurea renouat̃ ĩtus & extra.
& ſic ponit̃ in fornace q̃ tota ibi liq̃ſcit. Lignea vero licet renouetur
coloribus & picturis exterius: tñ interius remanẽt putredo & ver
mes:quia multæ perſonę male circa Paſcha renouantur & ornan
tur exterius:ſed putredo peccati remanet interius. Perſona vero
debite communicans tota in dei amore liquefieri debet.vt non ſo
lum exterius corpore:ſed & interius mente renouetur. iuxta illud
Epheſi.quarto.Renouamini ſpiritu mentis veſtrę. Non enim vo
lumus dicere quin in illo die ſancto Paſchę perſona fidelis aſſiſtens
Chriſti menſę debeat magis ornata eſſe corpore q̃ cęteris diebus.
hi ſcilicet qui hoc poſſunt facere.tamen ad ornamentum animę in
quo recipitur Chriſtus maxime debent intendere. Item debet no
ſtrum animę ſepulchrum ad ſepulchri Chriſti inſtar eſſe lapideũ.i.
per pœnitentiã durum.quia Prouer.xxx.dr̃ ꝙ viã colubri ſuper
petram non potuit Salomon recognoſcere. Coluber enim trãſiens

M.E.C.D. 2016

per rem mollem & teneram relinquit ibi veſtigia ſua. quia tentatio ſerpentis ſuper molles & delicatos pertranſiens relinquit ibi delectationem vel conſenſum. Sed quando tranſit per cor durum vel firmum & viuens in pœnitentia: nõ apparẽt eius veſtigia. quia nec ſequitur delectatio nec conſenſus. & quantũcunq; coluber ille trãſeat tentationes immittendo: niſi ſit ibi delectatio vel cõſenſus: nõ apparebit via dęmonis, nec eſt peccatum. Hinc perſonę cantanti licet occurrant multę tentationes aut cogitationes malę: niſi tamen ſequatur conſenſus aut delectatio moroſa non eſt peccati periculũ. ¶Sed circa hoc q̃ritur vtrum contritus non confeſſus peccet mortaliter recipiendo hoc ſacramentũ. Ad hoc reſpondet Rich. de media villa in.iiij.d.ix.q.ij.ar.ij. Q̃ aliquis contritus poteſt dupliciter intelligi nõ confeſſus. quia aut de veniali. & ſic non peccat. quia ei⁹ non eſt neceſſaria cõfeſſio. aut de mortali. & tunc iterum diſtinguẽdum eſt. quia aut habet copiam ſacerdotis idonei & tempus ſufficiens ad confitendum & loq̃lam liberam. & hoc modo ſi non confiteatur: mortaliter peccat. quia ad hoc ꝙ digne ſuſcipiat hoc ſacramẽtum requiritur ꝙ reconcilietur deo & eccleſiæ. quæ reconciliatio ẽ per cõfeſſionem & abſolutionem. Aut non habet iſta vel ſaltẽ aliquod iſtorum deficit. & tunc aut imminet periculum perſonę ſuæ ſi non communicet. puta ſcandalum ſui vel populi quia ſcilicet iã incepit ſacrum myſterium ſi ſacerdos eſt. & in quolibet iſtorum caſuum licitum eſt ſibi communicare cum propoſito confitendi. Si tamen nõ adeſſet aliquis p̃dictorum caſuum: tenetur expectare copiam ſacerdotis. Hæc Rich. Si enim ſacerdos tenetur celebrare p̃ſente populo & non habet copiam ſacerdotis: tunc propter populi neceſſitatem & perſonæ ſuæ ſcandalum vitandum: cum propoſito confitendi tempore & loco poteſt celebrare. Dicitur ſecundo ꝙ ſi ſacerdos celebrans: poſt conſecrationem ſe meminit excommunicatum: tunc debet aſſumere propoſitum humiliter petendi abſolutionem. & ſic per inuiſibilem pontificem Chriſtum eam conſequitur quantum ad peragenda diuina myſteria. Si autem ante conſecrationem meminerit excommunicationis: tutius eſſet ſecundũ Thomam. dimittere: niſi ſcandalum graue timeret. Dicit tamen Bonauen. & melius. ꝙ ſi populus aſſit ſufficit contritio cum propoſito confitendi. quia ſe & populnm ſcandalizaret: ſi ita miſſam diſmitteret imperfectam. Si vero non timeret ſcandalum: conſulendum eſſet ſibi ꝙ dimitteret. Dicitur tertio. ꝙ ſi quis fidelium actu exiſtens in menſa Chriſti ad recipiendum ipſum: tunc reminiſcatur alicuius peccati mortalis de quo confeſſionem nõ fecit: & timet de ſcandalo perſonę ſuæ ſi propter hoc ſurgat a mẽſa: tunc ſufficit contritio cum propoſito cõfitendi citius q̃ commode fieri poterit.

L Euchariſtia. Quõ [illegible]catur⁹ vel celebratur⁹ ſi habeat peccata mortalia teneẽ cõfiteri ſecluſo impedimento.

Non eni vult dominus vt cũ ſcãdalo ad eũ accedamus. ſed talẽ habemus dñm. qui ſcit cõpati & cõdeſcendere infirmitatibus noſtris. ¶ Quarto requirit ꝙ cũ firma fide eorꝫ q̃ credi debẽt i hoc ſacramẽto: accedat. In ſignũ cuiꝰ mãna nõ fuit datum filijs iſrael niſi trãſito mari rubro. quia cibus iſte non eſt dandus niſi baptizatis & fidelibus & qui fideliter credunt huius ſacramenti myſterium. Nõ enim eſt menſa alicuius domini bene diſpoſita ſine lumine. nec Chriſtꝰ magnus dominus & laudabilis nimis ſine illo lumine nobiſcum cõmunicaret. ſed ad hoc plurimum neceſſarium eſt illud fidei lumẽ. Primo. vt eo mediante conſpiciat ſacerdos conſecrans & quilibet alius fidelis recipiens ea quę latent ſub ſpeciebus panis & vini. Nõ enim hoc modo videre poſſumus: niſi in lumine fidei. poſtea autẽ hæc videbimus aperte. In ſignum cuius Chriſti corpus ante reſurrectionem inueniri potuit ſed inuolutum cum lintheaminibus. ſed non poſt reſurrectionem. immo ab his ſeparatum. Sic nos in hoc mundo per fidem tm̃ inuenire poſſumus Chriſti corpus inuolutũ ſpeciebus. poſtea vero q̃ reſurrexerimus videbimus eum ſicuti eſt. Et inde palla ponitur ſuper calicem vt cooperiat & ne videatur quod intra eſt. vt fides habeat meritum. cui humana ratio non p̃bet experimentum. Et ideo circa hoc ſacramentum non multum fideles expedit ſcrutari. quia ſecundum Pſalmiſtã. Defecerunt. ſcilicet hęretici ſcrutantes ſcrutinio. Manna enim ignem optime ſuſtinebat. quia prope ignem ſituatum efficiebatur durum. deinde triturabat᷑. & ex eius farina fiebat panis. ſed ſi ponebatur ad ſolem: liq̃fiebat. Sic hoc ſacramentum perfecte ſuſtinet ignem deuoti & feruentis amoris & fidei. ſed ſol curioſitatis humanæ & phãtaſticę rationis ad nimiã perſcrutationem ſacramenti ipſum liq̃ſcere & euaneſcere facit. Secundo. vt in illo lumine fidei videant virtutem & effectum huius ſacramenti. qui eſt collatio virtutum & gratiæ augmentum. Sunt enim quaſi aſinus ad liram illi qui præter ea quæ exteriorībꝰ oculis vidẽt: nihil aliud eſſe credunt. Arrigit ei aſinus irratiõabiles aures & ſonũ audit. ſed ſoni harmoniã & melodiã cãtilenę non percipit. Comparãtur enim iudæis malis. qui dum mãna manducabant nihil per illud q̃ quod videbant intelligebant. Ideo tales vt plurimum in peccatis & infidelitate ſua mortui ſunt. iuxta illud Ioan. vj. Poſt declarationem eorum quæ latent in hoc ſacramento dixerũt iudæi. Patres noſtri mãducauerunt in deſerto manna. & mortui ſunt. Qui vero cũ firma fide accedũt aſſimilãtur ſanctis patribus. qui dũ in deſerto mãducabãt mãna: in hoc vnũ oculis videbãt & aliud fide capiebãt. iuxta illđ Apoſtoli Roma. x. Patres noſtri oẽs eandẽ eſcam mãducauerũt. & oẽs eundẽ potũ ſpũalẽ biberunt. Hoc fidei lumẽ anteq̃ ad hoc altaris ſacrificium accederet

M Euchariſtia. Fides Ad qd neceſſariũ ẽ lumẽ fidei cõicaturo.

M.E.C.D. 2016

petebat qui dicebat in Pſal. Emitte lucem tuã & veritatem tuã: ip‑ſa me deduxerunt & adduxerunt in mõtem ſanctũ tuum. i. in intelligentiã difficilium q̃ ſunt in ſcripturaq uaſi montes. & in tabernacula tua. & ſequitur. Introibo ad altare dei.

¶ Circa hoc q̃runtur duo. Primũ cur ſine ignis lumine nõ celebratur miſſa. Secũdo. ſub quo fidei articulo continetur huius ſacramẽti credibile. Ad primũ reſpõdetur ꝙ ꝓpter tria. Primo. ꝓpter eccleſiæ iſtitutionẽ. cõtra quã ſi quis ſciẽter faceret: officio vl' bñficio priuari debet. extra de celebra. miſ. c. vlti. Secũdo ꝓpter figurationẽ. Hoc enim ꝑfiguratnm eſt per ignẽ de quo Leuit. vj. Ignis in altari meo ſemp ardebit. & per ignẽ qui vixit ſub aqua annis ſeptuagita. vt habetur. ij. Macha. ij. & hoc habetur in glo. decretalis ꝓallegatę. Tertio propter ipſius ignis ſignationem. Signat enim tria. Primo ſignificat feruorem dilectionis ꝓpter quã Chriſtus hoc ſacramẽtũ inſtituit & ꝓ nobis paſſus eſt. Secũdo ſignificat illud qđ ſacramentũ iſtud operat' in digne celebrãte vel ſuſcipiẽte. ſ. augmẽtũ illumiationis in intellectu: & feruorẽ charitatis in affectu. Tertio ſignat lumẽ fidei quo ſacerdos aut fidelis quicũq; videt ea q̃ ſunt ſub ſacramẽto & quæ operat' ſacramentũ in ſuſcipiẽte. ¶ Ad ſecundũ dicit' ꝙ continetur ſub illo articulo ſanctorũ cõmunionẽ. Qui quidẽ articul' intelligi põt dupliciter. Vno mõ per cõmunionẽ intelligi põt participatio in vnitate eccleſiæ. oĩm. ſ. orationũ & ſuffragiorũ. iuxta illud Pſal. Particeps ego ſum oĩm timentiũ te. Mẽbrũ enim corpi vnitũ particeps eſt oĩm membrorũ quæ ſunt corpis. Alio mõ põt intelligi de participatione oĩm ſacramentorũ. in quibus oẽs ſancti cõmunicãt. Et quia ꝑcipue fit cõmunicatio in mẽſa corpis Chriſti: inde eſt ꝙ ſacramentũ iſtud dicit' ſacramẽtũ cõionis. & ſic ſub iſto articulo cõphenditur. ¶ Quinto ꝙ accedat cũ grã & amore dei & proximi. Primo. quidẽ cum amore dei. Tũ quia hoc figurę ꝯgruit. Sicut enim manna cũ rore deſcendebat & cũ rore colligebat'. Exo. xvj. Ita & hoc manna recipi debet cũ amore dei deſurſum venien‑te. Tum ſecũdo. quia amor ille ignis eſt neceſſarius ad hunc cibum decoquendũ vt ſapiat. & nutriat comedentẽ. Sicut enim cibus corporalis nõ proficit nõ habenti calorẽ naturalem. eo ꝙ ille calor ſit cibi decoctiuus: ſic nec cibus iſte cæleſtis nõ habenti calorem ſpũalem. qui eſt amor. Tum etiam. quia hoc neceſſarium eſt ad tollẽdas vanas & ſuperfluas cogitatiões. Nõ enim ſedere poſſunt muſcę ſuper ollam bullientẽ. Amor vero dei intantũ ebullire facit cor hominis: vt vix inſidere poſſint ſup ollam cordis muſcæ moriẽtes. q̃ pdũt ſuauitatẽ vnguẽti. i. deuotionẽ. Et nõ ſolũ amor dei ſed & ꝓximi reqrit'. & hoc ꝓpter mlta. Prio. qa hoc iubet Chriſt'. q (vt iquit Chryſo.) in ſacrificij celebratiõe nihil aliđ niſi de fratris recõciliatiõe

Miſſa. Tres cauſę ꝓpter q̃s nõ celebrat' miſſa ſine ignis lumine.

O Euchariſtia. Q̃ credibile de euchariſtia cõtinetur ſub illo articulo ſanctorũ cõmunione.

P Euchariſtia. Q̃ debet accedi ad ſacramẽtũ cũ amore dei & ꝓximi. & de vtroq; ponuntur rationes.

M.E.C.D. 2016

commonuit dicens. Si offers munus tuum ante altare & ibi recordatus fueris ꝙ habet frater tuus aliquid aduerſum te: dimitte donum tuū ſuper altare. & vade prius recōciliari frī tuo. Secundo. qa accedere ad hoc ſacramentum cum rancore & iracundia eſt repugnans naturæ huius ſacramenti. Ait enim Apoſtolus. j. Corinth. x. Non poteſtis ſimul bibere calicem dei & calicem dæmoniorū. nō poteſtis menſæ domini participes eſſe & menſæ dæmoniorum.

Q Mēſa diaboli. Q menſa diaboli eſt rācor/inuidia/& iracūdia. & de malis q̄ faciūt iſta vicia.

Menſa enim diaboli eſt rancor/inuidia/& iracundia. quæ templum dei ſanctum quod eſtis vos violant. Primo. bona gratiæ conſumēdo. Ioel. j. Ad te domine clamabo. quoniam ignis. ſ. iracundiæ comedit ſpecioſa deſerti. i. virtutes & nobilitatem animi iam a gratia deſerti. Secundo. bona naturæ corrumpendo. Ecclesi. xxx. Zelus & iracundia minuent dies. & ibidem. xxj. obiurgatio & iracundia annihilabunt ſubſtātiam. Nec mirum. quia iracundia eſt modicum illud fermentum. quod totam maſſam bonorum operum corrumpit. Propter quod. j. Corinth. v. monet Apoſtolus. Itaq; epulemur non in fermento veteri. Fermentū vetus rancor inueteratus. Vnde glo. Hanc fermēti corruptionem ſic per partes diſtinguit dicēs. Non in fermento nequitiæ. i. odiendi in corde. neq; in fermento malitiæ. i. nocendi in opere. Quando nequit malus vnum facere: facit alterum. vt quando non poteſt ledere proximum in opere: ledit deum odiendo proximum in corde. & etiam ſeipſum rancorem retinendo. ſed in azimis ſinceritatis. ſ. in affectu contra odium ī corde. & veritatis in intellectu contra rancorem in opere. vt ſinceritas nouam vitam faciat. & veritas omnē fraudem excludat. Hęc glo. Tertio. propter reuerentiam ſacramenti. Eſt enim ſacramentum amoris & vnitatis. Inde Actu. iiij. Anteq̄ dicat̄ ꝙ erant omnes cōmunicantes in fractione panis dicitur. Erat autem multitudinis credentium cor vnū & anima vna. Hinc in primitiua eccleſia quaſi omnes fideles facerent vnum corpus: quotidie hoc ſacramentū ſumebant. Modo vere multiplicatis credentibus & refrigerata charitate. iuxta illud Eſa. ix. Multiplicaſti gentem. nō magnificaſti letitiam. quia non omnes poſſunt aut volunt ſumere. ſaltem aliud ſignum vnitatis. ſ. oſculnm pacis quod tradit ſacerdos: omnes accipiunt. in ſignum ꝙ hoc ſacrificium pacem operatur & etiam p̄equirit. Et ideo propter reuerentiam domini qui in hoc ſacramento ſūmam tibi amicitiam demonſtrat. quando ſuo proprio corpore te cibat: parcere debes proximo tuo. Si enim corpus & animam pro te donauit: modicum eſt vt amore eius fratri tuo qui te offendit condones iniuriam. Vnde Chryſoſtomus homil. de proditione iudę. Ad ſanctum & terribile ſacrificium properas. Occiſus eſt vt cęleſtia pacificet/vt in terra reconciliet vniuerſa: vt te amicum cōſtituat an-

gelorum. Animam ſuam pro te dominus dedit:& inimicus conſeruo perduras. Ille ne mori quidem pro tua vtilitate recuſauit:& tu nec iram tuam conſeruo pro tua liberatione concedis. Sed dicis. Multis me leſit diſpendijs & magnis detrimentis onerauit. Quicquid dicas. non te crucifixit ſicut iudæi Chriſtum. Comple itaq; illud cuius cauſa ſacrificium factum eſt:vt ſacrificio illo perfruaris. Hæc Chryſoſtomus. Quarto. quia eſt ſacramentum cõmunionis. Nihil enim magis eſt quod aſtringat fidem & amicitiam inter homines q̃ eadem communio. Inde eſt vt dicit Guil. pariſieñ. ꝙ maxime execrabilem habent homines proditionem conuiuarũ. Hinc generale ſonat prouerbium. Simul comederamus & biberam⁹ die illo:qualiter me obſeruaſſem ab ipſo. Et propter hoc execrabile eſt odium chriſtianorum:qui in eadem menſa Chriſti comedunt & ſe inuicem mordent & ſibi detrahunt. immo peiores videntur infidelibus. qui iſta nunq̃ facerent. Vnde Chryſoſtomus Pater noſter magno charitatis vinculo ſtudens nos vnire:vt etiam ex vno calice biberemus:effecit. Quæ res maxima nos charitate copulat. Nã ſi latrones cum alteri alteris communicauerint latrocinandi ferocitatem deponant. quibus nos rationibus excuſabimus domini corpori communicantes. & latronum conſuetudinem atrocitate ſuperantes. p̃ſertim cum multis gentilibus. non quoniã vna menſa vterẽtur. ſed quoniam vnius eſſent ciuitatis:ſatis ad amicitiam fuerit. Nos autem qui eiuſdem ſumus ciuitatis. vna nobis domus eſt. eadem via. ianua. radix. vita. quibus idem caput eſt. idem paſtor. idẽ rex. vnus & idem magiſter:ad communicandum proximo trahi non valemus hæc Chryſoſto. ¶ Sexto requiritur. ꝙ hoc ſacramentum cum deuotione & gratiarum actione ſuſcipiat. Vt enim dicit Alex. de hall. Tria in ſeipſo debet conſiderare:qui vult ad hoc ſacramentum digne accedere. Primo. quidem debet in ſe recogitare excellentiam tanti ſacramenti. qualiter accedit illum ſumere coram quo tremunt angelicę poteſtates:vt ad eius reuerentiam excitetur. Secundo. conſiderare debet propriam indignitatem. Oppoſita enim (vt dicit Ariſtote.) iuxta ſe poſita ſenſibiliora fiunt. Et ita magis videtur excellentia maieſtatis eius qui continetur in hoc ſacramento. cum iuxtaponitur indignitas & fragilitas ſuſcipientis. & hoc debet conſiderare vt excitetur ad ſumẽdum cum timore. Ad quod valet ſecundum Guil. pariſieñ. conſideratio cauſę infirmi & peccatoris. quæ ibidem agitatur. Ait enim. Si cauſam tuã non vno crimine. ſed innumerabilibus criminibus ibidem agi attenderes:ſi accuſatiões quas aduerſum te diabolus proponit audires:ſi inſcriptionem legeres:ſi clamores peccatorum tuorum & cõſcientię tuę teſtificantis audires:non abſq; timore. non abſq; pudore/dolore. &

R
Euchariſtia.
C[illegible]dẽ dũ e ad euchariſtiam cũ deu[illegible]io ne. & q tria debet cõſiderare acce[illegible]us.

eiulatu ſuſpirijs & rugitu, lachrymis & luctu: tã diſcriminoſo negocio tuo intereſſes. Econtrario ſi dñm Chriſtũ aduocatũ. ſolã diuine pietatis abundantiã. ſolãq; ipſam iuſtitiã ſuam. ſolãq; oblatiõis corporis & ſanguinis fragrantiã pro te allegantem fidei oculis cerneres: non tibi mixtio inutiliũ fabulatum diſcriminoſę cauſæ tuæ attentionem abrũperet. Hæc Guil. Tertio. in cõſideratione diuinæ beneficẽtiæ debet aſcendere: q̃ maxima & multiplex apparet i bñficio huius ſacramenti. vt p hoc excitetur ad duo. Primo quidẽ ad confidendũ in ipſa bonitate: vt ad eam cõfidentius appropinquet. Dato enim q aliquis cõſiderando magnitudinẽ huius ſacramenti moueatur motu reuerẽtiæ & timoris. ppter quẽ aliqñ a ſuſcipiẽdo vel celebrãdo ceſſet: cõfidens tamẽ de ipſa bonitate ſi pparatus accedat: videtur q plus mereatur hac cõfidentia & pparatione cũ celebratione q̃ ille qui cũ reuerentia eius & timore perterritus nõ accedit. Nam accedẽs non ſolũ intendit ad cõmodũ propriũ ſed etiã proximorũ. Secũdo. quia intẽdit repſentare illam ſummã charitatẽ qua ppter nos paſſus eſt Chriſtꝰ. Tertio. illã ſũmã potẽtiã qua Chriſtus deus & hõ ſub illis ſpẽbus cõtinetur. Quarto. congruentiã diuinę ſapientiæ qua exprimitur q vñ mors oriebaẽ inde vita reſurgeret. Secũdo mouet ad gratiarũ actionem. Hæc Hall. Quia cor nobile ſolicitũ eſt qualiter bñfactori ſuo poſſit retribuere. iuxta illđ Pſal. Quid retribuam dño pro omibus quæ retribuit mihi. Et Tobiæ. xiij. Quam mercedem dabimus ei: aut quid dignum poterit eſſe beneficijs eius. Chriſtianus enim ad illam menſam veniens debet cogitare qualia ſibi ſunt appoſita. ſciens quoniam talia oportet eum pręparare. Prouer. xiij. Debet enim dicere qui accedit ſi diues eſt & potens. Domine tu hodie me reficis magnifice. Ideo ſicut hodie debeo refici ad mẽſam tuam. ſic & ego volo q in membris tuis tu comedas ad meam. & q illa die duos vel tres pauperes reficias vel plus ſecundum tuam facultatem. Sexto debet illud recipere a miniſtro idoneo. non a muliere. non a laico. non a diacono vbi poteſt haberi copia ſacerdotis. nec a quolibet ſacerdote ſed ab epiſcopo proprio vel a plebano proprio vel illo cui aliquis talium licentiam dederit. Nec etiam a quocumq; prælato proprio. ſed a nõ excommunicato. non interdicto. non ſuſpenſo. non hæretico. non ſciſmatico. non ſimoniaco. non fornicario notorio. ¶ Circa qđ aduertendum eſt ſecundum Richar. in. iiij. d. xiij. q. j. arti. iiij. Q a publico peccatore hæretico/ſimoniaco/ſciſmatico/vel excommunicato non licet hoc ſacramentum ſuſcipere. quia prædictis interdicta eſt diſpenſatio huius ſacramenti ex ſtatuto eccleſiæ. quia ſunt extra vnitatem eccleſiæ in qua ſacramenta conferuntur. Nec etiã a publico fornicatore. quia propter huius ſacramenti reuerentiam

S Euchariſtia. Q i ſuſceptione euchariſtiæ cõſideranda eſt diuina bñficẽtia ppter duo.

T Euchariſtia. Q nõ eſt ſuſcipiẽda Euchariſtia a publico pctõre. hæretico ſimoniaco. ſciſmatico. vł excõicato.

M.E.C.D. 2016

etiam illis interdicta eſt huius ſacramenti diſpenſatio. Sed tamen maior requiritur manifeſtatio criminis fornicationis ad hoc vt euitetur fornicator q̃ ſimoniæ aut ſciſmatis: aut excommunicationis: ad hoc vt caueant homines huiuſmodi ſacramentum ſuſcipere ab eis. Non enim debent vitare fornicarium: niſi ſit conuictus & cond̃enatus per ſententiam vel per confeſſionem in iure factam vel p rei euidentiam quę tanta eſt ꝙ nulla tergiuerſatione poteſt celari. extra de cohabitatiõe clericorum, ac mulierum. Capitulo vltimo: & capitulo ſexto. Et ſic intelligitur illud decretum. d. xxxij. Nullus. Si tamen ſunt publici ex fama eis imponẽte: dum tolerãtur ab eccleſia nec ſuſpenduntur ab epiſcopo: poſſunt ab eis ſuſcipi ſacramenta. Vnde Nicolaus Papa. xv. q. vltima. capitulo vltimo. Sciſcitantibus vobis ſi a ſacerdote qui comprehẽſus fuerit in adulterio. aut ſola fama reſperſus debeatis communionem recipere, nec ne. Reſpondemus. non poteſt aliquis quantuncumq; pollutus ſit diuina ſacramenta polluere. & infra. Idcirco ab eo (vſquequo epiſcoporum iudicio reprobetur) communio percipienda eſt. Et ſi quęratur quare iſtorum pluſq̃ aliorum peccatorum prohibentur miſſę audiri. Reſpondet Bonauentura in. iiij. ꝙ hoc ideo eſt. Primo. in pœnã peccati eorum. quia non ſunt digni conficere. & ſi conficiant: non ſunt digni audiri. Secundo. vt confuſi de culpa redeant ad gratiam. Tertio. vt alij retrahantur ab eorum imitatione. Et ideo quo ad primum eſt opus iuſtitię. quo ad ſecũdum opus miſericordię. quo ad tertium opus prouidentię. Hęc Bonauentura. Dicitur ſecundo. ſecundum eundem. ꝙ citius iſti quattuor prohibentur q̃ alij. ſcilicet hęretici. ſciſmatici & excommunicati. ſimoniaci & fornicarij notorij q̃ alijs vicijs obnoxij. quia iſti directe repugnant huic ſacramento. Nam in hoc ſacramento eſt ſecretum fidei. Ideo repelluntur hęretici. Secundo. eſt vinculum charitatis: ideo pelluntur ſciſmatici & excommunicati. Tertio. eſt vas gratię propter quod Euchariſtia dicitur. Ideo repelluntur ſimoniaci qui gratiam illam vendunt. Quarto. eſt eleuans hominem ad ſtatum ſpiritualem. Ideo repelluntur fornicarij notorij. qui deprimunt ſe vſq; ad carnis fœditatẽ.

¶ Sermo vndecimus de deuotione habenda circa hoc ſacramentum. per thema.

M.E.C.D. 2018

GVſtate & videte quoniam ſuauis eſt dominus. Pſal. xxxiij.

¶Quæritur quomodo ad guſtandum domini dulcedinem nos inuitat Pſal. Per verba propoſita: cum tamen eam abſcondit timentibus ſe. iuxta illud Pſal. Q̄ magna multitudo dulcedinis tuæ domine quam abſcondiſti timentibus te. Si enim ipſa dulcedo a nobis abſconditur: quomodo a nobis videbitur & guſtabitur. Præterea .j. Corinth. ij. Nec oculus vidit nec auris audiuit. nec in cor hominis aſcendit quæ p̄parauit deus diligentibus ſe. Quo modo ergo p̄paratam illam dulcedinem cor deguſtabit: quando in cor hominis non aſcendit? Quomodo illam videbit: quam oculus non vidit?

A Euchariſtia. Guſtꝰ De triplici guſtu & quō guſtatur ſuauitas dn̄i ſacramento.

Reſpondetur ꝙ triplex eſt guſtus. Vnus quidem beatificus ęternę dulcedinis. quo per viſionem claram in ſua multitudine & magnitudine ſuauitatis guſtatur dominus ſicuti eſt. & hic ſolum conuenit beatis. iuxta illud Pſal. Satiabor cū apparuerit gloria tua. & hęc abſconditur a nobis iuxta auctoritates allegatas. Secundus eſt guſtus ſacramentalis. quo per fidem & amorem ſub ſpeciebus ſacramentalibus guſtatur q̄ ſuauis eſt dominus. Et hoc iterum mō multitudo & magnitudo ſuauitatis illius ibi latet abſcondita nec ibi ad plenum guſtatur. quia Abacuh. iij. Ibi abſcondita eſt fortitudo eiꝰ. Non enim poſſet infirmitas vaſculi noſtri tantam ſuauitatem i ꝓpria ſuſtinere. Si enim cecidit Daniel ad viſionem āgeli: quāto magis ad viſionem dei caderemus? Nam & ceciderunt diſcipuli cum viderunt gloriam domini in monte. & Petrus ad vnius ſtillę hauſtum inebriatus eſt. ita vt neſciret quid diceret. Quia tamen guſtꝰ eſt ſenſus qui non ſentit niſi per coniunctionem ad obiectum. vt dicit Philoſophus. ſecūdo de anima. Et diuinitas nimium a nobis nō loco aut p̄ſentia ſed coniunctione & modo quo guſtaretur diſtabat: ipſa ſe nobis per aſſumptam humanitatem coniunxit. Sed quia in carne miniſtrari eam nobis horridum fuiſſet: ſub ſpeciebus guſtabilibus vt eius dulcedinem ſaperemus ſe fecit. Vnde Auguſtinus ſuper Pſal. xxxiij. Miſit filium equalem ſibi: vt per hoc quod tu es guſtes quod non es. Multum erat ad te guſtare ſuauitatem dei. qa remota erat illa nimis & alta. tu autem nimis abiectus & in imo iacens. Ideo in iſta magna ſeparatione miſſus eſt mediator homo. Tertius eſt guſtus ſpiritualis quo per amorē in ſpecie & in ęnigmate ipſum dominum deguſtamus. ſicut illo modo ipſum per fidem videmus & cognoſcimus. & ſic poteſt dupliciter intelligi ꝙ ipſum in hac mortali vita deguſtemus. Primo ꝙ ipſum deguſtare poſſit anima aſſidue. & ſic non eſt poſſibile immo propter multa neceſſe

B ...tio Guſtare. ...

eſt hanc diuinam ſuauitatem ſubtrahi. Primo vt corporis neceſſi- tatibus ſpiritus condeſcendat. ſicut vxor dilecti mariti vacās deli- ciis ſurgere de lecto compellitur: vt compeſcat filiorum & familię clamores importunos. Vnde enim ſpiritus feruens efficitur: inde corpus gemens neceſſitate ſubtracta viribus eneruatur. Nam ex eodem lacte caſei bonitas nō cauſatur: niſi dulcedini butyri detra- hatur. Secundo ne circa opera actiuę vitę viri perfecti remiſſius agant huius dulcedinis amore illecti. Inde & Moyſes q̄uis domini ſuauitatem in monte deguſtaret: iuſſus eſt tamen propter neceſſi- tatem populi deſcendere. Tertio propter maius meritum. quia de ficiente deuotionis ſolatio: ex fragilitate noſtra naſcitur humilitas & detumeſcit faſtus & reprimitur pręſumptio de ſtulta ſecuritate & incutitur ſalubris timor. Hinc Auguſtinus ſuper illud Pſalmiſtę. Q̄ magna multitudo. Etiam eos quos emendas domine multū amas. & ne diſſoluta ſecuritate negligentius agant: abſcondis ab his dulcedinem amoris tui. quibus vtile eſt timere te. Quarto vt noſtrum dilatetur deſiderium & cor extendatur vt amplius capia- mus ipſum & acceptum magis diligamus & cuſtodiamus. Vnde Philoſophus. ij. Topicorum. Magis amamus cum habemus quod non eſt facile ſumere. Quinto quia nondum capax eſt anima tantę aſſiduitatis. Nec enim nubilis eſt anima quādiu eſt in hoc mūdo. vt ſit ſemper cum ſponſo ſuo. ideo nec vinum nuptiarū conuenit ei bibere. & propterea ſibi ſubtrahitur iſta aſſiduitas quouſq; per- ueniat ad gloriam. & dicatur ſibi illud Ezechiel. xvj. Tempus amā tium temp⁹ tuū. Secūdo modo pōt intelligi q̄ guſtetur nō in fonte ſed in riuulo dulcedinis & per aliquā morulā tēporis. & ſic queād- modū clamator vini vt guſtet de vino vnuſquiſq;: modicum dat in paruo cipho. vt poſtea in taberna ſupra dolium vſq; ad ebrietatem bibatur. ſic quoadúſq; ſimus in taberna paradiſi nunc dat nobis dominus deguſtare paululum de deliciis paradiſi. Et hoc eſt quod Dauid clamator huius vini dicebat. Guſtate (inquiēs) & videte q̄m ſuauis eſt dominus. Vt autem guſtare paululum poſſimus: ad ma- trem noſtram recurramus dicentes Aue.

Guſtet hic aīa conti- nue ſuaui- tatem dei.

¶ Cum viſus inter ſapores non diſcernat: quomodo propheta di- xit. Guſtate & videte quoniā ſuauis eſt dominus. Non enim vide- tur ſuauitas: ſed guſtatur. Reſpondetur ad hoc per tres ꝓpoſitiōes. Prima eſt. Licet guſtus corporalis poſſit eſſe ſine viſu corporali et nō ecōuerſo. nō tñ poteſt guſtus ſpiritualis eſſe ſine viſu ſpirituali. ſed bene ecōuerſo. Q̄ guſtus corpalis poſſit eſſe ſine viſu patet in cęco qui optime iudicat de ſaporibus. Sed q̄ nō econuerſo patet. quia ſenſus guſtus neceſſarius eſt ad cōſeruationē vitę humanę. iij. de aīa. & per cōſequēs ad cōſeruationē viſus. Sed q̄ guſtus ſpiritua



M.E.C.D. 2016

C Guſtus. In quo fūdatur guſtus ſpūalis. & quō poſſit eſſe ſine viſu ſpirituali.

lis nō poſſit eſſe ſine ſpirituali viſu patet: quia nō poteſt ſentire quis diuinam bonitatem. niſi eam cognoſcat. & ſaltem vel lumine fidei videat. Guſtus em̄ iſte in amore fundatur. amor autem iſte ſine cognitione eſſe non poteſt. Quia enim ratio per fidem videt diuinā pulchritudinem: ſtatim exardeſcit in guſtum & amorem illius: ita vt nihil ei difficile reputetur: dūmodo eius dulcedine inebrietur. Conſiderata enim a Iacob pulchritudine Rachel multi anni pauci dies ei videbantur prę amoris magnitudine. Hinc & de muliere forti dicitur Prouerbio. vltimo. Guſtauit & vidit. quia bona eſt negociatio eius. ideo manum miſit ad fortia toleranda & facienda: vt eam deguſtare poſſit dulcedinem quam fide vidit & cognouit. ideo bene Pſalm̄. viſum cum guſtu coniunxit dicens ſimiliter. Guſtate & videte &c. Viſus tamen ſpiritualis ſępe ſine guſtu ſpirituali eſt. Nam Philoſophi & ſimiliter multi moderni doctores multa naturali lumine & ſtudio continuo cognouerūt. Sed vt dicitur Roma. j. Obſcuratum eſt inſipiens cor eorum. i. non ſapiens illam dulcedinem. & euanuerunt in cogitationibus ſuis. quia in cogitatione & cognitione rerum naturalium ſteterunt. nec vltra vſq; ad ſaporem proceſſerunt. Iudicant enim multi de illa dulcedine ſicut doctores loquuntur de mellis natura & origine: qui tamen mel nunq̄ guſtant. ℂ Secunda propoſitio. Licet guſtus ſpiritualis diſtet a corporali: ab ipſo tamen corporali guſtu per ſimilitudinem trāſlatum eſt nomen ad guſtum ſpiritualem. Primo quia ſicut ſcd̄m Ariſto. tertio de anima. Guſtus vt eſt quidam tactus eſt neceſſarius ad ſubſiſtentiam vitę humanę. ſic & guſtus verbi dei. immo ipſi⁹ dei. Inde Paſchalis hymnus. Cuius corpus ſanctiſſimum in ara crucis torridum cruore eius roſeo guſtando viuimus deo. Secundo quia ſicut guſtus eſt cauſa augmenti corporalis. inquātum eſt cauſa incorporationis cibi. Vix em̄ poteſt ſumi cibus: niſi conſentiente guſtu: ſic guſtus iſte cauſa eſt ſpūalis augmēti aīę & gratię amplioris. j. Petri. ij. In eo creſcatis in ſalutem. ſi tamen guſtaſtis quoniam ſuauis eſt domin⁹. Tertio quia ſicut poſt guſtationē cibi remanet memoria dulcedinis. & inde homo poſtea cęteris qui non guſtauerūt facit feſtum. licet non remaneat guſtata dulcedo: ſic poſt guſtationem huius precioſiſſimi cibi ſpiritualem vel ſacramentalem, licet forte tranſeat dulcedo deuotionis: tamen memoria huius dulcedinis & deguſtati cibi adhuc remanet: vnde conſurgit gratiarū actio & vox laudis. Pſal. Reliquię cogitationis. ſ. deuotionis ſanctę memoria. diem feſtum agent tibi. ℂ Tertia ꝓpoſitio. Licet viſus corporalis etiam bene diſpoſitus de obiecto corporali guſtus iudicando ſępe decipiatur. Multi em̄ de ſapore vini per viſum iudicāt: qui tamen facile decipiūtur. Sic Geñ. iij. Vidit mulier lignum q̄d eſſet

D Guſtus. De ſimilitudine guſtus ſpūalis ad corporalem.

tic ... a

M.E.C.D. 2016

pulchrum viſu & ad veſcendum ſuaue. & propter ſolum viſum iudicãs decepta eſt. quia morſum amariſſimum guſtauit: vnde morſellus mortis amariſſimus proceſſit. Viſus tamen ſpiritualis bene diſpoſitus nunq̃ de ſaporibus ſpiritualibus male iudicat. Quia tamen per ſe illos ſapores non ſentit: optime coniunxit Pſal. vnũ cũ alio dicens. Guſtate & videte: quoniam ſuauis eſt dominus.

¶ Et quia ad guſtum indiſpoſitum neceſſario tria exiguntur: ſcilicet excitatiuum appetitus guſtus. ſapor optimus cibi. & ablatio inficientium guſtum. ideo in hoc ſermone & ſequenti tria deducentur. Primo quę & quot ſunt excitatiua appetitus circa hunc cibum ſacramentalẽ. Secundo quis ſapor huius cibi. Tertio quę ſunt impedientia guſtum iſtum: cur tantum ſaporem non ſapit homo.

E Eucharistia. Quõ labor pœnitẽtię excitat ad deuotionem circa euchariſtiã.

¶ Sunt autem quinq; quę maxime videntur excitare appetitum ad deuotionem circa huiuſmodi ſacramentum. Primum eſt pœnitentię & afflictionis labor. Hoc eñ in naturalibus ſimiliter inuenitur. Nã poſt multũ laborem valde eſurit agricola. & ſano appetitu comedit. Hinc eſt ꝙ populus ſimul exiſtens in deſerto (per quod pœnitentia ſignificatur) flagrauit deſiderio carnium. Numeri. xj. Et iterum petra produxit aquas in abundantia. quia dura vita pœnitentię aquam deuotionis educit. Pſal. Poſuit deſertum .ſ. pœnitentię in exitus aquarum. Inde eſt ꝙ quando volumus aliquã ſolennitatem cum deuotione celebrare prius ieiunamus & laborem pœnitentię a nobis prius exigimus. Et ꝓpter hoc ante paſcha diebus quadraginta corpaliter ieiunamus & a carnibus abſtinem⁹: vt deuotiori appetitu carnes agni comedamus. Ex quo etiã videm⁹ religioſos viros arctã ducentes vitam: pręceteris quaſi continua deuotione ſaturari. Pſal. Percuſſit petram. i. durum cor baculo pœnitentię. & fluxerunt aquę deuotionis. abierunt in ſicco. i. in arido corde flumina. i. abundantia deuotionis. Non ſic carnales & delicijs vacantes. quia Eccleſiaſt. x. Muſcę morientes perdunt ſuauitatẽ vnguenti. Muſcę ſunt immundi luxurioſi. qui qñ moriũtur: ſuauitate delectabiliũ priuãtur. Nõ eñ habẽt ſuauitatẽ illius ſacratiſſimi liquoris qui effuſus eſt in ara crucis in generis humani lauachrũ

F Verbũ dei. Qꝫ verbũ dei excitat ad deuotionẽ i deũ.

¶ Secundũ eſt verbum dei. Vnde Guil. pariſieñ. Sicut guſtus in ſingulis ciborum & potuum varietatibus inuenit quod appetitũ eius excitet/nutriat/& augeat: ſic & cor mundum in omnibus verbis dei & viri boni inuenit quod amorem eius in deum excitet/nutriat/& augeat. Verbum enim hominis ſancti eſt velut Helię verbum. de quo Eccleſiaſt. xlviij. Verbum eius quaſi facula ardebat: vt ſentiens & audiens dicat illud Pſal. Ignitũ eloquiũ tuum vehementer. & exinde ſequitur deuotio excitata. quia ſeruus tu⁹ dilexit illũ. Ex tali eñ eloquio cõſurgit amor & dilectio & dulcedo cordis.



M.E.C.D. 2010

Pſal. Emittet verbū ſuū.ſ.doctrinā.& liquefaciet ea.i.corda per deuotionē.flabit ſpiritus eius.ſ.p̄dicatoris & in audiēte.ſ. fluēt aquæ deuotionis. vt ſic dicat illud Pſal. Q; dulcia faucibus meis eloquia tua ſuper mel ori meo. Inde & Pſal. prępuidens hoc futurū dicebat. Virtutē terribilium tuoꝝ dicēt.ſ.prędicatores. & magnitudinē tuā in miraculoſis operibus narrabūt.& tunc memoriā abundātię ſuauitatis tuę eructabunt. Et pręcipue inflāmat recitatio beneficiorū Chriſti.& ſingulariter ſancti huius ſacrificij plus q̄ eoꝝ q̄ facta ſunt in antiqua lege. Nā vt in figura contingebat illis:iudęi faſtidientes manna.i.veteris legis beneficia ad ollas carnium ſuſpirabant.i.ad beneficia humanitatis & carnis Chriſti. Inde dicitur Canti.v. Anima mea liquefacta eſt vt dilectus loquutus eſt. ❡Tertiū excitatiuum eſt vanitas cordis noſtri. Ex vacuitate enim ſtomachi magis acuitur appetitus.& inde plus deſideratur cibus. Hęc autem vacuitas ex tribus penſari poteſt. Primum quidem cum ex humilitate noſtra vacuos nos omni bono & meritis conſpicimus. & tūc cū nos ſic aſpiciamus:in maiorem lachrymarum abundātiam defluimus. Deus eñ nō vult faſtidioſos & plenos ſaturare. ſed tm̄modo eſurientes.quia Lucę.j. Eſurientes impleuit bonis:& diuites dimiſit inanes. Pſal. Dat eſcam eſurientibus. Hanc autem bonorū vacuitatem facile conſideramus, cum ſecundo eam penſamus ex plenitudine malorum morum quos debemus euacuare: vt hoc ſacramentum debite ſuſcipiamus. Inſtrumentū eñ muſicū ſi terra vel liquoribus impleatur:nūq̄ daret harmonicū ſonum:ſed neceſſe eſt vt talibus euacuetur. Sic ſi voluerimus deo deuotū offerre ſacrificium:neceſſe eſt vt fiſtula noſtri cordis vacua ſit a pompis & ſuperbia ſeculi & luxurię immundicia.cum etiam medicina recepta in ſtomacho vacuo melius operetur. Ideo faciendum eſt in modū lupi.qui cum fame vrgetur terram comedit & ea ventrem ſuum implet:ſed inuentis bonis cibarijs prioribus ſe euacuat:vt bonis repleri poſſit. Sic malis affectibus & vitijs cunctis nos euacuemus: vt hęc medicina melius operetur in nobis.& cibus ille dignius & affectuoſius percipiatur. Vnde & dicebat Apoſtolus.j. Corinthio. xiij. Cum eſſem paruulus loquebar vt paruulus:ſapiebam vt paruulus. Cum autem factus ſum vir, euacuaui quę erant paruuli. Et ideo cum quis ſe vacuū deuotione ex humilitate reſpicit: quādoq; ſic acui poteſt appetitus eius & excitari. dum tertio conſiderat ex vna parte alios fideles auido appetitu hunc cibum guſtantes.& ex oppoſita parte animam ſuam totam faſtidientem. Alterius enim appetitus auidus : faſtidientem excitat ad ſimiliter deguſtandum. Sicut cum videmus viros ſanctos vel fœminas ad hunc cibum cum magno feruore & alacritate accedētes:certe appetitum

G Euchariſtia. Q; vacuitas cordis excitat ad appetitū cibi ſacramentalis. & in quo conſiſtit.

H

habemus emortuum:niſi ad ſimilia pręparetur & excitetur. Ferrum eñ ferro acuitur: & ignis igne accenditur. ¶Quartum excitatiuũ eſt ſancta & pia oratio. Eſt enim hęc deuotio dei donum. nec ſemper ad voluntatem haberi poteſt.ideo ſollicite petenda eſt a domino.iuxta quod Ioſue.xxv.dixit Axa patri ſuo Caleph.Terram arẽtem dediſti mihi.iunge & irriguam.& dedit ei irriguum inferius & ſuperius.ſ.lachrymam pro peccatis.quod eſt inferius irriguum.& lachrymam pro dilatione cęleſtis patrię.cuius hic cibus eſt pignus. Vnde oratio eſt fumus quidam. Apoca.octauo. Aſcendit fumus incenſorum de orationibus ſanctorum.& Pſalm̃. Dirigatur domine oratio mea ſicut incenſum.Fumus autem ſcd̃m Grego.homi.vlti.ſuper Ezechiel.lachrymas excutere ſolet.ideo non eſt mirum ſi ſancta oratio deuotionem excitet. Dicat igitur qui ea caret quod dicitur in Pſal. Expãdi manus meas ad te.ſ.in oratiõe.anima mea ſicut terra ſine aqua tibi. Et ſtatim pius pater implebit quod dixit Eccleſiaſti.xxiiij.Rigabo ortum plantationum mearum:quas plãtaui in eccleſia militante in inundatione & profluuio lachrymarũ. Ait enim in Pſal. Dilata os tuum & implebo illud. dilata inquã os tuum oratione & implebo illud deuotione. Inde eſt ꝙ ante conſecrationem multiplices fiunt orationes:vt illis mediantibus inardeſcat animus ad huius ſacramenti ſuſceptionem. Et cõformiter hoc fit ad dominum: qui cum hanc oblationem diſcipulis offerret vt ederent:prius gratias egit.Hinc Bonauen.dixit in Breuiloquio.ꝙ hoc ſacramentum ab eccleſia pręceptum eſt celebrari cum ſolennitate pręcipua.& quantum ad locum.& quantum ad tempus.& quantum ad verba & orationes. & quantum ad veſtimenta celebrantis:vt tam ipſi ſacerdotes conficientes q̃ etiam fideles ſuſcipiẽtes in ipſum Chriſtum per exceſſiuum amorem ardentiſſime trãſferantur.Si tamen hanc deuotionem iuxta voluntatem noſtrã habere non poſſumus:diſplicere debet nobis.nec propter hoc dimittendum eſt ad altaris ſacramentum accedere:ſi nihil aliud obſtet. Sicut enim ad pręſentiam ignis frigus expellitur: ſic ad pręſentiã carnis Chriſti tepor omnis animi recedit & anullatur. Ait enim Damaſcenus ꝙ caro Chriſti eſt tanq̃ carbo ignitus. Fatuus igitur eſt qui ſe ſentit frigidum vel tepidum: & ad hunc ignem vt ferueat nõ accedit. Non eñ mirum eſt ſi inflammatur affectus:cum ibi ſentit homo dominũ ſuum in carne pręſentem.¶Quintum excitatiuũ eſt ſancta meditatio. Vnde Hugo de ſancto victore. Sicut ignem ligna nutriunt:ſic cogitationes deſideria paſcunt. Si bonę fuerint: exardeſcet ignis charitatis:ſi vero malę:ignis cupiditatis. vt dicat quiſquis eſt. In meditatione mea exardeſcet ignis. Nam ſicut oculus paſcitur ex ſpecie:ſic animus paſcitur ex cogitatiõe. Hinc ſcd̃m e

Euchariſtia. Oro. De orõne quõ excitet ad deuotionem circa euchariſtiã.

I

Euchariſtia. Meditatio ſãcta Qꝫ meditatio ſãcta



M.E.C.D. 2016

deuotionẽ & de triplici meditatione.

eundem tres ſunt horę diei. Prima eſt cogitatio peccatorum quę eſt quaſi mane minus habens ſplendoris & caloris. Eſaię. xxvj. In pręcordijs meis de mane vigilabo ad te. Deinde ſubſequitur meditatio ſancta beneficiorum dei quę eſt quaſi hora tertia. vbi plus eſt de vtroq;. & tunc in meditatione mea exardeſcit ignis deuotionis. Sed non adhuc plena eſt inebriatio. cum adhuc ſit hora diei tertia. ſcdm illud Actuum ſecundo. Non enim ſicut vos ęſtimatis hi ebrij ſunt: cum ſit hora diei tertia. Sed poſt hoc ſequitur deguſtatio affectum inflammans. & hęc eſt quaſi hora ſexta ſiue meridies. in qua ſol iuſtitię exurit montes. i. ſanctos viros per feruorem deuotionis eleuatos. Eccleſiaſti. xliij. tripliciter ſol exurens montes. Vnde ſcdm Bernard. in materialibus videmus ꝙ ignis dum accenditur. Primo videtur ignis cum flamma & fumo. deinde ignis cum flamma & ſine fumo. & tunc demum & tertio omnia igniuntur & in ignem conuertuntur. Sic cor noſtrum carnale quaſi lignum viride & necdum ab humore carnalis concupiſcentię exiccatum: quando aliquam diuini amoris vel timoris ſcintillam conceperit. primũ quidem prauis deſiderijs reluctantium paſſionum fumus oritur. deinde roborata mẽte cum flamma amoris validius ardere cœperit: omnis perturbationum caligo euaneſcit. & iam pura mente animus ad contemplationem & deuotionem ſe accendit. nouiſſime vero in idipſum dulcedinis quaſi totus ignis in ignem conuerſus: ab omni ſtrepitu & perturbatiõe pacatiſſim⁹ requieſcit. Et ſic ſunt tres modi meditationũ. Vna eſt quę propter paſſiones modicam gignit delectationem. Secunda deuotionem excitat. Tertia vero tota ignea eſt & inflammata. Nõ quidem meditatio qua meditetur quis velut vetus ſimia dolos & odia. non ſicut canis rabioſa ſilentia rodens iuxta verbum ſatyrici. non quaſi ſodida ſus: dum fœdiſſimas in anima verſat & reuerſat cogitationes: ſed in ſimplicitate cordis quę circa hoc ſaluberrimum conuiuium diuina magnificentia pręparauit. vt dicat illud Eſaię. xxxviij. Meditabor vt columba: quę in ſimplicitate & ad ſui vtilitatem meditatur.

K

Euchariſtię Meditatio. Qꝫ quadruplex põt eẽ fructuoſa meditatio circa [illegible]

¶ Circa vero hoc ſacramentum ſcdm Guillelmũ quadruplex poteſt eſſe ſancta & fructuoſa meditatio & deuotionis excitatiua. Prima eſt omnipotentis virtutis diuinę admiratio. non quidem dubitationis ſed laudis & magnificatiõis. qua tã mirifica tranſſubſtãtiatione panem cæleſtem potumq; ſalutarem ſub forma panis & vini viſibiliter exhibet. Mirabile enim eſt ꝙ panem illum quo pleno ore reficiuntur angeli: nunc ita arctum ſua ineffabili poteſtate effecerit. iuxta promiſſa Eſaię. xxx. Dabit vobis dominus panem arctum & aquam breuem. i. deuotionem & attentionem breuem. quia illa continuata & perpetua nobis reſeruatur hęreditarie poſ-

M.E.C.D. 2016

ſidenda. Eccleſiaſt. xxiiij. Spiritus meus ſuper mel dulcis .i. dulcedo ſpiritualis quam ſentio eſt ſuper omnem temporalem dulcedinem ſaporoſa. Sed hęreditas mea ſuper mel & fauum. quia dum hęreditarie poſſidebitur omnem tranſitoriam dulcedinem quę cogitari poſſet excedet. Secunda meditatio eſt diuinę ſapientiæ & prouidentię. qua adeo ſalubriter. adeo conuenienter noſtrę eruditioni & refectioni pro ſtatu noſtræ paruulitatis & imperfectionis conſultum eſt: vt ipſa forma viſibilis a deo pręparata nos ad ipſam refectionem inuitet. & ſanctę refectionis communionem nos inuicem habere ſuadeat. Quandoq; enim libentius & ſapidius comeditur cibus ratione eius qui pręparauit: ſicut puer infirmus cibum quia mater eius pręparauit. Sic & diuina ſapientia nos inuitat ad hoc ſacramentum communicandum dicens illud Prouerbiorum nono. Venite comedite panem meum. & bibite vinum quod miſcui vobis. Tertia meditatio eſt diuinę bonitatis abundãtia & diuitię: quæ nobis ibi ſpiritualem ſocietatẽ & refectionẽ tanta pröptitudine offert & tanta hilaritate ac feſtiuitate: niſi per nos ſteterit ſe exhibet. Si enim naturaliter amat paruulus nutricem de cuius lacte nutritur: quantum a nobis amanda eſt bonitas quæ tam ſumptuoſe & ſollicite ſeipſa nos paſcit. Quarta meditatio eſt miſericordię diuinæ recogitatio. in hoc ꝙ proprio filio ſuo non pepercit de⁹. ſed pro nobis omnibus tradidit illum. Romano. octauo. Hęc eſt autem commemoratio dominicę paſſionis: cuius hoc ſacramentum eſt memoriale. Ait enim. Hoc facite in meam commemorationem. Cogitare enim ꝙ triangulus habet tres: non parit dulcedinem cordis. Sed meditari ꝙ Chriſtus pro nobis paſſus eſt generat teneritudinem mentis & conſequenter amorem. qui velut calor hunc fructum digerit. vt ſic poſſit dici illud Canticorum ſecundo. Fructus eius dulcis gutturi meo. Aſpectus enim boni amati dulcedinem & affectum gignit. Sic meditatio qua Chriſtum ſpiritualiter aſpicimus in cruce: ſuauitatem ac iubilum cordis efficit. Quando enim pauper replicat micas ſuas quas in biſſacco ſuo repoſuit. & ibi inuenit vnum bonum morſellum inter cæteros: tunc accipit illud cum magno ſapore. Sic quando paupertas noſtra replicat & cõſiderat omnia beneficia dei. cum inter cętera dulciſſimum ſit paſſio Chriſti: ſequitur ꝙ eius cogitatio maximi ſit ſaporis & deuotionis generatiua. Et ita ſcdm Guillel. Dum omnipotentem virtutẽ ad tranſmutandas ſubſtantias & naturas propter ſalutem noſtram promptam & paratam cernimus: dũ eius ſapientiam ita ſtudioſam circa ſalutẽ noſtrã: ipſa eadem illuminante cognoſcimus: dũ eius bonitatẽ adeo largã & redundãtẽ cõſpicim⁹. dũ miſericordię ei⁹ ſupabũdãtiſſimã multitudinẽ miſerijs nr̃is tot



M.E.C.D. 2016

deuotion[e] & de tripl[i]ci me.

& tantis pręſidijs occurrentem adeo largam & redundantem erga nos experimur. quis adeo frigidus aut amore terrenorū gelidus vt tantis beneficiorum facibus non inflammetur? adeo vt ex iniecto oleo iſto in noſtris lignis aridis mens ad cæleſtia & ad amorem diuinum non incendatur? Certe non eſt qui ſe abſcondat a calore eius. Hæc Guillelmus.

¶Sed queritur primo vtrum meditatio myſteriorum dei & maxime paſſionis Chriſti ſit cauſa deuotionis excitatiua. Videtur ꝙ nō quia nulla cauſa impedit ſuum effectum: ſed litterati viri & intellectuales qui meditationibus ſubtilibus intelligibilium vacant: ſunt quaſi ab hac deuotione aridi. vbi ſimplices & idiotę lachrymis deuotionis irrigātur. Et ſi qui ſint literati qui hac deuotione polleāt: hoc non eſt ex alta contemplatione ſupernorum. vt pote diuinitatis ſed magis humanitatis dei, quę talis meditatio non eſt deuotionis excitatiua. Pręterea. effectus deuotionis eſt lętitia. vt patet ex collecta. Quos ieiunia votiua caſtigant: ipſa quoq; deuotio ſancta lętificet. Sed ex meditatione paſſionis Chriſti cōſurgit afflictio quędam ſcd̄m illud Threñ. iij. Recordare paupertatis meę & trāſgreſſionis & fellis. & ſequitur. Memoria memor ero & tabeſcet in me anima mea. igitur. &c. Reſpondetur ſcd̄m Thomam ſecūda ſecundę. q. lxxxij. arti. j. ꝙ duplici ratione carent litterati hac deuotione.

L Deuotio. Q[uare] l[ite]rati cōmunit' carent deuotiōe & q̄re

Primo quia vt plurimū nō cōſiderant ſuę ſaluti vtilia ſed magis vanis argumentationibus & ſophiſticis cautelis intendunt: quæ ſolū prouocant intellectum & non commouent affectum. ideo non eſt mirum ſi aridi permaneāt. Si enim mandata dei ſcrutarentur: ambularēt in latitudine cordis & deuotionis. ſicut Pſalm̄. dicebat. Et ambulabam in latitudine. quia mandata tua exquiſiui. Vnde Eſa. xix. Confundentur qui operantur linum plectentes & texentes ſubtilia. Secundo propter eorum elationem. quia ſcientia & quicquid ad magnitudinem pertinet: occaſio eſt ꝙ homo confidat de ſeipſo & non totaliter ſe deo tradat. quod eſt indeuotionis cauſa. & inde ſequitur ꝙ hęc quandoq; deuotionem impediunt. Sed in mulieribus & ſimplicibus deuotio abundat: eo ꝙ ſe nihil ęſtimantes elationem comprimunt. Ideo ſibi non innituntur ſed ſoli deo dicentes illud Pſalm̄. Mihi autem adhęrere deo bonum eſt: & ponere in domino deo ſpem meam. Si tamen ſcientiam & quamcunq; aliam perfectionem homo perfecte deo ſubdat: ex hoc augetur deuotio.

M Deuotio. Q[uod] ꝯſideratio diui[nitatis] ... [e]ſt

Dicitur ſecundo ꝙ conſideratio ſeu meditatio diuinitatis eſt de ſe maxime excitatiua deuotionis. ſed ex debilitate mentis humanę indigemus per hęc viſibilia manuduci ad cognitionem & amorem diuinorum. Et ita per humanitatem Chriſti et ea quæ circa ea facta ſunt: ducimur ad diuinitatem cognoſcendam & amā-

M.E.C.D. 2016

dam. Et hoc eſt quod dicit Grego. in pfatione. Vt dum viſibiliter deum cognoſcimus per hunc in inuiſibilium amorem rapiamur. Dicitur tertio. ꝙ quia deuotio principaliter ex conſideratione diuinę bonitatis procedit. propter quā voluntas ſe totā deo deuouit & tradidit. Ideo ad hanc per ſe ſequitur delectatio. iuxta illud Pſalmi. Memor fui dei & delectatus ſum. per accidens tamen ſequitur quādoq; triſtitia. puta ex dilatione fruitionis conſummatę tanti boni. ſecundum illud Pſal. Sitiuit anima mea ad deum fontem viuum. & ſequitur. Fuerunt mihi lachymę meæ panes die &c. Et ideo in paſſione Chriſti eſt aliquid quod contriſtet. ſ. defectus humanus ꝓpter quem tollendum oportuit Chriſtum pati. ſed eſt aliquid quod nos lętificet. ſ. dei erga nos ſumma benignitas. quæ nobis de tali liberatione prouidit.

de[illegible] nis catiua.

¶ Quæritur ſecundo. vtrum lachrymæ requirantur ad deuotionem. Et videtur ꝓ non. quia lachrymæ ſunt effectus triſtitiæ. deuotio autem gaudium gignit. ergo non ex deuotione procedunt. nec deuotionem ptendunt. Secūdo. multi ſunt valde boni. qui nō poſſunt fundere lachrymas propter duritiam complexionis. quomodo ergo tales perpetuo priuarentur illo dono dei. Tertio. deuoti erunt maxime qui habitabunt in patria. ſed tunc abſterget deus omnem lachrymam ab oculis ſanctorum ſuorum. Apoca. vij. Igitur. Reſpondetur. Primo. ꝙ lachrymę oculorum non ſunt neceſſario ad deuotionem requiſitę. Patet. quia vt plurimum iſtę lachrymę procedunt ex aliqua paſſione amoris ſenſitiui. vel ex teneritudine complexionis. quæ tamen non inuenitur in ſingulis. Vnde ſecundum doctorem ſubtilem. iij. ſenten. d. xxvij. Quidā deuoti ſentiunt aliquam maiorem dulcedinem q̄ alij multo ſolidiores in amore dei. & qui in centuplum promptius ſuſtinerent martyrium. nec illa dulcedo eſt actus voluntatis elicitus. ſed paſſio q̄dam actui retributa. qua deus allicit & nutrit paruulos ſuos ne deficiant in via. vt dicit idem Scotus. & hoc idem dicit Pſal. Allidet (inquiens) paruulos ſuos ad petram. Ex eo enim ꝙ tales paruuli allidūtur ad petram Chriſtum ex conſideratione ſuorum beneficiorum: inde ſequitur fluuius lachrymarum. ſicut paruuli cum ſe allidunt ad petrā ꝓtinus lachrymantur. Dicitur ſecundo. ꝙ ſi ſponte profluant lachrymæ ſignum eſt interioris amoris. Signum enim eſt ꝙ calor abundat in capſella: cum inde clarus & feruens liquor eliquatur & emanat. Vnde ſubcinericius Chriſti panis non eſt Heliæ miniſtratus ſine aqua: vbi tamē coruus Heliam pauit. nec ſibi miniſtrauit aquā. ſed tm̄modo carnes. iij. Reg. xvij. Sic diabolꝰ aliquādo hoīes ad hūc paſtum adducit cum ſine aqua deuotionis ibidem accedunt. Ideo non vitam ſed magis mortem ibidem percipiunt. quia vt dicitur.

N Deuotio. Q lachrymę nō requirunt ad deuotionem

M.E.O.D. 2016

Eccleſi.xxix. Initium vitæ hominis panis & aqua. panis: ſcilicet ſacramentalis. & aqua contritionis vel deuotionis. Et notanter dicit ſponte. quia quidam ſe exaſperant & grauant ſuam partem ſenſitiuam: vt inde lachrymas elicere poſſint. Sed iſtę non ſunt lachrymę cordis ſed corporis tm̄. non deuotionis, ſed magis quandoq; ex elatione procedunt. quaſi homo dignus ſit qui hoc donum dei rapiat. Lachrymæ enim deuotionis ſponte procedunt a corde & ab oculis. Myrrha eni electa quæ dat ſuauitatem odoris: non inciſa, ſed ſine violentia ſtillat. Dicitur ſecūdo. ꝙ lachrymæ non ſolum procedunt ex triſtitia ſed etiam quādoq; ex quadā affectus teneritate. ꝑcipue cum ꝯſideratur aliquod delectabile cū ꝑmixtiōe alicuius triſtabilis. ſicut ſolent homines lachrymari ex pietatis affectu: cum recuperant filios vel ſuos charos amicos quos ęſtimauerunt ſe perdidiſſe. & per hunc modum lachrymæ ex deuotione procedūt. Hæc Tho. ſcđa ſcđe. q. lxxxij. arti. iiij. In ſolutione ad vltimum. Dicitur quarto. ꝙ dupliciter lachrymas emittimꝰ. Vnomō lachrymamur pro peccatis noſtris aut eis q̄ propter peccata noſtra cōtingūt. ſicut ſunt tribulationes & anguſtiæ quas patimur. Et iſtę lachrymæ omnino ceſſabunt in cęlo. quia tūc lapſus in peccatū nō erit: q̄ñ aīa erit in deo ſolidata & ſecura. iuxta illđ Pſal. Eruet oculos meos a lachrymis & pedes meos a lapſu. Super quo Augu. Tunc autem eximet oculos noſtros a lachrymis. quādo & pedes a lapſu. quia tūc nullus erit lapſus ambulantiū pedum. quādo tunc infirmę carnis nullum erit lubricum. Aliomō lachrymamur ex teneritudine mentis & amore dei. & hoc modo etiam ceſſabunt illę lachrymæ. Tum quia habent aliquem dolorem ſibi annexū. ſaltē de dilatione boni amati. Tunc autē fugiet oīs dolor & gemitus Apoca xxj. Tū etiā. quia lachrymę cauſantur ex reſolutione interiori ſpirituū: quę tunc nulla erit: cum nulla erit amplius in eis corruptio.

A Euchariſtia. Ad ſuauē deguſtatione cibi ſacramētalis requiritur fides/deſiderium & lōga maſticatio ſeu cōſideratio dignitatis

¶ Sermo duodecimus de eadem materia. & per idem thema. Guſtate & videte &c.

AD ſuauiter deguſtandum hoc ſacramētū tria ſunt neceſſaria. quę ad omnem cibi guſtum videntur expedire. Primo requiritur. ꝙ ille qui vult deguſtare opinionem habeat de bonitate & dulcedine cibi. aliter cauſaret ſibi nauſeam. Inde eſt ꝙ filij iſrael quia non multum ſane opinabantur de ſapore mannę: ꝓpter hoc eis cauſabat nauſeam. Numeri. xj. Anima noſtra nauſeat ſuper cibo iſto leuiſſimo. Ideo ad ſuauiter deguſtandum hoc ſacramentum neceſſaria eſt non ſolum huius cibi opinio. ſed etiam firma credulitas. Sine enim fide hunc cibum

vnuſquiſq; eijceret & ſibi nauſeam cauſaret. Sine enim fide nullus ſibi iudicaret deum eſſe preſentem. Propter quod infœlix ille dux de quo.iiij.Reg.vij.ſcribitur. Qui fertilitatem quam p̄dicebat Heliſeus futuram in ſamaria audiuit ſed non credidit:morte preuētus eandem non guſtauit. Sic qui audit & non credit:morte ſpirituali preuentus tantam bonorum fertilitatem & abundantiā que i hoc ſacramento continetur:non deguſtat. Et quia ex opinione cibi delicati generatur in opinante concupiſcentia & appetitus circa eundem. Ideo poſt fidem. Secundo requiritur eſuries/ſitis & feruens deſiderium comedendi hunc cibū.ita vt ſicut vulgo de aliquo ꝓtelante in lōgum ſermonē dicitur.ꝙ eſt lōgus ſicut dies ſine pane:ſic ſibi longa videatur dilatio manducationis huius cibi pre ſiti & eſurie eius.vt quemadmodum dicit Chryſoſtomus.quanta animi alacritate infantes mammillas arripiunt:non minore quoq; cupiditate ad hanc menſam ſpiritualem accedamus. Et quia quādoq; nimis cito deglutitur cibus.& nulla inde inuenitur ſuauitas hinc. Tertio. requiritur longa huius cibi maſticatio. Neq; enim diſtincte perpendi poſſunt ſapores ſpērum:niſi diutius terantur & maſticentur. Et inde eſt ꝙ primo Ethico.dicitur ꝙ ille pultiuorax Philoxenus deſiderabat habere collum gruis:vt diutius ſuauitatem ciborum & vinorum deguſtare poſſet. Hoc autem fit conſiderando ſanctitatem dignitatem/& efficaciā huius ſacramenti. Et ad hoc vt diutius maſticetur:neceſſe eſt os claudi ad turpia.ne incaute dulcedo aromatica amittatur.& per ſilentium cuſtodiam imponere ori ſuo.iuxta illud Eccleſi.xxviij. Ori tuo facito oſtia:& ſeras auribus tuis. Apetiēdum tamen eſt os diuine laudi.iuxta illud Pſal. Os meum aperui & attraxi ſpiritum. Vt ergo attrahere valeamus gratiam ſpirit⁹ ſancti:os Marie aperiamus dicentes. Aue.

¶Cum per Pſalmiſtā dicatur. Suauis dn̄s vniuerſis.& miſeratōes eius ſuper omnia opera eius:quare mali nō ſapiūt aut deguſtāt eū. quia ſi facerent:oīa huius mūdi bona eis vileſcerēt.iuxta illud Grego. Guſtato ſpiritu deſipit omnis caro.quod tamen non faciūt. Reſpondetur ꝙ mali nihil aut parum hunc cibum deguſtant propter duo. Primo. quia hec deguſtatio donum dei eſt. Nebula enim eleuari minime poteſt:niſi virtute corporis celeſtis:ſic nec anima i deuotione:niſi eam eleuet qui educit nubes ab extremo terre. Vnde Pſal. Btūs homo cuius eſt auxiliū abs te.aſcenſiōes in corde ſuo diſpoſuit in valle lachrymarū. Et quia multi ſunt idigni dono dei. Tū primo.quia ſunt inimici eius. optima aūt dona ſolū ſunt amicorū. & optima vina amicis ꝓpinanť. Iſtud aūt vinū deuotiōis ē vinū optimū ꝓ amicis.iuxta illud Cāti.vij. Vinū optimū.dignū dilecto ad potādū.nō iimico pc̄tōri. Iō Pſal. Q̄ bon⁹ iſrael de⁹.ſed his q recto

B Euchariſtia. Quare malis pa[...] ſapit c[...]s ſacramentalis.

M.E.G.D. 2016

ſunt corde. Secundo. quia mali in deo minime delectātur. ſed ma
gis in mundanis rebus & concupiſcentijs. Sed ad habendum dona
dei iubetur illud Pſal. Delectare in domino & dabit tibi petitiones
cordis tui. ſ. dona dei quæ conſiſtunt in tribus. ſ. bonis naturę. bonis
animę. quæ ſunt ſpiritualia. & bonis vtriuſq;. ſcilicet corporis & ani
mæ. quæ ſunt bona gloriæ. igitur. Secundo. quia ſaporat guſtus p
coniunctionem cum guſtabili. Inde eſt q Pſal. anteq̄ inuitet ad gu
ſtandum prius inuitat ad accedendum ad deum dicens. Accedite
ad eum & illuminamini. & quanto plus acceditur ad eum: tāto ma
ior & melior videtur. iuxta illd̄ Pſal. Accedet homo ad cor altum.
ſcilicet fidelis habens cor altum & eleuatum vſq; in deum. non de
preſſum in terram prope mundum. & exaltabitur deus. i. magnus
reputabitur apud ipſum. ſicut de re quę videtur a remotis. quanto
quis appropinquat tanto maior apparet. Sed homines mali & va
ni longe ſunt a deo. iuxta illud Pſalmi. Longe a peccatoribus ſalus.
Ideo non eſt mirum ſi parū eum guſtant aut reputant. immo mul
ti nihil eum reputant. iuxta illud Pſal. Dixit inſipiens in corde ſuo
non eſt deus. Et ſi forte dominus īmittat aliquid de ſuauitate miſe
ricordię ſuę dādo eis bona fortunę & naturę. nihilominus tamē ex
hebetudine guſt⁹ nihil eis ſapit. quia melius ſapiunt eis cardones. i.
ſolicitudines pungentes ſeculi q̄ carnes Chriſti. Dicitur ſecundo. q
mali dum conuertuntur ad dominum: frequenter etiam iuſtis i de
uotione & abundantia lachrymarum p̄ſtant. Hoc patet ex ſimilitu
dine. quia infirmus dum peruenit ad conualeſcentiam. & occaſiōe
ſuę infirmitatis multo tempore caruit appetitu: cum conualeſcit ap
petitus cibi vix ſaturari poteſt. Sic peccator cum per pœnitētiā con
ualeſcit: cum appetitu cordis optimo & cum ſalſa lachrymarum fa
cile donat ei dominus hunc cibum deguſtare. Quod oſtendit do
minus in filio prodigo reuertente. cui vitulus ſaginatus cum choro
& ſymphonia muſica paratus erat a pio patre. quia peccatori reuer
tenti parat deus hunc vitulum ſaginatum in paſſiōe. vt comedat cū
dulcedine & ſuauitate cordis. Et quia dum clamatur vinum indif
ferenter omnibus propinatur ad guſtādum: inde eſt q Dauid hu
ius vini proclamator omnes inuitat tam bonos q̄ malos per verba
propoſita. Guſtate & videte.

¶ Poſtq̄ priori ſermone dictum eſt quæ & quot ſunt excitatiua ap
petitus ad hunc cibum. nunc reſtat dicere de ſaporibus huius cibi
& de impedientibus ſapores eiuſdem. Primo. itaq; dicēdum ē hic
de ſaporibus huius ſacramenti. Licet enim a Guillelmo pariſieñ.
in ſuo ſacramentali plures ponantur: tamen nunc quinq; tm̄modo
dicemus. Si enim panis materialis corpora manducantium in de
ſerto tali ac tanta ſuauitate refecit. & in tali admiratione omnes cō

M.E.C.D. 2016

dentes ſuſpendit:vt quærerent ipſum regem facere.& ipſum corporaliter vbiq; ſeqrentur:quid facturus eſt ille panis cæleſtis longe melior.longe ſapidior in animas digne ipſum ſumentes: niſi ineffabili quadam ſuauitate reficere.& ſic in ſui amorem & admirationem conuertere:vt nihil p̄ter Chriſtum in ſuis cordibus regnare pmittant.ſic ꝙ ipſas trahat omnibus poſtpoſitis in ſui naturam & amorem.¶ Vt autem cibum iſtum ardentius ſuſcipiamus:ſapores illos quinq; deſcribamus.Primo.itaq; ſapit aſſum ſiue vſtulaturam & zeli ardorem.quo ita gloriam patris zelatus eſt.& quo contumeliā ei⁹ adeo ferre nō ſuſtinuit:vt ꝑ illa reſtaurāda ac magnificāda.ꝑ hac vero extermināda mori nō dubitauerit. Eſt ei ibi agn⁹ ī cruce aſſus & in feruore zeli ibidem oblatus.Offerat proinde ſacerdos in ardore deuotiōis ſi poſſit:quoniam deuotio medulla eſt holocauſti. vt dicat illud Pſal. Holocauſta medullata offerā tibi.& inde ſapiens noſter pauperrim⁹ affectus exultet in domino dicens illud Pſal.Paraſti in dulcedine tua pauperi deus.ſed quid paratum prę multitudine & magnitudine neſcit exprimere. Sicut enim qui intrat apothecam vbi venduntur ſpecies odorem omnium aromatū vniuerſaliter ſentit.ſed cuius ſunt ſpecies:exprimere neſcit.quia nō dum aperuit vas:ſic in ſpirituali deuotione circa hoc ſacramentum aliquid ſentiri poteſt,ſed vix exprimi poteſt.Secundo.ſapit frixurā. eo ꝙ igne tribulatiōis frix⁹ eſt in oleo miſericordiæ & charitatis. In hoc enim guſtatur eius miſericordia.ꝙ naturam noſtram aſſumere & portare & pro patrocinio noſtro in ligno pendere dignatus eſt. Qui enim non ſapit huius miſericordiæ dulcedinem:certe vt canis aut porcus ad illud accedit.Propter quod ad rite comedēdum hāc miſericordiæ frixuram ſunt ibi tria maſticanda ſecundum Guillel. Primum.quantum eſuriendus ſit tam ſalutaris cibus.& q̄ ſitiendus tam ſalutaris potus & ſancta & ſobria ebrietas ſpiritus.quam biberat pia mater Auguſtini beata Monica:dū poſt ſuſceptionē ſacramenti in publico clamauit rapta. Volemus in cælum fideles. volemus in cælum.Quæ pulſata quid ita clamaret.demiſſa cū vultu voce.Cor meum(inquit)& caro mea exultauerunt in deum viuum. Altera q̄dam(vt inquit Cancellarius Gerſon)ruptis venis expirauit:vim amoris ferre non ſuſtinens.Hanc etiam ſentiebat q̄dā venerabilis domina nomine Franciſca de pōtianis.de qua narrat Florentinus archiepiſcopus.ꝙ tempore Eugenij quarti conſueuerat ſingulis diebus feſtiuis ſacramēti communionem deuotiſſime ſuſcipere.ſentiebatq; aliquando delectationem ita admirabilem: vt per multum tempus in extaſim raperetur.Quodam die cum ī eccleſia ſanctę cecilię trans tyberim expectaret accipere communionem:ſacerdos ille qui celebrabat aut leuitate ductus aut diabo-

C Euchariſtia. Deſcribuntur quinq; ſapores cibi ſacramental[...]

D Euchariſtia [...] De tribus maſticād[...] ad rite cō medēdū cibum ſa[...]mental[...]m

M.E.C.D. 2016

lica tentatione deuictus. tentauit ſibi dare hoſtiam non conſecratam. Cumq; ori eius appropinquaſſet: recuſauit illā ſumere dicēs. Parcat tibi deus o pater. qui me non ſolum decipere credidiſti ſed etiam idolatram facere voluiſti. Quod poſtmodum ſacerdos compunctus cōfeſſus eſt. Secūdo. quanto lachrymarū diluuio & inundatione lotus eſſe debeat: qui ad tā venerandā mēſam accedit. Tertio. quātę ſit ęſtimatiōis apud deū patrē miſericordiarū. qui ab ipſo ad māducandū panē angelorū inuitat̃. cui & apponit̃. Quid aūt cogitare debet aliud qui refectionē iſtā nō eſurit aut ſitit: niſi mortificatū ſe habere appetitum interiorē: aut ſtomachū plenū ſpurcitijs viciorū: & ebriū ſe eſſe voluptate carnis aut vanitate mūdi? Qui ei abſq; flumine lachrymarū ad illud accedere pſumit: ſe inuitatū non eſſe timere debet: eo ꝙ cōuiuis añ diſcubitū ori & manibꝰ abluendis aqua vbiq; dat̃. Tertio. ſapit charitatis ignē. Ex naturalibꝰ didicimus ex ſimili ſimile generari. & ſimile ex ſimili nutriri. & ignem igne cōuenientius/facilius/ac fortius accendi. Ita amor amore & charitas charitate accenditur. Quia ergo iſtud ſacrificium ardet tota ſpiritus ſancti fornace ſuccenſum: nihil potuit efficacius adhiberi ad nutriendā. roborandā. & augēdā ſanctā deuotionē & dilectionem vel etiā excogitari. Ideo nō mirū. ſi ſapit charitatis ignē. Nihil enim poteſt hoc ſacrificiū aliud ſapere q̃ charitatē: qua in donis dei nullum maius. nec aliā charitatē q̃ eā qua maiorē nemo habet. charitatē inquā. qua ipſe Chriſtus ardet & cui nulla cōparabilis. vt ex ſigno dilectionis certiſſimo. quod eſt ſuæ paſſionis beneficium oſtendit. Et ꝙ ita ſit patet. Nam nihil habemus tam frequens ad offerendum patri q̃ illud ſignum. & quotiens voluerimus prōptus eſt in illo ſe offerre patri & ſe exhibere. etiam forte plus q̃ velimus Siquidem vocatus venit pro voluntate noſtra: detentus nobiſcum manet. & in ſacris ſcrinijs & ſacrarijs repoſitus pro beneplacito noſtræ voluntatis expectat. Quid ergo maiorem charitatem ſapere & imprimere poteſt palato cordis ad hoc idoneo. q̃ tantę beneficētiæ promptitudo. tanta ſedulitas. tamq; infatigabilis etiam ingratis & malis/dignantiſſimę maieſtatis ſuæ pœnæ importuna offeribilitas? Hæc Guil. Ad hunc igitur ignem aſſanda ſunt omnia animæ noſtræ latera. intellectus videlicet & affectus. intellectus ad ignem ſacrę lectionis & meditationis circa hoc ſacramentum. affectus ad ignem amoris & deuotionis. Intellectus enim eſt ſiniſtrū latus & aſſatur ligno ſcientiæ boni & mali. & affectus dextrū latus quod aſſatur ligno vitæ. Aliquādo tamē latus vnū ꝯburitur alio remanēte incocto. Hi ſunt ſicut paralytici q mediā quaſi ſui partē habent ſiccatā. ſ. partē intellectiuā. in qua ſemp & aſſidue verſant̃. & circa aliā nūq̃. Et ſūt iſti ita lōge ab igne deuotiōis. ꝙ vix poſſūt co-

qui. Non eſt tamẽ ſimpliciter dicendum ꝙ ęqualiter ſit vacandũ orationi & lectioni. nec vtrũq; latus debemus ad ignẽ ęqualiter apponere. Latus eñ intellectus eſt durius & affect⁹ tenerius. Et hoc patet. quia ifra annũ poteſt homo multũ in oratione & deuotione proficere. intellectus vero nõ niſi per multos annos erudit. Ideo ꝑcepit dñs Ezechieli ꝙ ſup ſiniſtrũ latus iaceret trecentis nonagita diebus. & ſuper dextrũ quadragita dieb⁹ tm̃: Ezechie. iiij. Quarto ſapit omnium ſpiritualium aromatũ apothecã. quia in eo cõtinet Chriſtus. qui ſecundũ ꝙ hõ pleniſſimus eſt donorum & gratiarum tanq̃ ſpiritualiũ aromatum excellẽtia. Vę faucibus/ cordi/ & ori quibus de tanta apotheca & de tam nobili: nihil ſaporis aut ſuauitatis influit aut diſtillat. cum tamen ipſe Chriſtus ſit alabaſtrum omniũ ſpiritusſancti vnguentorum. in cuius odore omnes ſancti cucurrerũt. & in Ioãne euangeliſta concupiſcẽtiãs generauit æternas. Stephano lapides dulcorauit. Laurentio craticulam dulcẽ effecit. i cuius odore ſecurus & gaudens ibat Andreas ad crucẽ. & beata Agatha gaudenter & lęte & quaſi ad epulas inuitata ibat ad carcerem. Sicut enim canis ſentiens ceruum tanto ardore trahitur ad eum ꝑſequendum vt prædam habeat: ꝙ ſpinarum pũctionem minime ſentiat: ſic qui huiuſmodi apothecam deguſtauit: non ſentit pũctionem martyrij aut pœnitentię. Charitas enim omnia ſuffert. j. Corinth. xiij. Et quia hic cibus eſt ſicut cynamomum & balſamũ aromatizans. & ſicut myrrha electa dans ſuauitatem odoris. Eccleſia. xiiij. Inde cogitandum eſt q̃ longe ab ipſo ſimus. & quantum chaos inter nos & ipſum firmauerimus: ad quos tanti ſaporis ſuauitas non peruenit. & tanti ſaporis fragrantia non attingit. & tantę fornacis ardor non penetrat. Vbi (proh! dolor) miſer ſacerdos ſe abſcondita calore eius. quibus extremis. aut quarum molium vel magnitudinum interpoſitione tanti camini flammas a ſe prohibet? Quãta corruptio palati cordis & narium. quę tantam ſaporis ſuauitatẽ: tantam odoris fragantiam ſentire non ſinit? Meditetur proinde ſacerdos quiquis eſt ille: vt obicem amoueat. vt tanti ſaporis ſuauitatem in ſe ſuſcipere poſſit. Quinto. ſapit excellentem ſanctimoniã. Ibi enim ſapimus quantę ſanctitatis ſit ſanctus ſanctorum. immo fons/ auctor/ & largitor omnium ſanctificationum. & quantę ſit ipſum ſanctificatiõis inſtrumentũ vas & liber. Liber inquã in quo legitur ipa ſanctitas. vas vñ hauritur. qñ de plenitudine eius accepimus oms gratiã pro gratia. & inſtrumentũ quo ipa ſanctificatio efficitur. Et ideo hoc i nobis tota attẽtiõe reuoluẽdũ eſt: vt ad ipm accedẽtes cũ formidine: metuam⁹ indigne eũ cõtingere vł tractare. & indignitatẽ noſtrã eius dignitati applicare. ſed ſciat vnuſquiſq; noſtrum vas ſuũ poſſidere in omni ſanctificatione & honore. vt digne

M.E.C.D. 2016

& deuo te ipſum ſuſcipiamus.ne forte nobis cõtingat ſicut Nadab & Abiu filijs Aaron.quos Leuiti.x. ignis egreſſus ab altari deuorauit.dicente domino.Sanctificabor in his qui appropinquant mihi.eo ꝙ ſine diſcretione & impetuoſi repleti vino ſe ingeſſerunt ad ponendum ignem in thuribulis.qui erat alienus nec ardebat in altari.Sed q̄ritur circa hoc quare huius ſacramenti ſumptio fit magis comedendo q̄ videndo.cum ipſemet in patria videndo ſit refectio cõphenſorum.cur non etiam viatorum.Reſpondetur.ꝙ multiplex eſt ratio.Vna eſt expſſa repſentatio mortis Chriſti.quia Luce.xxij.Hoc ſacramentum eſt ſignum mortis Chriſti.ſed vulneratio corporis & effuſio ſanguinis Chriſti expſſius ſignificatur per comeſtionem q̄ per actum alterius ſenſus.quia ibi teruntur ſpecies ſacramentales & frangũtur.Vnde mors Chriſti etiam dicitur comeſtio in ſcriptura.Pſal.Zelus dom⁹ tuæ comedit me.glo.i.mihi fuit cauſa mortis.Secunda cauſa eſt.quia effectus huius ſacramenti eſt animæ roboratio ad perficiendum & roborandum cor.& ad reſiſtendum maius tribuitur robur ex vſu guſtus q̄ aliorum ſenſuum.patet ad ſenſum.His enim qui exanimantur datur panis vel vinum ad robur & ſuſtentamentum eorum.Tertia.quia vſus alimẽti magis deſeruit vniõi mẽbroꝝ i corpe & augmẽtatiõi & ꝯſeruatiõi eoꝝ inuicem.quæ exercentur per guſtũ q̄ vſus auditus vel viſus.Quia igitur hoc ſacramentum eſt ad conſeruandum vnionem corporis Chriſti myſtici & ad augmentum vnionis in conuerſatione ſancta ordinatum:ſequitur ꝙ magis debuit exequi vſus eius per guſtũ. Quarta.quia omnis ſacramentalis ſumptio cuiuſcumq; ſacramenti quo confertur gratia delens culpam eſt per coniunctionem corporalem ſacramenti cum ſuſcipiente.quia ſuſcipiens debet ſe humiliare ſub creaturis inferioribus.ſicut in peccando humiliat ſe ſumẽdo creaturam inferiorem & ponendo eam inter ſe & deum:cũ debuiſſet in mente coniungi deo.Sed hæc humiliatio non recte fieret in ſolo aſpectu elementorum huius ſacramenti.ſicut fieret in guſtu.Ideo per guſtum conſequenter fit eius ſumptio.Hæc hall.in quarta parte.Dicitur vltra ſecundum eundem.ꝙ hoc fit ad oſtendendum ꝙ tota merces non eſt ſimpliciter in viſione dei ſed etiã in experientia guſtus operantis per dilectionem.vt dicit Pſalmi.in themate propoſito.Guſtate & videte.quoniã ſuauis eſt dominus.

E Euchariſtia. Rõ multiplex quare ſũptio euchariſtię fiat magis guſtãdo q̄ videndo.

¶Secundo q̄ritur.quid ſi ſacerdos non conſecret hoſtiam & eam populo oſtendat:nonne populus deuotus eum adorãs peccat.Preterea.nonne nobiliori modo eſt hoſtia conſecrata in ſtomacho ſacerdotis q̄ in pixide.cur igitur non licet eam ita bene adorare exiſtentem in ſtomacho ſacerdotis.ſicut in pixide.Reſpondetur.Primo ſecundum Bonauenturã.in tertio.d.ix.Qꝫ ſi appareat lucifer i ſpe

M.E.C.B. 2016

cie Chriſti & adoraretur actualiter ſub conditione. ꝙ ſi ſit Chriſtus adoratur & nō aliter: tunc nō eſt peccatū. quia tunc nihil adoratur niſi Chriſtus. Sed ſi habitualiter tm̄. ita ꝙ nō habeatur illa actualis cōſideratio: nō ſufficit qn̄ eſt inſolita viſio. Ideo ad eā non debet ſe qui pręcipitāter adoratio: ſed cum maturitate & pręuia oratione. Sed in ſacramēto altaris hoc ſufficit. quia cōſecratio hoſtię eſt conſueta. Omnes em̄ accedūt cum cōditione iſta. & ſi ſacerdos hoc faciat: peccat. nō tn̄ populus. Dicitur ſecūdo ſcd̄m Richar. iij. ſenten. diſtin. ix. ꝙ corpus Chriſti in ſtomacho ſacerdotis non ponitur ad venerationem ſicut in pixide: ſed potius ad mētis refectionem vel aliquam aliam talē efficientiam. & ne videretur idolatria: nō eſt ibi permiſſum adorari. Diſſimiliora enim ſymbola nō ducunt in errorem vt ſimiliora. vt dicit Dionyſius. Inde eſt ꝙ mortuum nō crederetur tam facile in ſe numen habere ſicut viuum.

[...]ia. Adoratio[...] Nō eſt neceſſe apponere cōditionē expſſam i adoratione eucharistię.

¶ Secūdo dicēdum eſt de his quę hanc cœnā deguſtare impediūt. Sunt autē quinq;. Primū eſt palati infectio. & hoc modo voluptuoſi impediuntur qui ita pręſentiū deliciarū inficiuntur voluptate ꝙ illius cœnę ſuauitatem faſtidiunt. nec eis ſpiritualia ſapiunt ſed tm̄ modo carnalia. ſicut ſi porcus inuitaretur ad furfur & ad capones: currit ad furfur capones reſpuens. Palatum enim porcinum (vt inquit Guillelmus) & guſtus aſininus non poſſunt in ſapores aromatum. nec mali in ſapores ſpirituales corporis Chriſti. Vnde Lu. xv. Luxurioſus adoleſcens cupiebat implere ventrem ſuū de ſiliquis porcorum: dimiſſa abundantia panum domus patris ſui. Talibus enim ſicut porcis ſapiunt ſtercora non aromata. de quibus Threñ. iiij. Qui nutriebantur in croceis. i. qui deberent nutriri in delicijs paradiſi: amplexati ſunt ſtercora. i. luxurię fœtorem. Et hoc facit febris luxurię: quę ita inficit palatum cordis. vt nihil niſi ſibi nociuū ſapiat. Et ita ſicut infirmus etiam ceſſante febre non comedit multum ſapide. niſi ſit bene refrigeratus: ſic nec tales voluptuoſi: niſi ceſſāte febre peccati & refrigerato lubricitatis ardore. Et ideo ſicut boni lecatores abſtinent ab aceto ne impediātur a bono ſapore vini: ita qui diſcretionem habet ſpiritualis guſtus ab huiuſmodi abſtinere debet: vt poſſit in ſanguine Chriſti deliciari. Cuius dominus exemplum oſtendit. qui guſtaturus cœnam ſuam in ara crucis acetum bibere noluit. Et iſti figurati ſunt Lucę. xiiij. per illum qui vxorem ducens ſe excuſauit. ne ad cœnam patriſfamilias accederet. Sūt em̄ tales ita in ꝯcupiſcētiis carnalibꝰ impediti: ꝙ nō poſſūt ęternis intendere. ¶ Secundo cœnę huius guſtum impedit nimia occupatio. propter quam impediti minime ſentiunt hunc cibum. quia ita intendunt temporalibus aggregandis: ꝙ non licet eis de deo cogitare nec ad ipſum tendere. ſimiles fœminis quarūdam

G Euchariſtia. Qꝫ ſunt quiq; ipedītia guſtū cibi ſacramentalis.



M.E.C.D. 2016

auſum. vt pote gallinis. quę ita ſollicitę ſunt oua ponere & fouere &
pullos nutrire: ꝙ non licet eis cibum quęrere. immo ad nidum ci-
bus eis portatur: ſi debeant comedere. Sic iſti ita impediũtur ad tẽ-
poralia coarceruanda & ſtatum ſuum fouendum: ꝙ cibum verbi
dei aut euchariſtię vix in vita ſemel digne recipiũt. de quibus Pſal.
Diuites eguerunt & eſurierunt. inquirentes autem dominum nõ
minuentur omni bono. qui ſcilicet ſunt pauperes ad ſuperiora oc-
cupati. Fons enim viuus qui incluſus eſt nec habet foramen per
quod poſſit exire: ſemper ad alta aſcendit. Sic cor dum per ſenſus
non effluit ad hęc inferiora meditãda: ſemper in altum ad ſuperio-
ra conſcendit. Iob ſeptimo. Suſpendium elegit anima mea. Qui
enim ſuſpenditur: pedibus non tangit terram. Tales autem cupidi
ſe excuſant a cœna iſta deguſtanda: quomodo ſe excuſauit qui di-
cebat. Lucę. xiiij. Iuga boum emi quinq;. quia tales pro omnibus
laboribus ſuis quinq; ſenſuum concupiſcentias reportãt, & ad hoc
ita occupantur ꝙ ad comedendum hunc panem tempus & horã
congruam ſibi ſumere non poſſunt. ¶ Tertio impedit hunc guſtũ
ſaturitas. & hoc quo ad ſuperbos & elatos. Saturati enim piſis & fa-
bis cibos nauſeant meliores. Sic ſaturati honoribus & gaudijs mũ-
di. Piſa enim & fabę inflant & ventoſitatem generant. Prouerb.
xxvij. Anima ſatiata calcabit fauum. Et ideo ſicut magnam contu-
meliam quis inuitanti eum ad menſam ſplendidam & opulentam
faceret. ſi prius ſe ſatiaret. & quaſi de largitate inuitantis diffidere
videretur: ſic qui pręſentibus honoribus & gaudijs ſe implẽt. Ideo
a talibus abſtinere debemus: qui ſunt quaſi quędam taberna mun-
di. vbi ad malum ſuum inebriantur multi. de quibus Apoſtolus. j.
Corinth. xj. Vnuſquiſq; pręſumit cœnam ſuam ad manducãdum.
& alius quidem ſitit. alius ebrius eſt. Lecatores enim ſe prębent:
qui modicum expectare non poſſunt cœnam magnam illius pa-
triſfamilias. Lecator enim pręnimia feſtinatione vrit ſe morſello
nimium calido. Sic iſti accipiunt hos honores: qui ipſos infinitis mi-
ſerijs & tribulationibus hic in pręſenti exagitant & in futuro perpe-
tuo comburent. Et quia tales ſunt vt qui ſunt repleti malis humo-
ribus. i. malis moribus. ideo non bene poſſunt hanc ſacratiſſimam
cœnam deguſtare. quę nihil mali humoris ſecum patitur. immo ſe
excuſat illorum vnuſquiſq; dicens illud Lucę. xiiij. Villã emi. ideo
neceſſe habeo exire & videre illam. Villanus dicitur a villa. & ruſti-
cus a rure. Nullus autẽ magis ruſticus vel villanus q̃ ſupbus. quia
pręfert ſe meliori. ita vt mereatur dici ſibi. da huic locum. Tũ quia
de nullo beneficio gratias agit. ſed ſibi omnia aſcribit. ideo iratus
paterfamillias dixit ſeruo ſuo. Exi cito per vicos & plateas ciuita-
tis: & pauperes & debiles & cęcos & claudos introduc huc. Paupe-

M.E.C.D. 2016

res ſunt qui quãtũcunq; boni & iuſti ſint: ſe reputant indignos. de quibus Threno. iij. Ego vir videns paupertatem meam. Hos vult dominus paſcere hoc cibo. qui non intendit in menſa ſua facere ebrios ſed qui clamant propter deum habere panem. dicẽtes illud Matth. vj. Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie. Sed debiles ſunt: qui de viribus ſuis non pręſumunt. qui dicunt. Miſerere mei dñe: quoniam infirmus ſum. Infirmorum enim eſt inniti ſup potentias. Nulli autem potentię innitendum eſt niſi diuinę. non ſeculi quę eſt baculus arundineus confractus. Diſpenſator autem huius cœnę tales optime cognoſcit & recipit. qui pauperes ſunt ſpiritu non diuites aut ſuperbi indigni cibum cœnę huius deguſtare. ¶ Quarto impedit ſcd̃m Guil. diſtantia nimia palati cordis noſtri a tali ac tanta ſuauitate cibi. Ait enim. Contigit in hoc ſacramento vt plęriq; nihil ſaporis aut ſuauitatis ſentiant. quia ſępe longe ſunt palata cordium noſtrorum ab illo aſcenſu ſublimi ſpiritualium ſaporum. Sicut enim intellectus etiam fide illuminatus & multa ſciẽtia ſacra pręditus longe eſt ab eo qui ꝓphetico ſplendore clareſcit: ſic & affectus licet etiam ſanctus ſit & ab omni labe peccati mortalis purificatus. & palatum cordis licet ſit ſanum & mũdum & nulla febre iniquitatis corruptum: adhuc tamen valde longe eſt ab illa excellentia guſtus ſpiritualis & virtute ſaporandi. quę donum ſapientię dicitur. Vnde & Apoca. v. dicitur manna abſconditum. eo ꝙ eius delicioſitas plęriſq; ſit abſcondita. Quod videbatur intelligere qui dicebat. Satiabor cum apparuerit gloria tua. ſ. cum panem vitę plana manifeſtatione ſe eſſe declarabit. & pleno ore ſe comedẽdum dederit. Et licet eis deus ſit maxime pręſens & proximus: propter tamen illam elongationem palati a ſaporibus illis non ſentiunt. Sicut enim lux cęco pręſentiſſima eſt. ipſe autem ab ea remotiſſimus. ſic fontalis dei & abyſſalis ſuauitas: palato cordis nondum illa ſublimitate guſtus prędito proxima eſt. ſed ipſum palatum ab ea remotiſſimum. Pręterea. non omnia palata neq; omnes guſtus corporales poſſunt in omnes ſapores ſenſibiles. Nam porcinum palatum & guſtus aſininus non poſſunt in ſapores aromatum. Ideo non eſt mirandum ſi palata ſana & munda nondum attingunt ad ſenſum ſaporum ſpiritualium. Hoc enim prohibet nobilitas ipſorum ſaporum & groſſities & obtuſio palatorum. Hęc Guil. ¶ Quinto impedit deguſtationem hui⁹ cœnę nimia quorũdam pręcipitatio. In nõnullis (vt dicit Guil.) eſt defectus ſaporandi hũc cibũ ex defectu maſticationis & expreſſionis: qui ſenſum ſaporis impedit. Quidam eñ vitę panem ea velocitate deglutiunt: vt non ſolum nullum ex eo ſaporem ſuauitatis maſticãdo exprimãt. ſed nec etiam vllum odoris eius vel tenue veſtigium retineant. vt



M.E.C.D. 2016

ſunt ſacerdotes qui nimia velocitate miſſam celebrant. vt curiales preſbyteri. vel qui in menſa dñi vt alios antecedant: ſe inuicem irreuerenter contrudunt.

¶ Sermo decimus tertius de vtilitatibus quas aſſequuntur digne recipientes hoc ſacramentũ. per thema.

Comedite pinguia & bibite mulſum. qa dies domini eſt. Neemię octauo.

¶ Forte quęreret aliquis ignar⁹ ſenſus myſtici. quõ eccleſia nũc nos admonet bibere mulſum. cũ nondũ vineę floruerũt. vel ſi floruerunt: nõdũ tñ peruenerũt ad maturitatẽ fructus. Ad hoc rñderi põt ꝙ differẽtia eſt inter vineas terreſtres & vineas cęleſtes. & inter agricolas huius terrę. & agricolã cęleſtẽ. Nã vineę ſeculi hui⁹ ſituã tur in terra frigida. ideo nõ niſi certo tpe & cũ magno labore dant muſtũ. imo aliqñ prę frigiditate vix vuas acerbas gerunt. Sed vinea cęleſtis a qua emũgimus vinum iſtud eſt in terra calida feruore charitatis. ideo omni tempore dat muſtum ſuum. & propterea non eſt mirabile ſi modo eccleſia nos inuitat ad bibendum muſtũ dicens. Comedite pinguia &c. Similiter agricolę huius terrę ſunt pauperes nec ſufficienter habent vnde impinguent terram ſuam. Sed agricola cęleſtis eſt valde diues & potens & qui ſeipſo operatur in vinea. iuxta illud Ioan. xv. Ego ſum vitis vera & pater me⁹ agricola eſt. & illud eiuſdem. v. Pater meus vſq; modo operatur. Ideo fecit terrã Chriſti pinguiſſimã. ſcdm illđ Pſal. Pingueſcent ſpecioſa deſerti. Maxime autem ſpecioſum qđ apparuit in deſerto hui⁹ mũdi: fuit humanitas Chriſti. iuxta illđ Pſal. Specioſus forma prę filijs hoim. ideo talis vitis ſic impinguata ꝓfert ſemp optimũ vinũ & in abũdãtia. Et ꝓpter hoc nõ mirũ ſi hodie multũ lętetur eccleſia & ſuos filios incitet dicens. Comedite pinguia. Qñ eñi aliquis habet optimũ fructũ in horto ſuo facit magnũ feſtũ de eo. & quia hic fructus creuit in horto eccleſię. ideo deo & nobis hodie facit magnũ feſtum de eo dicendo. Comedite pinguia &c. Vulgo dicitur. on ne doibt point demander de bon vin ou il cruſt. hoc eſt. nõ debet inquiri de bono vino vbi creuerit. Si intelligatur ꝙ nõ debet a vino hoc inquiri. vel ab eo qui inebriatur vino vnde eſt. loquẽdo de materiali vino. ſed tñ ab alijs quęri poteſt vbi creſcit: vt eant homĩes in terram illam ſic vino refertam. Ob hoc refert Titus Liuius Gallos intraſſe italiam. eo ꝙ optimis vinis refertam patriam quidam Gallorum qui eam luſtrauerant: rettulerunt. Sic ergo quęrendum eſt a nobis vbi capitur hoc vinum. vt eamus ad tabernam & bibamus ex eo. Et inquiramus vbi creſcit hic fructus vt colligamus eũ.

A Euchariſtia. Vinea Quõ differant vineę & agricolę terreſtres a cęleſtib⁹ & ꝙ in euchariſtia ſit optimũ vinũ ſpũale.

Sed ad hoc reſpondetur ꝙ hic fructus eſt vteri virginalis fructus. iuxta illud Pſal. Ecce hęreditas domini filij merces fructus vętris. Secundo eſt fructus arboris crucis. Nec hunc fructum guſtabit: niſi qui ad arborem ad colligendum aſcenderit. Canticoꝝ ſeptimo. Aſcēdam in palmam.i. in crucem per Synecdochen. quia pars maior crucis erat palma. & apprehendam fructus eius. Palma autem arbor eſt alta: quę in altiori parte ſuauiores fructus gignit. Sic qui altius aſcendit.i. perſeuerantius: delectationes ſuauiores inuenit. Qꝫ autem oporteat aſcēdere ad colligendum vel guſtādum hunc fructum patet per illud Eſaię.iij. Erit germen domini.i. filius dei patris in magnificentia. & fructus terrę ſublimis. fructus.ſ. Marię virginis. Vt autem velit ad nos inclinare ſeipſam arborē vt valeamus de ſuo percipere fructu eam ſalutemus dicentes Aue.

...ſtia. Fructꝰ eu... chariſtiæ cuius ſit:

C

¶ Quęritur quomodo pręcipit eccleſia nobis ꝙ comedamus pinguia. viſo ꝙ pinguedo eſt res generans malos humores in comedente. non autem corpus Chriſti. & ſic per pinguedinem non intelligitur Chriſti corpus. Ad hoc reſpondetur ꝙ duplex eſt pinguedo. vna materialis. alia ſpiritualis. quę ſic inter ſe differunt. Nam pinguedo materialis ab omnibus indifferenter manducatur. hæc autem ſolis ſpiritualiter regibus.i. qui ſpirituale regimen animę ſuę ratione dirigunt: conuenit. ita vt ab eis ſolis vtiliter & delectabiliter comedatur. Gene.xlix. Pinguis eſt panis Aſer.i. Chriſti. & prębebit delicias regibus. Secundo differunt. quia pinguedo materialis replet corpus. hęc animam. iuxta illud Pſalm̄. Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea. Ideo idem Pſalm̄. Aruit cor meum. quia oblitus ſum comedere panem meum. Tertio quia pinguedo materialis vt plurimum nauſeam cauſat in corde & malos humores. hęc autem confirmat. iuxta illud Pſalm̄. Panis cor hominis confirmet. Quarto pinguedo illa materialis ſępe faſtidit appetitum. hęc vero non. quia Eccleſiaſt.xxiiij. Qui edunt me adhuc eſurient &c. Inde Ioan.vj. dicitur. Domine da nobis ſemper panem hunc. Dixit eis Ieſus. Ego ſum panis vitę. Dicitur ſecundo ꝙ licet diſconueniant materialis pinguedo & ſpiritualis. ad ſimilitudinem tamen materialis pinguedinis dicitur pinguedo ſpiritualis. Primo quia ſicut pinguedo materialis valet ad inflammādum: ſic pinguedo ſpiritualis corporis Chriſti.ſ. ad inflammandum affectum bono amore. iuxta illud Pſal. Qui poſuit fines tuos pacem: & adipe frumenti ſatiat te. Prius enim apponenda eſt pax inter aduerſarios. deinde ad huius ſacramenti pinguedinem accedendum eſt. Non enī eſt huiuſmodi pinguedo ſicut pinguedo carnalitatis & porcorum. quę eſt cauſa totius contrarietatis & diſcordiæ. quia qui modo ſunt in diuitijs & delicijs pinguiores: ſunt ad diſcordiam promptiores. iuxta illud Pſalm̄. Tauri pingues obſederu...

Euchariſtia. Pinguedo. De piguedine ſpūali & corpali quō differunt. & quō etiam cōueniūt.



M.E.C.D. 2016

me. Secundo in hoc eſt ſimilitudo ꝙ terreſtis pinguedo in loco bene rigato aut rorato eſt abundantię bonorum cauſa & nutrimentum. & exinde poſſeſſores diuites facit. Sic iſta pinguedo humanitatis rore diuinitatis rigata animã diuitem & pinguẽ facit. iuxta illud Gene. xxvij. In pinguedine terrę. ſ. humanitatis Chriſti. quę pinguedo eſt gratiarum & virtutum. & in rore cęli deſuper cadente. ſ. diuinitate deſuper veniente. erit benedictio tua. Tertio quia ſicut vnctio pinguedinis pellem vnctam reddit magis ſuauem & mollem: ſic hęc pinguedo animam reddit magis compatientem. Hiere. xxxj. Inebriabo animas ſacerdotum pinguedine. Quarto quia diebus feſtiuis ſolent comedi magis q̃ alijs diebus carnes pingues. Sic hodie illud eccleſia pręcipit de pinguedine ſpirituali carnium Chriſti dicens. Comedite pinguia &c.

D Euchariſtia. Deſcribũtᷣ xij. vtilitates ſacri euchariſtię. imprimis. ꝙ eſt directio ſuſcipientis.

¶ Vt autem videamus huius ſacramenti virtutem. & deguſtare poſſimus dulcedinẽ eiꝰ & pinguedinem: in hoc ſermõe tm̃modo dicemus duodecim vtilitates: quę proueniunt his qui digne hoc ſacramentum recipiunt. quę habentur ſigillatim ex illo Pſalm̃. Dñs regit me & nihil mihi deerit. ¶ Primus effectus huius ſacramenti eſt ſalubris directio ipſius dei. qui dirigit digne ſuſcipientẽ in operibus ſuis. Primo quidem quaſi rex regum dirigendo omnia quę in nobis ſunt. Vnde quęrimus in oratione dñica. Adueniat regnum tuũ. ſ. in aĩa noſtra. vt fiat voluntas tua ſicut in cęlo. i. in cęleſtibus ſic in terra noſtra. i. noſtri corporis. & hoc eſt habendo panem noſtrũ quotidianũ & ſuperſubſtãtialẽ. ſ. corpꝰ Chriſti. quod poſtea in eadẽ oratione petimus. Inde in principio Pſal dr̃. Dñs regit me. i. dirigit me. Secũdo quaſi magiſter diſcipulũ. Magna eſt vtilitas q̃n diſcipulus eſt ſub bono rectore directus. Ad hoc em̃ multum laborant parentes pro filijs. Et ideo ſi hoc modo te regat dominus: iam diſcipulus eius es. iam apud te faciet paſcha. Tertio ſicut nauta nauẽ. Dum em̃ nauis ſtat in maximis periculis: optimo & artificioſiſſimo nauta indiget vt dirigatur. Nauis aũt corpis noſtri fragilis eſt in medijs periculis in mari huiꝰ ſeculi. de quo Pſal. Hoc mare magnũ & ſpatioſum manibꝰ illic reptilia &c. Ideo opus eſt vt digne in naui noſtra hũc nautã ſuſcipiamꝰ. vt nos dirigat in viã ſalutis ęternę. Quarto ſicut tutor pupillũ. Maxime em̃ vtile eſt pueris ſub tutela exiſtentibus optimũ habere tutorem qui ſibi ſeruet hęreditatem ſuam. Nos autem pueri ſumus qui nondũ ad ętatem plenitudinis Chriſti peruenimus. ideo neceſſe eſt nos & inter nos hunc torẽ recipere vt nos regat & dirigat. quia ſi ille pro nobis: quis contra nos? Hinc dr̃ Dñs regit me.

E Euchari-

¶ Secũdus effectus huiꝰ ſacramẽti eſt abundãtia gratię quã cõfert digna huiꝰ ſacramẽti ſuſceptio. Rationem huius tangit Thomas. tertia parte. q. lxxix. quia in eo cõti[illegible]ur Chriſtus. qui ſicut veniẽs in mũdũ venit cũ gratia. ſcđm illud

M.E.C.D. 2016

Ioan.j. Gratia & veritas per Ieſum Chriſtū facta eſt:ita etiā veniēs t
inhoc ſacramēto venit cū gratia.iuxta illud Ioan.vj. Qui māducat in
me viuit ꝑpter me. Tū quia repſentatur in eo paſſio Chriſti.q̄ fuit ſtia.
gratię effectiua. Tum tertio.quia ſumit ſub ſpecie cibi nutrientis.
Ideo ſicut cibus ꝓſtat vitā:ſic hoc ſacr̄m gratiā:quę eſt aię vita. Tū
etiā.quia ex noie hoc importat.Euchariſtia em̄ dr̄ quaſi bona gr̄a.
Dr̄ etiā ſacrificiū reſpectu.ſ.paſſionis Chriſti quā repręſentat. & cō
munio reſpectu pſentis quaſi cōis vnio.quia vnit mēbra cū corpe
myſtico.& viaticū reſpectu futuri:quia figuratiuū eſt vitę æternæ.
Et quia paſſio vnio & gloria ſunt ex gratia.ideo cōueniēter vocat
euchariſtia.i.bona gratia nobis a deo collata. Pręterea.quid eſt qđ
nō habeāt qui habētem oīa habēt.vt vul Grego. Vnde Hiero. Ha
benti deū totus mūdus diuitiarū eſt.Sed digne ſuſcipiētes eucha-
riſtiā habēt illū qui oīa habet.ergo abūdantiā gratię ꝓſtat. Qui licet
ad extra nihil videātur habere:interius tm̄ in aīa oīa poſſidēt. Inde
Apoſtolus.ij.Cor.vj. Nihil habētes: & oīa poſſidentes.habēt em̄
omnia & eis nihil deeſt:qui gratiam dei habēt in abundātia. Vnde
ſubdit Pſalm̄. Et nihil mihi deerit.

¶Sed quęritur vtrū tantā gratiā mereat digne māducās ſpirituali
ter quātā qui ſp̄ualiter & ſacramētaliter māducat. Et videt ꝙ ſic.qa
Ioan.xvj. Si nō abiero paraclitus non veniet ad vos.vbi habet ab
Auguſtino.ꝙ corporalis pręſentia impediebat apoſtolos a cogita-
tione diuinitatis.ergo magis videtur impedimēto deſeruire man-
ducatio ſacramētalis q̄ merito fidei cōuenire. In oppoſitū arguit.
quia nō tantū meretur baptizatus baptiſmo flaminis.ſicut baptiza
tus baptiſmo flaminis & fluminis.quia prim⁹ aſſequitur tm̄ remiſ-
ſionē oīs culpę & nō pœnę.ſecūd⁹ vtrūq;.ergo ſimiliter eſt in iſtis
māducātibus.Reſpōdet ad hoc Alex. Primo ꝙ plus meretur cęte
ris parib⁹ māducās ſacramētaliter & ſp̄ualiter q̄ ſp̄ualiter tm̄.Tum
ꝑpter rationē factā. Tū ꝑpter fidem quę exercet & memoriā paſ-
ſionis quę ibi recolitur.Tū quia hoc ſacr̄m in nō ficto pręter deuo-
tionē ſuſcipiētis ex ope opato gr̄am ꝯfert. Tū etiā.qa trāſfert intel-
lectū de hūanis ad diuina rōne cui⁹ magis fit capax gr̄ę. Vn̄ Inno-
cēti⁹. Sapiētia dei q̄ ſe p viſibilia manifeſtat:volēs euidēter oſtēdere
ꝙ ipa eſt cib⁹ aiarū carnē aſſumptā ꝓpoſuit in ędulīū:vt p cibū hu
manitatis īuitaret ad guſtū diuinitatis. Dr̄ ſecūdo ſcđm eūdē.ꝙ nō
eſt ſimile de ap̄lis hn̄tibus pſentiā corpalē Chriſti.& de nobis habē
tibus pręſentiā ſacramētalem.quia illi vidētes Chriſtū hoiem ocu-
lis corpalibus tot ſigna facere illi omnino adheſerūt ſua cōtenti hu
manitate:nō eleuātes oculos mētis ad deitatē.Sed in hac māduca-
tione oīno fit aliter.qa cū ibi ſit aliter q̄ ſenſus dictet:ſumens nullo
modo adhęret dictamini ſenſus ſed fidei tm̄.eo ꝙ ſenſus ſibi dere
lictus dicit cōtrarium fidei.cui tm̄ aſſentit fidelis adminiculo fi

F
Euchari-
ſtia.
Qꝫ digna
ſuſceptio
ſacramen-
talis addit
ad meritū
ſoli⁹ ſp̄ua-
lis.



M.E.C.D. 2016

...ſtia. Q̃ dať refectio & conſolatio aię i ſacro.

¶Tertius effectus eſt refectio & conſolatio ſpiritualis ipſi⁹ animę. Licet eñ ex ſecundo effectu iſtud ſacramentũ det vitã animę noſtrę. eo ꝙ cõfert gratiã: tñ ex hoc effectu tertio cõtinuat eã cõſolando & reficiẽdo. Inde ſequiť. i loco paſcuę. ſ. in eccleſia quę eſt locus paſcuę ſpiritualis. ibi me collocauit. Et pręcipue animã reficit ex ſacratiſſimę paſſionis memoria. Hic eñ eſt rect⁹ ordo. Nã (vt ait Salomon.) Aïa quę nouit amaritudinẽ ipſa cõſolabiť. Vnde orat Ambro. Panis dulciſſime ſana palatũ cordis mei: vt nullã pręter te ſentiam dulcedinẽ. panis ſuauiſſime habẽs omne delectamẽtũ & oẽm ſaporis ſuauitatẽ. qui nos ſemp reficis & in te nunq̃ deficis. comedat te cor meum & dulcedine ſaporis tui repleantur viſcera animę meę. Multi eñ ſunt ſolliciti de vita & ſanitate corporali. qui nõ ſumunt aliqua cibaria niſi prius probẽtur. timẽtes de admixtione veneni. Sed panis ſine ꝓbatione ſumiť. quia in pane nõ ſolet poni venenũ. Sic ſuo modo ſolliciti de ſpirituali ſanitate & vita: non debent ſtatim ſumere quęcũq; eis offerũtur. quia debent timere de admixtione veneni diabolici. Sicut eñ venenũ permiſcetur cibo quem plus diligit homo: ſic dęmon cupidis venenũ auaritię miſcet. ambitioſis ſupbię peccatũ. delicatis luxurię vitium. Sed Chriſtus eſt panis cui venenũ miſceri nõ poteſt. quia. j. Pe. ij. Peccatũ nõ fecit. nec inuẽtus eſt dolus in ore eius. Ideo a deſiderãtibus ſpũalis vitę ſanitatẽ ſine hęſitatione ſumẽdus eſt. In quo multũ peccãt qui timentes poſtea recidere in pctm̃ verẽtur accedere ad hunc cibũ. quaſi in eo ſit aliquid veneni vel inclinãtis in malũ. Quia eñ tales habent volũtatem cõmittendi ꝑditionẽ: ideo nolunt habere fidẽ cũ dño. nec ſe ſubijcere aut eũ recipere. Et quia filios dei ſe nõ eſſe cõſiderant: ideo tanq̃ canes a mẽſa filioꝝ ſe auertũt.

H Euchariſtia. Q̃ virtute ſacri fit cõcupiſcẽtię inordinatę extinctio.

¶Quartus effectus eſt cõcupiſcentię inordinatę extinctio. Extinguit eñ cõcupiſcẽtias malas. Vnde ſequitur. Super aquã refectionis educauit me. Nutritur eñ fidelis aïa hoc pane. Sed menſa iſta poſita eſt ſuper aquã gratię quę reficit aïam vt dictũ eſt. quę ideo dr̃ aqua. quia extiguit inordinatos affectus. Hęc eñ eſt aqua illa de qua Ioan. iiij. Qui biberit ex hac aqua nõ ſitiet iterũ ſiti concupiſcentię. Hęc eſt ros ille ſalubris deſcendẽs de cęlo. de quo Eccli. xviij. Nõne ardorẽ. ſ. concupiſcẽtię. refrigerabit ros. Hoc eſt lumen de quo in figura. ij. Macha. j. legitur. ꝙ flãma accenſa in lapidibus percuſſis aqua reſidua a lumine qđ refulſit ab altari cõſumpta eſt. quia ſępe flãma concupiſcẽtię quę naſcitur ex aqua reſidua. i. tẽporaliũ rerũ affluentia & ſupfluitate. qua lapides. i. mũdani hoïes perfundũtur: extinguitur a lumine ab altari refulgẽte. i. a gratia ſacramẽti euchariſtię quod in altari cõſecratur. Vnde antiqui aſſimilauerũt vinũ theriace. Calefacit eñ corpora frigida & infrigidat calida cõcupiſcẽtię feruore. quia ...biliter minuit euchariſtia feruorem illũ. iuxta illud Eccli. xxx.

M.E.C.D. 2010

Anima calida quaſi ignis ardens nõ extinguet̃ donec aliquid gluſtiat.ſ.corp⁹ Chriſti. ¶Quit⁹ effect⁹ eſt.liberatio a quotidianis malis.ſ.peccatis venialibus & ſeruilibus opibus peccati. Ideo ſubdit̃. Animã meã cõuertit. Vix enim diuertit̃ aĩa:quin in peccatũ veniale ſæpe p̃cipitetur. Sed hoc ſacramentũ cõuertit eã ad dominũ.vt nõ ſit ita p̃ceps.immo peccata ſi q̃ ſint venialia de quibus etiã homo nõ habeat contritionẽ:virtute huius ſacramẽti delẽtur.oĩa aut aliqua.& etiã peccata mortalia oblita.& hoc patet p Augu. Et recitatur de cõſecra.d.ij. Iterat̃ quotidie hæc oblatio licet Chriſtus ſemel paſſus ſit.qa quotidie peccam⁹ peccatis ſine qbus mortalis infirmitas viuere nõ põt.& ſequit̃ ibidẽ. Dedit eñ nobis deus hoc ſacramentũ ſalutis:vt quia quotidie peccamus & ille iam mori non põt:p hoc ſacramentũ remiſſionẽ cõſequamur. Itẽ Ambro.in oratione. Panis ſancte qui de cælo deſcẽdiſti & das vitã mũdo:veni in cor meũ &mũda me ab omni inquinamẽto carnis & ſpũs. Intra animã meã.ſana me & ſanctifica me interius & exterius. Preterea.ſecundũ de argẽtina in.iiij. Licet venialia nõ inducãt æternã dãnationem:tria tamẽ mala inducũt. Primo.quidẽ feruorẽ charitatis diminuũt. Secũdo.ad tẽporalẽ pœnã obligãt. Tertio.ad peccata mortalia trahũt. Vñ Aug. Vitaſti grãdia:caue ne obruar̃ arena. Sed hoc ſacramẽtũ rep̃ntat Chriſti paſſionẽ.cuius cõſideratio in fidelibus feruorẽ auget.cuius meritũ ꝓ peccatis ſatiſfacit.cuius p̃cium mortalia diluit. Ideo nõ eſt mirũ ſi effectũ quẽ paſſio Chriſti efficit in toto mũdo:hoc ſacramẽtũ eius rep̃ſentatiuũ hoc idẽ efficit in hoĩe. iuxta illud Matth.xxvj. Hic eſt ſanguis meus qui ꝓ vobis effundet̃. Præterea.ſi mulier hęmorrhoiſſa tãgẽdo ſolã fimbriã veſtimẽti eius ſanata eſt ab infirmitate corpali:credendũ eſt magis ex cõtactu illi⁹ ſacratiſſimi corpis cõſequi ſanitatẽ aĩæ.cũ ad eam ſanandã p̃cipue deſcẽderit. Vnde & in oratiõe dñica poſtq̃ petiuimus hũc panẽ petimus cõſequẽter vt dimittat nobis debita noſtra.ac ſi panis iſte via eſſet ad ea delẽda. Et ſi dicat̃.ꝙ tũc falſum eſſet qđ dicitur.j.Ioan j. Si dixerimus quia peccatũ nõ habemus:ĩpi nos ſeducimus.& veritas in nobis nõ eſt. Nũc autẽ ſi Euchariſtia oĩa peccata venialia deleat:tunc poterimus dicere nos eſſe ſine peccato. Ad hoc reſpõdet de argentina in.iiij. Primo.ꝙ p illa verba non vult negare Ioannes quin homo per aliquod tempus poſſit eſſe ſine quocũq; peccato. ſed ex his verbis magis videtur fragilitatẽ & inſtabilitatẽ hũanę cõditionis innuere.quia non poteſt homo diu permanere quin cadat in peccatum:niſi ex ſpeciali gratia p̃ueniatur. Vel loquitur Ioannes quo ad noſtram innoteſcentiam.quia nobis de certo cõſtare nõ põt:ꝙ ſimus ſine peccato. Et ideo quiſq; ſuo verbo peccaret:ſi aliqua præſumptione diceret ſe nullum habere peccatum.

I
Euchariſtia.
Qꝫ liberamur a malis quotidianis virtute ſacramenti.

K
Venialia
Qꝫ venialia tria mala faciunt.

M.E.C.D. 2016

L
Euchari-
ſtia.
[Q]d per eu
chariſtiam
non delet
mortale.
cui⁹ ē actu
alis memo
ria. & expo
nit illd. ſit
ablutio
ſceleꝝ &c.

¶ Sed q̄ritur vtrū per Euchariſtiæ ſuſceptionem deleātur peccata mortalia. Et videt ꝙ ſic. qa illđ qđ dat vitā ſpūalē aufert mortē ſpūalē. & ꝑ ꝯñs mortale peccatū quo moritur anima: ſed iſtud ſacramentum dat vitam ſpiritualem. Ioan. vj. Panis enim dei eſt qui de cælo deſcendit & dat vitam mundo. igitur. Secūdo. hoc ſacramentū ita exꝑſſe repſentat paſſionem Chriſti ſicut baptiſmus. ſed baptiſmus virtute paſſionis Chriſti quam ſignat / delet mortalia. ergo & hoc ſacramentum. Præterea. minor eſſet efficacia huius ſacramēti q̄ aliorum. quod falſum eſt. cum hoc ſacramentum ſit ſacramentum ſacramentorū. Item hoc videt dicere Grego. in collecta. Sit (inquit) ablutio ſcelerum. Ad hoc reſpōdetur. Primo. ſcđm de argētina in quarto. ꝙ ꝑ Euchariſtiā non deletur mortale peccatū. cuius homo actualem habuerit memoriā ſine pœnitētia. Patet. quia qđ auget non deletur. ſed accedens cū actuali memoria ſeu cōſciētia peccati mortalis peccat nouo peccato mortali. igitur. Dicit ſecūdo ꝙ illud Collectę ſit ablutio ſcelerum poteſt ītelligi tripliciter. Vel de ſceleribus oblitis. quorum parati eſſemus emendam facere ſi memoriā haberemus. de quibus iudicandū eſt tunc ſicut de venialibus. Vel ſecundo intelligitur de ablutione ſcelerum. non quantum ad culpā vel delectationem mortalis peccati. quia neceſſe eſt vt hoc deleatur vel baptiſmo: vel pœnitentia. ſed tm̄modo quantum ad reatū & pœnam. quia tanta poſſet eſſe deuotio recipientis hoc ſacramentum: ꝙ deus ei remitteret omnem pœnam quam pro ſuis peccatis confeſſis & contritis deberet in purgatorio ſuſtinere. Zachęo enim hoſpiti ſuo omnia delicta ſua condonauit. Lucæ. xx. Vel tertio intelligitur de ablutione ſcelerum. inquantum illud benedictū ſacramentum præuenit & retundit cauſas mortalium peccatorū. quæ ſunt tres. mundus / caro / & dæmon. Nam Euchariſtia deuote ſuſcepta vt dictum eſt. extinguit carnis concupiſcentiam. munit contra dæmonum nequitiam. & confortat contra mundi tyrannicam ſęuitiam. Hæc de argentina in. iiij. Dicitur tertio. ꝙ vita ſpiritualis in hoc mundo tres habet gradus generales. Primus eſt pœnitentium. Secundus proficientium. Tertius ꝑfectorū. Primū non dat ſacramentū iſtud. ſed ꝓſupponit. Sine eīm illo gradu nullus debet ad ipſum accedere. quia ſine illo gradu ſpūs hoīs mortu⁹ eſt. & ſibi non cōgruit hoc ſacramētū quod eſt cibus ſpūs. quia inutiliter cibus mortuo miniſtrat. Sed quātū ad ſcđm & tertiū grad⁹: iſtud ſacramētū dat vitā mūdo. i. hoībus corpaliter exſtib⁹ in mūdo. Nam de⁹ eſt vita aīæ ſicut aīa corpis. vt ait Aug. Ergo ſicut anima moritur cum a deo ſeparat. ſic reuiuiſcit cū per debitā pœnitētiā deo reunitur. Et hāc vitam ꝑ ſacramentū pœnitētiæ ichoatā ꝑficit hoc ſacramētū. ita vt ſua virtute de pœnitēte faciat ꝓficiētē. & de ꝓficien

te perfectum & excellētē. Hæc de argentina. Dicit quarto. ꝙ ideo per baptiſmū & pœnitētiā remittūtur peccata. quia ſignāt illā ablutionem qua fuit hō purgatus virtute paſſiōis Chriſti. Ablutio enī aquę vel lachrymarū ſignificat ablutionē quę fiebat in effuſiōe ſanguinis Chriſti. iuxta illud Apoca. j. Lauit nos ī ſāguine ſuo. Signat etiam immerſionem Chriſti in mortem. vt per hoc mortui ſimus peccato. iuxta illud Roma. vj. Quicumq; baptizati ſum⁹: in morte Chriſti baptizati ſumus. Euchariſtia vero non iſtam ablutionē rep̄ſentat. ſed magis Chriſtū oblatū in ara crucis. Ideo illa duo ſacramēta ſunt deletiua peccati mortalis ex pacto & diuina inſtitutione. non autē Euchariſtia. Nec hoc eſt ex inefficacia huius ſacramenti. ſed magis vt dicit Bonauen. in. iiij. d. xij. Quia tam nobile eſt hoc ſacramentum & tam nobilis panis: ꝙ non debet dari niſi filijs. i. iam iuſtificatis. & qui tales ſunt: non habent mortale peccatum. ¶ Sextus effectus eius eſt inclinatio ad bonum & quodam modo confirmatio in eo. Vnde ſubditur. Deduxit me ſuper ſemitas iuſtitiæ ꝓpter nomen ſuum. i. inclinauit me ad ſequendum ſemitas bonorū operum propter gloriam ſuam vel propter nomen ſuum. i. verbū vel filium ſuum: ſi eum digne ſuſceperimus. Et ꝙ ita ſit ꝙ confirmet in bono probat de argentina in quarto. Quia qui credit aliq̄d magnum bonum & diligit illud & ſperat illud ſe poſſe conſequi: quanto magis credit/diligit/& ſperat per operationes conſequi: tanto plus in huiuſmodi operibus cōfirmatur. Sed digne recipiēs hoc ſacramentum credit/diligit/& ſperat obtinere clare quod in ęnigmate & in ſigno videt. qui in bono opere per hoc maxime confirmatur. Et hūc ordinem tenet Pſalmiſta. Cum enim dixiſſet. Credo videre quo ad fidem. bona domini in terra viuentium. & ideo diligē do quo ad charitatem. expecta dominum per ſpem. ſubiunxit. viriliter age quo ad operationem bonam quæ exinde ſequitur. & deinde confortatio & confirmatio in bono opere. cum ſubditur. confortetur cor tuum & ſuſtine dominum in anima tua hoſpitem & conſolatorem. Sed ꝙ hoc fiat virtute huius ſacramēti oſtendit paulo ante cum dixit. Circuiui & immolaui in tabernaculo eius hoſtiā vociferationis. i. verbi incarnati. non taurorum aut vitulorum. Preterea Altiſiodoreñ. arguit. Sacramentum Euchariſtiæ eſt ſacramētum dilectionis. ſed fortis eſt vt mors dilectio. Aquæ enim multę non potuerūt extinguere charitatem. Cantico. viij. Ergo hoc ſacramentum corroborat & confirmat animam in bono. iuxta illud Pſal. Panis cor hoīs confirmet. Et ſi dicatur. ꝙ tunc ſuperflueret confirmationis ſacramentū. Reſpōdet idē doctor. ꝙ ſacramētū Euchariſtiæ quibuſdā eſt panis. quibuſdā lac. ſicut dicit Ap̄lus. Tanq̄ paruulis in Chriſto lac dedi vobis potum non eſcam. & iterum.

M Euchariſtia. Quare magis per baptiſmū & pn̄iam delentur mortalia q̄ p euchariſtiam.

N Euchariſtia. Q; virtute euchariſtię qs ꝯfirmetur ī bono.

M.E.C.D. 2016

j. Corinth. ij. Nihil aliud me iudico ſcire inter vos niſi Ieſum Chriſtum. & hũc crucifixũ. Illis ergo Chriſti corpus lac eſt: qui in hũanis virtutibus Chriſtum imitãtur. & iſtos nõ cõfirmat nec corroborat. grãdibus vero qui ipm imitãtur nõ ſolũ in hũanis virtutibus ſed in diuinis in quibus iã delectãtur: panis eſt. Vñ dñs ad Auguſt. Cibus ſũ grãdiũ. creſce & mãducabis me. & huiuſmodi grãdes cõfirmat. Quia igiẽ ſacramentũ Euchariſtiæ nõ oms cõfirmat. & ſacramentũ cõfirmationis ad hoc eſt ordinatũ vt oms cõfirmet tam paruulos q̃ grãdes: ꝑpter hoc nõ eſt ſuperfluum ponere. Hæc Altiſio. in quarto. ¶ Septim⁹ effect⁹ eſt. cõtra tyrannidẽ ſeu tyrãnicã tentationem & nequitiã diaboli munimentũ. Inde ſubdiẽ. Si ambulẽ in medio vmbrę mortis. i. tẽtationis in cuius vmbra vel refrigerio mors eſt aiæ ſpũalis. vel in medio vmbrę mortis. i. nequitiarũ diaboli. q̃ ſunt ſimilitudo & initiũ mortis: nõ timebo mala & tẽtationes. qñ tu mecũ es ꝑ dignã ſuſceptionẽ. Hoc autẽ ꝓbatur multipliciter. Primo quidẽ ꝑ figurã. Exo. xij. Quia in ſanguine agni vñ liniti erant poſtes domus ꝑſeruati erãt filij iſrael ab angelo ꝑcuſſore. Sic virtute effuſiõis ſanguinis Chriſti quã memoramur in hoc ſacramẽto: a dæmõis aſtutia ꝑſeruamur. Itẽ figuraẽ hoc Ioſue. ij. Vbi dr̃ ꝙ Raab meretrix recepit exploratores ligãdo funiculũ coccineũ in feneſtra. & ſic liberauit domũ ſuã. quia aĩa peccatrix pœnitẽdo & Chriſtũ recipiẽdo ligãdo in feneſtra. i. ſenſib⁹ corpeis funiculũ coccineũ id eſt memoriã paſſiõis Chriſti q̃ exprimiẽ in Euchariſtiæ ſigno: liberatur ab inimicis & tutaẽ domũ ſuã. Itẽ hoc apparet ratiõe. Si eñ ad vexillũ regis fugiãt inimici. nõne a fortiori (vt inquit Chryſoſto.) ad ꝑſentiã regis. qui in domo tua cũ ſuo virtutũ exercitu eſt collocatus? Si etiã (vt ait idẽ Chryſoſtomus) olim rei vitabãt mortẽ imminentẽ & impetũ hoſtilẽ: ſi cõfugerent ad ſtatuas regũ & imꝑatorũ: quãto magis qui confugiũt ad ipm regẽ regũ. qui eſt imago dei patris? Eſt eñ hõ digne recipiẽs hoc ſacramentũ ſicut caſtrũ munitũ armis & victualibus cõtra hoſtes. Et ideo cũ caſtrũ pij cordis videt diabolus armis ſpũalibus circũcinctũ: pane & vino & carne garnitũ: ſtatim recedit victus. quaſi diceret. Hoc caſtrũ nõ poſſum vincere nec lõga obſidione affamare. quia hic hoſpitatus eſt fortis in ꝑlio. ibi eſt panis & vinũ Euchariſtiæ. ibi eſt caro ſumpta de lardario virginis ſale paſſiõis cõdita & olim ſuſpẽſa in patibulo crucis. Hęc eñ eſt garnitio eccleſiæ quã poſuit dñs ad muniendũ eam. quẽadmodũ Iudas Machabę⁹ fecit. j. Macha. ix. Poſuit in ciuitate auxilia & apparatũ eſcarũ. Preterea. ſecũdũ Thomã in tertia parte. q. lxxix. Euchariſtia inquãtũ eſt ſignũ paſſiõis Chriſti ꝑ quã victi ſunt dæmones repellit ipſorũ impugnationẽ. Vñ Chryſoſtomus ſup Ioan. Vt leones flammã ſpirãtes de mẽſa dñi recedimus terribilis dęmo

O Euchariſtia. Q̃ eſt mu[nim]ẽtũ cõ[t]ra diabolicas tẽtationes ꝓbaẽ multipliciter.

M.E.C.D. 2016

nibus facti. Itē ęget ídiget baculo ad ſe ſuſtētādū. Iſte aūt eſt Eucha-
riſtia ſine quo aduerſ⁹ hoſtes null⁹ reſiſtit nl'l⁹ ſubſtitit í ſtatu grãe.
iuxta illd. Leui.xxvj. Trademini í man⁹ hoſtiū poſtq̄ ꝯfregero bacu
lū panis veſtri. Inde dicit̃ viaticū. quia infirmos peccatores in ſtatu
viæ portat & ſupportat. Præterea dicit infirmus peccator qđ ſequi-
tur. Virga tua & baculus tuus ipa me cōſolata ſunt. ¶ Octauus effe
ctus eſt cōtra carnis & mūdi & peccati tyrannidē cōſolatio. Subdit
enī Pſal. Paraſti in cōſpectu meo mēſam aduerſus eos qui tribulāt
me. Hinc orabat Ambr. Dn̄e p hæc ſancta myſteria mitigētur tri-
bulatiōes plebiū: pericula populorū: gemitus captiuorū: miſerię or-
phanorū: neceſſitates peregrinorū: inopię debiliū: deſperatiões lan
guentiū: defectus ſenū: ſuſpiria iuuenū. reſpice vota virginū: lamen
ta viduarū. Q: autē valeat cōtra tyrannidē carnis patet exēplo. Nā
quādo ꝓpter debilitatē ſtomachi abhorret infirmus: & vult reijce-
re quencūq; cibū ſibi miniſtratū aut etiā potionē: tūc remedium eſt
apud medicos: ſumere panē aſſum aceto aſpſum & apponere nari
bus vel ore guſtare: odore vel ſapore cuius ſtomachus cōfortat⁹ re
tinet cibū vel medicinā. Sic Chriſtus in cruce eſt panis aſſatus aceto
potatus. cuius odor & deuotio adeo cor peccatoris ꝯfortāt. aut etiā
deuota ſuſceptio: vt nec pn̄iam amarā abhorreat. Sed ꝙ cōtra tyrā
nidē mūdi valeat patet ex figura. iij. Re. ix. Vbi habet̃ ꝙ Helias fu
giens a facie Hiezabel obdormiuit ſub iunipero in deſerto. & exci
tatus ab angelo comedit de pane ſubcinericio & confortatus eſt &
ambulauit in fortitudine cibi illius vſq; ad montē dei Oreb. Vn̄ in
Collecta dicit̃. Sit fortitudo fragiliū. ſit cōtra mūdi p̄icula firmamē
tū. Hinc in legēda beati Bernardi legit̃. ꝙ cū Guillerm⁹ Aquitanię
dux ſciſma nutriret in eccleſia: nec vellet acquieſcere ſanctis viris
& beato Bernardo: tūc Bernardus occurrit ei & violētię ſuæ tenens
in manu Euchariſtiā, dixitq; ei ꝙ ſi non vellet p̄cibus eorū acq̄eſce
re & eccleſiæ pacē reddere. ſaltē vel ſaluatori ſuo ipm̄ rogāti obtem
peraret. Quo facto dux ille retrorſum cecidit in terrā in virtute cor
poris dn̄i. & eo facto lupus mutatus eſt in agnū. ferox in māſuetū.
vir malus in hoiem ſanctū. ¶ Q: ſi dicat̃. ꝙ Petrus ſtatim poſt hu
ius ſacramēti ſuſceptionē cecidit timore pulſus vſq; ad trinā dei ne-
gationē. nō ergo cōtra mūdi tyrānidē cōfortat Euchariſtia. Dicitur
ꝙ hoc ꝙ Petr⁹ peccauit nō ꝓceſſit ex defectu virtutꝫ Euchariſtiæ.
ſed ex vehemētis tentatiōis impulſu. Sed ꝙ cito poſt caſum ſurre-
xit: hoc maxime huic digne ſuſceptioni attribui pōt. quia ſi poſt de
uotā cōmunionē cadat hō in peccatū: facilius inde ſurgere pōt q̄ ſi
antea nō cōmunicaſſet. Facilius enī eſt forti reſurgere q̄ debili. Per
hāc autē cōmunionē roborat̃ aīa & fortificat̃. Sed ꝙ cōtra tyranni-
dē peccati tueat̃ patet. quia peccatū mors eſt q̄dam ſp̄ualis aīę. Hoc

P
Euchari-
ſtia.
Q: ē cōſo-
latio cōtra
tyrannidē
carnis mū
di & p[...]

M.E.C.D. 2016

autem modo præſeruatur quis a peccato futuro: quo præſeruatur corpus a morte futura. Sed homo dupliciter ſeruatur a morte futura. Vno modo inquantum hominis natura roborat̃ interius cōtra interiora corruptiua. & ſic p̄ſeruatur a morte per cibum & medicinam. Alio modō per hoc q̄ munitur cōtra exteriores impugnationes & ſic p̄ſeruatur per arma & veſtes. Vtroq; autē modo hoc ſacramētū p̄ſeruat a peccato. Primo. p hoc q̄ Chriſto cōiūgit p gratiā & roborat vitā hoīs ſpiritualē tanq̄ ſpūalis cibus & medicina. iuxta illud ſæpe dictum. panis cor hoīs confirmet.

Q. Euchariſtia. Q̃ virtu ſacramēti illumiat̃ ratio.

¶ Nonus effectus eſt illuminatio ratiōis. vnde ſubdit̃. Impinguaſti in oleo caput meum Caput enim aīæ eſt ratio q̄ totū quod eſt animæ regit & dirigit. quę oleo diuinę miſericordiæ inflammato cæleſti igne amoris illuminatur ad cognitionem veritatis & impīguatur multitudine chariſmatum. Hinc & diſcipuli non cognouerunt dominū: niſi in fractione panis. Lucę. xxiiij. Super quo Theophilus inquit. Sed & aliud ſinuit. Conſumentibus ſacrum panē aperiuntur oculi: vt eum agnoſcāt. Magnā enim & ineffabilē vim habet domini caro. Et hoc habetur in figura. j. Reg. xiiij. Vbi dicit Ionathas. Illuminati ſunt oculi mei: eo q̄ paululum guſtauerim de melle iſto. Ad guſtus enim eiuſmodi ſuauitatem aperiūtur oculi interioris hominis ad clare ꝯtemplādum quæ prius ſub ænigmate fidei clauſa tenebātur. Ideo ſubdit. Guſtans guſtaui in ſummitate virgę quæ erat in manu mea paululum mellis. & ecce morior. Nec ſine cauſa dicit. ecce morior. quia (vt dicit Grego.) Guſtato ſpiritu deſipit omnis caro. Contingit eñ ex vehementia charitatis quandoq; q̄ non magis in ſaporē deſiderij hominis amantis veniunt iſta caduca. puta temporalia bona. q̄ ī deſiderium mortui hominis. De cuius morte dicit Grego. ſup illd̄ Cantico. viij. Fortis eſt vt mors dilectio. q̄ mors ſeparat animam ab vno corpore. & charitas perfecta ab oī creatura. Sic ergo euchariſtia illumiat ītellectū & impinguat affectū. Nec mirum. quia in iſto cōuiuio (vt dicit de argentina) creduntur dari ſeptem dona ſpiritus ſancti. In cuius figura habetur. Heſter. j. q̄ rex Aſſuerus fecit inuitari omnē populū qui erat ī Suſis. & fecit parari cōuiuiū ſeptē diebus p quos moraliter ſeptē dona ſpūſſancti intelligunt̃.

R. Euchariſtia. Q̃ iebriat amore.

¶ Decimꝰ effectus eſt amoris inebriatio. Inde ſequit̃. Calix meꝰ inebriās q̄ p̄clarus eſt. Quia eñ iebriat bn̄dictus calix iſte: ideo lętificat. Hic Pſal. Vinū lętificet cor hominis. & iterū Pſal. Introibo ad altare dei: ad deum qui lętificat iuuentutem meam. i. nouitatem vitæ meæ vt dicit ibidē glo. magiſtri. Sed ſecundū iudiciū Salomonis. Eccleſia. iij. Nihil melius q̄ lętari. Ait enim. Cognoui quia nihil melius eſt q̄ lętari & benefacere in vita ſua. igitur omne bonum efficit hoc ſacramentum. Et hoc ex figura apparet. ij. Reg. vj. Si enim archa dei ſi

M.S.C.D. 2016

gularis dabit benedictionē.i.bonorum tēporaliū abundātiā in quā cumq; domū intraret. ſicut patet cū introiuit in domū Obed Edō. quanto magis corpus dn̄i receptū digne in domum aīæ noſtræ:da bit nobis affluentiā ſpūalium chariſmatū. Secūdo. quia iebriat:re plet. Oīs em̄ ebrius:repletus eſt. Sic hic cibus digne receptus mētē hominis omniū virtutum munere replet:immo & virtutes p̄habi tas auget & multiplicat. Ex quo em̄ eſt nutrimentum ſpūale: pro prium ſuū eſt augere illud quo ſpiritualiter creſcimus. ſed hæc ſunt virtutes theologicę & morales. Ideo dicit Dionyſius. ꝙ Euchari ſtia virtutem pfectiuam habet. Inde orat Ambro. Rogo te dn̄e p ipſum ſacroſanctū & viuificum corporis & ſanguinis tui ſacramen tum:da mihi virtutes tuas ſanctas. quibus repletus bona conſcien tia ad altare tuum accedam. ita vt hæc ſacramenta cęleſtia effician tur mihi ſalus & vita. Si enim per nutrimentum corpale reſtaurat deperditū & deducitur indiuiduum ad quantitatem pfectam:ſic p hoc ſacramentū quod eſt ſpirituale animę nutrimentum: reſtaura tur id quod pdit anima p peccatū veniale. in hoc ꝙ per huiuſmodi debitam receptionem:reſumitur feruor & augetur charitas. q̄ eſt aliarū virtutū forma. Vnde Innocētius de officio miſſę parte ter tia.c.vlti. Per huius ſacramēti virtutē vniuerſę virtutes augent. & oīm gratiarū fructus exuberāt. Māna quippe deſcēdens de cęlo cō ſeruabat ſanctos in eodē ſtatu in quo prius erant. Et ſic nō ſolum erat datum ad reſtaurationē deperditi ſed etiam ad conſeruationē indiuidui. Vnde & Ioſue.xiiij. dicebat Caleph ſe tunc eſſe eiuſdē valoris & potentię cuius fuerat ante quadraginta annos quando miſſus fuerat ad explorandam terram promiſſionis. Et quia hęc ī figura contingebant illis:ideo cōcludi poteſt ꝙ huius cibi proprie tas non ſolum gratiam confert. immo eam cum cęteris virtutibus auget. nec ſolum reſtaurat deperditum. ſed etiam conſeruat & au get habitum. ℂ Vndecimus effectus eſt liberatio a pœnis purgato rij. Vnde ſequitur. Et miſericordia tua ſubſequet me omnibus die bus vitę meę. Subſeq̄tur ſiquidem.i. poſt vitam ſub terra me ſeque tur.ſ. in purgatorio quandiu ibi viuam. Hoc enim apparet ex figu ra. Exodi.xij. Quia ſanguis agni liberauit filios iſrael de ęgypto. q̄ interpretatur tenebra. Sic ſanguis veri agni oblatus a ſacerdote:ani mas liberat de loco tenebrarū purgatorij. Et ideo. quia eſurijt Da niel in lacu leonū. coet⁹.ſ. fideliū in lacu purgatorij dimerſorū:iſte ci bus per ſacerdotem datus & oblatus in altaris alueolo: refocillabit eos. & ad cœtum degentium in lacu portabitur in momento. & hoc in cincinno vno capitis ſacerdotis. qui cincinnus eſt vnica men tis intentio . qua applicat hoc ſacrificium in ſatiſfactionem pœ nę defunctorum & ad eorum ſolatium & refectionem. Suſcipiat

S Euchariſtia. Q liberat a pœnis purgatorij

M.E/C.D. 2016

eũ ꝓinde ſacerdos cũ Zacheo. & obediat dicẽti ſibi. Oportet me hodie in domo tua manere. Et tũc ſacerdos ſuſcipiẽs ipm hilariter dicat. Nõ ſolũ ecce dimidiũ bonoꝝ meorũ. ſed totũ bonũ meũ dñm Ieſum do paupibus purgatorij. Iſta hæreditas mea q̃ ꝓclara ẽ mihi in merito. ſed tamen eam do in refectionem & ſatiſfactionem pauperum. qui ſunt in purgatorio.

T Euchariſtia. Vñ ẽ ꝙ ſacramẽtũ altaris plꝰ ꝓdeſt poſt mortẽ q̃ alia ſacramẽta.

¶Sed circa hoc q̃ritur cũ alia ſacramẽta nõ ꝓſint poſt mortẽ: vñ eſt ꝙ ſacramentũ altaris credit̃ ꝓdeſſe. Reſpõdetur ad hoc ſcđm Bonauẽ. in. iiij. d. xlv. in expoſitiõe textus. Primo. ꝙ ſacramẽtũ altarꝫ aliter ꝓdeſt viuis. aliter mortuis. q̃a viuis ꝓdeſt ſub rõne ſacramẽti & cibi & ẽt ſacrificij. ſed mortuis tm̃ ſub rõne ſacrificij. Inquãtũ ei ſacramẽtũ ẽ. cibat & dat grãm & ꝑfectionẽ mãducãti. ſed iquãtũ ſacrificiũ, deũ placat. Hoſtię em̃ placãt. Et q̃a deus iratus ẽ paupibꝰ purgatorij: ideo neceſſaria eſt hoſtia ad placandũ eũ. Et inde eſt ꝙ cum ſacerdos celebrat. quia tũc accipit̃ ab eo p modũ cibi & ſacramẽti & offert̃ tanq̃ ſacrificiũ eccleſiæ: ꝓficit oĩbus fidelibus tã viuis q̃ defunctis. viuis ad meritũ & ſatiſfactionẽ. mortuis ad ſatiſfactionem tm̃. Si tamẽ eſſet tm̃modo cõmunio laica. puta ſi a laico ſumeretur ſacramentũ. tũc Secũdo dicit̃ ſecundũ eũdẽ doctorẽ. ꝙ aliorũ ſacramentorũ diſpẽſatio reſpicit actũ in pſona vel circa perſonã. vt patet in baptiſmo. & ideo nõ põt baptizari. niſi qui pñto eſt in aquã mergi. ſed ſacrificiũ eſt actus ꝓ pſona. Et qm̃ actus in perſonã reſpicit pſonã actu exiſtẽtẽ. & actus ꝓ pſona nõ hoc requirit: ideo ſicut Chriſtꝰ obtulit pr̃i ꝓ illis q fuert̃ & q futuri ſũt: ſic ſacrificiũ illđ ꝓdeſt his q̃ viuũt & his q vitã iſtã finierũt. Dicit̃ tertio ꝙ deus nõ dicit̃ iratꝰ his qui ſunt in purgatorio/affectiõe. quia diligit eos ad maximum bonũ. ſ. gloriã. ſed bene inflictiõe pœnę. ſicut ſolet pater iraſci filijs eos verberãdo & caſtigãdo. quos tamẽ reſeruat ad futurã hęreditatẽ. De ſuffragijs autẽ & maxime huius ſacramẽti qualiter valeãt defunctis require in ſermõibus in die cõmemorationis aĩarũ.

V Euchariſtia. Q̃ virtute ſacramẽti dat̃ finaliter gloria.

¶Duodecimus effectus eſt finalis adeptio & glorię cõſequutio & eiuſdem augmẽtatio. Inde ſubdit̃. Et vt inhabitẽ in domo dñi. nõ ſcđm breuitatẽ dierũ noſtrorũ. ſed in longitudinẽ dierũ ęternorũ. Ad hoc em̃ valet huius ſacramẽti digna receptio. quia Ioan. vj. ait dñs. Si quis mãducauerit ex hoc pane viuet in ęternũ in ęterna gloria. Hinc canit eccleſia. O vere digna hoſtia p quã fracta ſunt tartara. redẽpta plebs captiuata. reddita vitę pmia. Tẽpore em̃ huius ſacrificij veſpertini meruit audire latro. Hodie mecũ eris in paradiſo. Si autẽ ſolus etiã illius panis in cruce decocti odor: fecit vt latro paradiſum intraret: quid acturꝰ eſt ſapor ſuauiſſimus iſtius panis in Chriſti fidelibꝰ eũ digne ſuſcipiẽtibus? Nã ſicut cibus materialis ordinatur ad vitã tranſitoriã & caducã: ſic Euchariſtia ad ęternã. Et ideo huius pa

nis ſancta refectio dicitur cœna nõ prandium/ ob ſomnũ. Cibꝰ em̃ circa ſomnũ dicitur cœna. Somnus aũt quies ęterna: quã acceptu ri ſunt qui refecti fuerũt pane vitę. Inde Pſal. In pace in idipſum.ſ. cibum.dormiam & requieſcam. Poſt cibum groſſum acceptũ vix homo dormire poteſt.quia generat vt plurimum nimiam ventoſi tatem & ventris torſionem. Temporalia autem bona groſſus cibꝰ ſunt.ideo poſt illa nimium deguſtata vix habituri ſunt diuites hu ius ſeculi ſomnum quietis ęternę.iuxta illud Eccl̃es.v. Saturitas di uitis nõ ſinit eum dormire. Eſa.xiij. Dolores & torſiones tenebũt te.ecce cauſam priuationis quietis. Sed ꝙ valeat ad glorię augmẽ tum patet.quia augmentum glorię ſequitur ad augmentũ gratię. quia ſcd̃m proportionem meritorũ & gratię dabitur electis gloria. iuxta illud Pſal. Gratiã primo & gloriã dabit dñs.ſed hoc ſacramẽ tum auget gratiam. vt dictum eſt. ergo & gloriam.

¶Sermo decimuſquartus de periculo indigne recipiẽ tium per thema.

QVicunq; mãducauerit panem & biberit cali cem domini indigne: reus erit corpis & ſan guinis domini.j.Corinthio.xj.

¶Queri poſſet vtrũ accedere ad hoc ſacra mentũ cũ cõſcientia peccati mortalis ſit oĩm peccatoꝝ grauiſſimũ. Et videtur ꝙ ſic.quia gloſa ſup illo verbo ꝓpoſito dicit de ĩdigne manducãte.ac ſi Chriſtũ occideret punietur. peccatũ aũt occidẽtiũ Chriſtũ fuit grauiſſimũ. igit̃ & illđ. Ad hoc re ſpondetur ꝙ peccatum occidentium Chriſtũ fuit iſto grauius ſim pliciter & abſolute. Tum primo. quia illud fuit contra corpus Chri ſti in propria ſpecie. hoc autem fit contra Chriſtum ſub ſpecie ſacra mentali. Plus autem debuit mouere crucifixores ſuos ad pietatem & compaſſionem & ceſſationem ab opere malo reſpectus talis per ſonę in propria ſpecie q̃ ſi ſub ſacramentali tm̃modo videretur. Tũ ſecũdo. quia illud peccatum proceſſit ex intentione nocendi Chri ſto.non autem intendit nocere ei qui ſic eum recipit. quare illđ fuit ſimpliciter grauius. Dico tamen ſecundo. ꝙ ex aliqua circunſtan tia notabili peccatum indigne recipientiũ poteſt peccato crucifigẽ tium eſſe ęquale vel maiꝰ. Qđ maius patet primo. quia indigne ſu mentes ſcienter cõtumeliã Chriſto inferũt. quẽ verũ deum eſſe cre dunt. in hoc iudeis deteriores. qui ſi cognouiſſent: nũq̃ dñm glorię crucifixiſſent. ratione cuius non poteſt dñs rogare pro indigne ſu mentibus ſicut pro ſuis crucifixoribus dicens. Pater ignoſce illis.

A Euchariſtia. Pc̃tm̃ indigne ſumẽtis eſt pc̃tõ crucifigentiũ xp̃m & Iudę ſimplicit̃ minus.licet quo ad aliquã circũſtãtiã poſſet dici ęq̃le vel maius.



M.E.C.D. 2016

quia neſciũt quid faciũt. Sciũt em̃ iſti quid faciũt. Secũdo quia contemnũt Chriſtum regnãtẽ in cęlis quẽ crucifixores iudęi cõtẽpſerunt mortalẽ in terris. Maior autẽ cõtumelia eſt quę infertur alicui in ſtatu honoris q̃ quę infertur in ſtatu humilitatis. ſicut cõtumelia quę infertur alicui qui miles eſt maior eſt q̃ quę infertur ei cum armiger eſt. Tertio quia cõtumelia illata a iudęis ſemel tm̃ illata eſt. iſta vero totiens ab indigne ſumentibus infertur. Quarto quia vilitas & macula culpę plus deo diſplicet q̃ vilitas pœnę quęcunq; ſit illa. ſed iudęi intulerunt ei vilitatem & ignominiam pœnę. indigne autem ſumentes quantum in ſe eſt faciunt ad hoc ꝙ Chriſtus ſua culpa & macula polluatur. cum in conſcientia immunda eum reponant. ergo quãtũ in ſe eſt faciũt (vt videtur) qđ ſibi magis diſplicet. ſaltem quo ad aliquam circunſtantiam. q̃ quod fecerunt iudęi. immo aliquo modo peiores ſunt ſarracenis & gentilibus. de quibus Pſalm̃. conquerendo dicit. Deus venerunt gentes in hęreditatem tuam: polluerunt templum ſanctum tuum. Illi em̃ ſolum polluerunt templum. iſti habitantem in templo. illi domum. iſti dominum domus & dei filium. Quinto. quia illi permiſerunt eum poni in ſepulchro nouo & mundo. iſti in ſepulchro peccatis fœtidiſſimo vbi dęmon ſepultus eſt. immo forte dęmonum legio. & illi vſq; in tertium diem in illo ſepulchro permiſerunt eum requieſcere. iſti vero nec eum quieſcere ſinunt in ſuę conſcientię ſepulchro. Sed ꝙ peiores ſint Iuda quo ad aliquam circunſtãtiam patet. quia ille tradidit eum iudęis. iſti quantum in ſe eſt/dęmonibus. dum reponunt eum in loco immundo qui eſt in dæmonum poteſtate. Secũdo quia Iudas pœnituit. & quod male acceperat reſtituit. iſti vix per totum annum ſui mali pœnitent aut de eo confitentur. & quod male acceperunt/nunq̃ reſtituunt. In hoc tamen ſunt equales iudęis in delicto. quia ſicut tales deo contumeliam intulerunt in ſua ciuitate & terra quam eis donauerat. ſic iſti in propria domo corã angelorum propria curia ſua congregata ſibi improperium inferunt. de quibus quẽadmodũ Iacob de filio ſuo cõquęritur deus pater. Gen̄. xxxvij. Fera peſſima deuorauit filium meum. In hoc etiã ſunt ſimiles Iudę. Primo quia ad inſtar Iudę accedũt ad menſam domini inuerecũde. de quibus conqueritur dei filius ſicut de Iuda Ioan. xiij. Veruntamen manus tradentis me mecum eſt in menſa. Secundo quia ſicut Iudas eum oſculo tradidit: ſic iſti oris oſculo produnt. quem illo ſigno oſtendunt ſibi amicum. Vnde & de ſacerdotibus malis dicebat Hiero. in quadã epiſtola. Quid tibi cũ fœminis qui ad altaria cũ deo fabularis? Dic ſacerdos: dic clerice: qualiter cum eiſdem labijs filium dei oſcularis quibus oſculatus es filium meretricis? O Iuda, oſculo filium hominis tradis. Quis autem cõ

ſiderare poſſet: quantum diſplicet beatiſſimę virgini hęc ignominia facta filio ſuo? Si enim diſplicuit carentia vini materialis in nuptijs: quãtum ſibi diſplicet carentia vini deuotionis & gratię in peccatoribus indigne accedentibus? Igitur dicat filio ſuo pro nobis. Vinum non habent. & vt illud impetret ab eo: ſalutabimus eam dicentes Aue maria gratia plena &c.

¶ Quęritur quõ peccator indigne ſumens Chriſti corpus reus efficiatur corporis & ſanguinis dñi. Nõ eñ reus eſſe poteſt aliquis nũc viuẽs illius mortis aut delicti quod iam diu tranſiit in pręteritum. cum nihil ad illud complendum efficere poſſit. Non igitur videtur ꝙ pctõr illius mortis efficiatur reus. Ad hoc rñdetur. Primo tripliciter tales poſſunt dici rei corporis & ſanguinis dñi. Primo quia aliquid faciũt quod fuit cauſa mortis Chriſti. & cauſam mortis & paſſionis Chriſti iterant. ſ. peccatũ quod cõmittũt in recipiendo. Vnde Heb. vj. dicitur. Rurſum crucifigentes ſibimetipſis filium dei & oſtentui habentes. Gloſa. Crucifigunt filiũ dei in ſemetipſis & contumelię habẽt: qui gratiam ei⁹ vilipendentes: in peccatis iacent. & cũ peccatũ ſit cauſa paſſionis eius: tales iterãt cauſam crucifixionis eius. de quoꝝ quolibet cõqueritur Iob. xvj. Cõcidit me vulnere ſuper vulnus. Nec ſolũ tales quãtũ in ſe eſt/crucifigũt: ſed & oſtentui habent & deriſioni. quando ſimulant ſe adorare: quem in rei veritate inhonorãt. Si quis eñ crederet ſe ſemel Chriſtum crucifixiſſe: vellet nudis pedibus per totum mundũ toto tempore vitę ſuę poenitentiã agere. Quid ergo debẽt facere illi qui totiens cõmiſerunt peccatũ illi peccato ſimile? Secũdo quia tales beneficiũ redẽptionis irritãt & quãtũ eſt in ſe annullãt. Vnde glo. ibidẽ. quia bñficiũ eius irritũ ducis: mortis eius. i. Chriſti poenas dabis. hoc eſt ac ſi Chriſtũ occideris: punieris. Talis eñ per ſe irritũ facit & adnihilat beneficium paſſionis. i. virtutem & efficaciam eius. quod eſt ei maxime iniuriari. Tertio quia tales gratias redemptoris in ei⁹ cõtumeliã cõuertunt. & inde eſt ꝙ ſunt rei eiuſdem poenę cuius & crucifixores eius. Heb. x. Irritam quis faciens legẽ Moyſi ſine vlla miſeratione ſub duobus aut tribus teſtibus moritur. quanto magis deteriora putatis mereri ſupplicia. qui filium dei cõculcauerit & ſanguinem teſtamenti pollutum duxerit. in quo ſanctificatus eſt. i. ſanctificatus eſſe debebat. Vnde & Ioan. xiiij. Qui manducat panem meũ leuauit calcaneum ſuum contra me. i. erexit pedis ſui extremitatem vt me conculcaret. Abominabile enim eſt vilem & ruſticum leuare pedem contra creatorem ſuum: vel conculcare ipſum & ponere ipſum in locum foetidum. Ideo non eſt mirum ſi talis illi⁹ poenę eſt reus: cuiuſmodi fuerũt crucifigẽtes ipſum. quib⁹ improperat dñs. & maxime ſacerdotibus Mala. j. Dixit dñs exercituũ ad vos o

B Euchariſtia. Q; tribus modis poſſũt dici rei mortꝭ xpi: qui ipm indigne ſumunt.



M.E.C.D. 2016

ſacerdotes qui deſpicitis nomen meũ. & dixiſtis. in quo deſpexim⁹ nomen tuũ. & ſequitur. offertis ſuper altare meum panem pollutum. Vbi dicit gloſa. Panem .i. corpus Chriſti polluit: qui indignus ad altare & ad menſam dñi accedit. Secundo dr̃ ſcd̃m eandẽ glo. ꝙ tripliciter indigne quis accedit ad hoc ſacramentum. aut qui irreuerenter & indeuote. vt multi ſacerdotes adhuc ebrij. vel ſomnolenti. aut vinolenti. aut qui in peccato & peccati voluntate permanet. aut qui aliter celebrat myſterium q̃ a dño inſtitutum ſit. vt poſte qui aliter conficit. aut qui peccat dum conficit. quibus oĩbus ꝓhibetur ne accedant. ſpecialiter autẽ ex ſcriptura duplicibus corde/ mendacibus/ & periuris/ & viris doloſis. iuxta illud Eccl̃i. j. Ne acceſſeris ad eum duplici corde. Item his qui cõueniunt in vnum vt male faciãt. vt latronibus & bellantibus iniuſte. j. Corinth. xj. Conuenientibus vobis in vnũ iam nõ eſt dñicã cœnã mãducare. Item crudelibus hominibus vt principib⁹ & dominis qui crudeliter tractant ſuos ſubditos. Pſal. Nõ accedet ad te malum. & flagellũ non appropinquabit tabernaculo tuo. Homo eñi crudelis flagellũ dei dicitur. Itẽ hęreticis. Numeri. xvij. Ne quis accedat alienigena. & qui non eſt de ſemine Aaron ad offerendum incenſum domino. Alienigena eñi ꝓprie eſt hęretic⁹. qui eſt extra eccleſiã dei. Quito his qui vitijs fœtidis ſunt maculati. vt luxurioſis & guloſis. Leuiti. xxj. Omnis qui habet maculam luxurię vel gulę non accedet offerre domino. & generaliter omnibus vicioſis inhibetur ſub pœna ꝓpoſita. Quicunq; manducauerit panem & biberit calicem domini indigne: reus erit corporis & ſanguinis domini.

C Euchariſtia. Qꝫ tribus modis idigne accedi tur ad ſacramentũ euchariſtię.

D Euchariſtia. Qꝫ xij. mala incurrũt idigne cõmunicantes. quorũ primũ eſt ꝙ ſunt in plena poſſeſſiõe diaboli.

¶ In hoc pręſenti ſermone ſolum dicẽtur duodecim mala quę incurrũt indigne celebrãs & cõmunicans. quę tangũtur in Pſal. lxviij. in verſu illo. Fiat menſa eorum in laqueum &c. Primum malum in quod incidunt eſt plena diaboli poſſeſſio. Licet enim antea diabolus eſſet in poſſeſſione eorum. poſt tamen indignam ſuſceptionem magis & plenius a diabolo poſſidentur & illaqueantur. & hoc eſt quod dicit Pſal. Fiat menſa eorum in laqueum. Auis eñi ad laqueum per cibum capitur. & piſcis ad hamum. Inde eſt vt legitur Ioan. xiij. de Iuda ꝙ poſt buccellam panis non conſecratam ſibi datam a Chriſto intrauit in eum ſathanas. Glo. interli. vt plenius eum poſſideret. Si ergo diabolus in Iudã maiorem poteſtatem accepit. quia buccellã panis de manu dñi ſumere pſumpſit: quid erit de illo qui habẽs mortalis peccati cõſciẽtiã dñicum corp⁹ accipere pſumit: cũ diuino iudicio ei⁹ imũdicia omni imũditia corpali maior ſit. Rõ aũt hui⁹ eſſe põt. quia Sap. xj. Per quę quis peccat p hęc & torquetur. Peccator aũt indigne ſuſcipiẽs Chriſtum ipſum dat in poſſeſſionẽ dęmonib⁹ quãtũ in ſe eſt. qa in loco reponit vbi cognoſcit dęmo

M.E.C.D. 2015

nes habitare. Videtur em̄ dicere illud Golię ad Dauid. j. Reg. xxij.
Veni ad me & dabo carnes tuas volatilibus cęli & beſtijs terrę. i.
dęmonibus qui ſunt volatilia cęli per ſuperbiā. & beſtię terrę per in-
habitationem. ideo nō eſt mirabile ſi deus tales det in plenariam
diaboli poſſeſſionem. & hoc experientia docet. quia qui ſic indigne
ſuſcipiunt ita in cōſcientia ſua ſe ſentiunt a diabolo illaqueatos: vt
neſciāt quo modo euadere aut cōfiteri: aut quo modo a peccato re-
ſilire. ¶ Sed circa hoc quęri poſſet. quō de nouo peccat accipiēs hoc
ſacramētū in peccato mortali. quia peccator vidēs vel tangēs Chri-
ſti corpus nō peccat mortaliter. quia nunq̄ inuenitur ꝓhibitū quin
peccator poſſit audire miſſam & leuare hoſtiā quę cecidit in terrā.
& ęqua eſt experientia ipſius corpis Chriſti ſcd̄m viſum ſicut ſcd̄m
guſtū: cū tantū percipiat vnus ſenſus ſicut alius. ergo guſtans non
peccat. Secundo nō minus eſt tāgere Chriſtū realiter q̄ ſacramēta-
liter: ſed peccatores nō fuerūt ꝓhibiti Chriſtū corpaliter tāgere qn̄ i
mūdo prędicabat. vt patet qn̄ mulier peccatrix tetigit pedes eiꝰ in
domo phariſęi. igitur. Tertio infirmus introducēdo ad ſe medicum
& ſumēdo medicinā nō dr̄ peccare: ſed peccator eſt mortaliter infir
mus, & Chriſtus eſt medicus & medicina. igitur. Qꝫ peccator ſit
infirmus patet per Pſal. in perſona peccatoris dicētē. Miſerere mei
dn̄e: qm̄ infirmus ſum. Qꝫ vero Chriſtus ſit medicus patet in euā-
gelio. vbi ſe cōparat medico dicens. Nō eſt opus valentibus medi-
co: ſed male habētibus. & ꝙ ſit medicina patet. Eccl̄i. xxxviij. Al-
tiſſimus de terra. ſ. virginis creauit medicinā. & vir prudens nō ab-
horrebit eam. Ad hoc reſpōdetur primo ꝙ peccator homo videre
poteſt Chriſtū in altaris ſacramēto ſine peccato. Hoc ꝓbat Richar.
in. iiij. diſtin. xij. in quadā textus expoſitione. quia in ipſo aſpectu.
ſi cū timore & reuerentia fiat: qn̄q; datur gratia. vt patet in figura.
Nam Numeri. xxj. filijs Iſrael a ſerpentibus percuſſis in aſpectu
ſerpentis ęnei dabatur ſanitas. Itē ſicut dicit Alex. de Hall̄. peccato
ri accidere poteſt cōmodū multiplex ex illa inſpectione. Tū ex pō-
deratiōe charitatis ſaluatoris. Tū ex ſubuētione beneficij reparato-
ris. Tū ex recordatiōe bn̄ficij redēptoris. Debet em̄ tā iuſtus q̄ pec-
cator intuēdo Chriſti corpꝰ recordari quātū fuit beneficiū reparato
ris. quāta paſſio ſaluatoris. quāta charitas redēptoris. Et ſi dicat̄ ꝙ
Bethſamitę percuſſi fuerūt. quia viderūt archā dei: quę erat tm̄ figu
ra huiꝰ ſacramēti. j. Reg. vj. quāto magis ꝑcutiet̄ a deo pc̄tōr q hoc
ſacr̄m intuet̄. Sed ad hoc dr̄ ꝙ Bethſamitę ꝑcuſſi fuerūt. nō qa vide
rūt archā ſolū: ſed qa viderūt eā nudā: qd̄ erat eis ꝓhibitū. Nā Nu-
meri. iiij. pręcipiebat̄ vt in amotione caſtroꝝ Aaron & filij eiꝰ ingre
derētur tabernaculū & inuoluerēt archā & vaſa. & ſic inuoluta tra-
derēt ad portādū. Et quia iſti viderūt eā nudā. ideo cōtra dn̄i pręce

E
Euchari-
ſtia.
Qꝫ licet
pc̄tōri vi-
dere Chri-
ſti corpꝰ.
tāgere in
caſu ſed
nūq̄ guſta-
re. & q̄re.



M.E.C.D. 2016

ptũ egerũt. & ſic pcuſſi ſunt. Nec illa ꝓhibitio fuit eis facta in ſignũ nõ vidẽdi corp⁹ Chriſti: ſed in ſignũ ꝙ ſimpliciorib⁹ nõ licet archana dei ſcrutari quę in ſacra ſcriptura latẽt. quę per archam ſignatur Prouerb. xxv. Scrutator maieſtatis opprimet a gloria. Dupliciter eñ videri põt maieſtas dei. Vno modo per fidẽ. & ſic videre licet oĩb⁹. imo hoc requirit dñs ab oĩbus adultis. Alio mõ perſcrutiniũ. & hoc nõ licet, niſi prouectis & inſtructis in diuina ſciẽtia. Inde ſignãter dictũ eſt ibi ꝙ quinquaginta millia de plebe percuſſa ſunt. qa ſcrutiniũ ſcripturarũ nõ eſt datũ his qui ſunt de plebe. quib⁹ debet ſufficere eoꝝ cognitio quę cadũt in apprehẽſione quiq; ſenſuũ vel ſaltẽ per ea manuduci ad intelligẽda quę neceſſaria ſunt eis ad ſalutẽ. In cęteris aũt debent maiorũ dictis cõformiter ad ſanctã doctrinã adherere. ❡ Dicitur ſecũdo ꝙ pc̃tori nõ licet tangere Chriſti corp⁹ in ſacramẽto. niſi in duobus caſib⁹. Primo in neceſſitatis articulo. vbi in tali neceſſitate infirmus petit. nec ſacerdos miniſtrans habet tẽpus cõfitẽdi aut copiã ſacerdotis. Secũdo vbi in loco vili iaceret hoſtia. In quo etiã caſu licet laico tollere eã & de terra ad locũ digniorẽ ſufferre cũ metu & reuerentia. hoc patet. qa qui permittit cibũ materialẽ ad vſum humanũ aptũ inutiliter deperire: peccat. ſi poſſit recolligere. iuxta illud ꝑceptũ dñi. Ioan. vj. Colligite fragmẽta ne pereãt. ſed cib⁹ corpis Chriſti multo nobilior eſt illo cibo materiali. ergo nõ ſolũ cũ ceciderit leuare debet: ſed etiã ad hoc tenet. Licet eñ laicus nõ habeat man⁹ cõſecratas: tñ in illo caſu leuare poteſt & tãgere. quia cõſecratio fit ad cõſecrandũ. nõ ad cuſtodiendũ. Nã & pyxis in qua euchariſtia cõſeruat in tabernaculo nõ cõſecratur nec benedicit: qđ tñ fit de corpali & calice in quib⁹ euchariſtia cõſecrat. Licet eñ Oza. ij. Reg. vj. percuſſus fuerit cũ tetigit archã. eo ꝙ titubaret. hoc tñ ideo fuit. quia irreuerẽter acceſſit. His igitur duobus caſib⁹ exceptis nec manu nec ore licet Chriſti corpus a peccatore cõtingi. hoc patet. quia ſi Ioannes baptiſta in vtero matris ſanctificatus: & a pueritia in ęremo cõuerſatus & inuitat⁹ a dño: timuit tãgere ſanctũ verticẽ angelis reuerẽdũ & tremendũ. vt de eo canit ecclesia: quõ nõ timet peccator immũdus corp⁹ Chriſti nunc glorioſum tãgere & ſumere? Si Magdalena quę tãto feruore dñm diligebat. & tã deuote ei viuo & mortuo ſeruiebat: non eſt permiſſa tãgere pedes dñi. eo ꝙ nõ crederet eũ eſſe filiũ equalẽ patri: quãto magis timẽdũ eſt peccatori accedẽti ad tangẽdũ nõ ſolũ pedes. ſed etiã totũ Chriſti corp⁹. ❡ Dicitur tertio ꝙ licet ſcđm viſum & guſtũ ſit ęqualis experiẽtia de Chriſti corpe: nõ eſt tñ ęqualis congruẽtia. Hoc oſtẽdit de Argẽtina in. iiii. quia viſio ſacramẽti correſpõdet fidei & guſtus charitati. Et ideo imediate ꝙ aliquis per mortale perdidit charitatẽ: ineptus eſt ad guſtandum hoc ſacrm̃. & quia fidem

M.E.C.D. 2016

catholicã nõ poſtpoſuit: nõ eſt priuandus viſione eius. Item ſcdm Bonauen. in.iiij. viſus non pertingit vſq; ad ſubſtantiam corporis Chriſti: ſed ſolum ad ſpecies ſacramentales. ſed ille qui manducat non ſolum ſumit ſpecies ſacramentales. ſed etiam Chriſtũ. qui eſt ſub eis. ideo a viſione corporis Chriſti nullus baptizatus prohibetur: ſed bene a guſtatione. ¶ Dr̃ quarto ꝙ nõ eſt ſile de cõtactu Chriſti viuentis & in ſacramento. quia dum viuebat Chriſtus ſe habuit per modum medici. nunc autem per modum medicinę fortiſſimę quę non congruit infirmis ſed tm̃modo ſanis. Infirmus vero non eſt ꝓhibitus a tactu medici ſed bene a medicina fortiſſima quę ſibi non congruit. Ideo tunc licebat peccatoribus tangere ipſum. nunc autem non. ¶ Dicitur quinto ꝙ infirmus introducẽs medicum in domum ſuam. nõ tamen obediens medico. nec iuxta conſilium eius medicinam preparatiuam ſumens: peccat ſumendo medicinam nimis fortem & eum interficientem. Sic eſt de peccatore qui contra Chriſti conſilium & eccleſię accedit ad hoc ſacramẽtũ ſine ꝑparatiua medicina. cõtritionis. ſ. & confeſſionis. Obeſt eñ medicina ſanitatis cõſeruatiua ſanitate non habita. Hoc apparuit in Iuda. q poſt buccellã acceptã nõ multũ poſt crepuit medi⁹.

¶ Secũdum malũ eſt ꝙ in ſterilitatẽ aĩe ſuę incidũt priuati oĩbus bonis ſpũalibus dei. & hoc ſubditur cũ dr̃. & in retributiões. De talib⁹ eñ dicere põt dñs illud Pſal. Retribuebãt mihi mala ꝓ bonis: ſterilitatẽ aĩe meę. hoc eſt pro bonis meis quę eis volebã donare cũ me & mea eis offerrem. cũ vellem cũ eis cœnare & cõicare: aĩam meã vacuã fecerũt. quia pro cibo dederũt in eſcam meam fel rãcoris & odij. & in ſiti mea qua cupiebã eoꝝ ſalutẽ: potauerũt me aceto cupiditatis & auaritię. Si quis eñ benefactor noſter intraret domũ noſtram: ei ſtatim offerretur cibus & potus. Iſti vero cum ad eos venit amicus eorum & benefactor: remittunt eum vacuum & ſine honore. Ideo imꝑcatur Pſal. contra eos dicẽs. Redde retributionem eorum ipſis. hoc eſt ſicut tibi retribuerunt: ſic eis retribue. Et quia a deo abſtulerunt omne deſiderium ſuum: & animam ſuam ſterilem & vacuam fecerunt omnibus bonis. Ideo ſimiliter retribuit eis auferendo ab eis omnem gratiam. omne bonum. & dimittendo animam mortuam & ſterilem. Sterilis eſt enim omnis arbor quę mortua eſt. Hęc autem retributio ſcribitur Iob.xx. Panis illi⁹ in vtero ei⁹ vertetur in fel aſpidũ intrinſecus. i. in anima quę eſt intimũ hominis. Panis eñ qui debuit eſſe vita animę vertetur in venenum aſpidum eam intoxicãs. Nec mirum. quia iuxta Pauli ſententiam Romañ. vij. Quod ergo bonum eſt mihi factũ eſt mors. ſ. alteri. Et ad hoc eſt ſatis familiare exemplum. Nam quęlibet lex dei bona eſt. ſed bonis eſt ad meritum. malis autem ad mortem

F
Euchariſtia.
Q̃ĩ idigne cõicantes priuantur oĩbus bonis ſpũalibus.



M.E.C.D. 2016

damnās. Sic hic cibus bonis eſt ad meritū. malis aūt ad mortē ſpūs. Rom. vij. Inuētū eſt mihi mādatū qđ erat ad vitā: hoc eē ad mortē.

¶ Sed querit Alex. in quarta parte. quō cibus iſte ita nocere poteſt iniuſtis. Nā diuina pulchritudo amica eſt aſpectui quātūcūq; infirmo. i. intellectui. Delectatur eñ intellect⁹ quātūcūq; pctōris in cognitione diuinę pulchritudinis. ergo & diuina dulcedo guſtui quātūcunq; infirmo erit amica: cū etiā per incarnationē maxime facta ſit proportionata humano guſtui. Ad hoc rñdetur q; guſtui omni illā participanti amica eſt illa beatiſſima dulcedo: ſed palatū non ſanum cui dulcia videtur amara. cuiuſmodi eſt palatū ſpūale peccatoris: nō illud participat. quia ſcđm Aug. Palato nō ſano pœna eſt panis: qui ſano eſt ſuauis. Sicut eñ appetitus corporis ſequitur diſpoſitionē corporis: ita vt ęger & ſanus diuerſa appetāt ꝑpter cōtrariā corporis diſpoſitionē: ſic pctōr & iuſtus ex diſpoſitiōe aię cōtraria.

G
Euchariſtia.
Q; idigne cōicantes ruūt in peccatum grauiſſimum.

¶ Tertiū malū eſt q; ruūt in pctm̄ grauiſſimū. & hoc quia offendūt ad lapidem offenſionis & petram ſcandali: quę eſt Chriſtus. & ideo ſubditur. & in ſcādalū. Infœliciores eñ videtur iſti ceteris pctōrib⁹ quia ipſum ſummū bonū eſt eis nociuū: & ex ipſa vita moriūtur. & ex ipſo antidoto incurrūt infirmitatē ad mortē. Quis autē curationi locus: qñ qđ debuit curare hoīem ipſum interficit? Vnde in libro Proſperi. Sacramētum ſummę bonitatis ſibi in iudiciū ſumit indignus. Bene aūt eſſe nō poteſt accipienti qđ bonū eſt. Tales eñ de optimo cibo intoxicātur. ad totius orbis fulcimentum ruunt. & de medicina vulnus accipiunt. Vę illis quibus illa medicina in vulnus conuertitur. Vnde bene de eo dicitur Lucę ſecundo. Erit hic poſitus in ruinam & in reſurrectionem multorum.

¶ Sed querit Alex. quis illorꝝ grauius peccat vel māducās cū peccato carnali vel ſpūali. Q; in ſpūali patet. Tū primo. quia ſcđm Grego. Peccata carnis maioris ſunt infamię & minoris culpę: ſed manducās cū minori culpa minus offendit. igitur. Tū ſecūdo. quia grauius peccat qui peccat ex certa malitia q̄ qui ex infirmitate: ſed peccata ſpūs ſunt ex certa malitia. pctā carnis ex infirmitate. igr. Rñdetur ſcđm eundem. q; magis peccat ceteris oībus paribus qui ſumit Chriſti corpus in peccato deſperationis vel inuidentię fraternę q̄ qui ſumit in peccato gulę vel luxurię. quia iſta de directo ſunt contra omnē efficaciā huius ſacramenti. quod eſt ſacramētū amoris & vnionis. Sed magis peccat exiſtens in pctō luxurię q̄ exiſtēs in peccato irę vel cuiuſlibet alterius vitij ſpiritualis. Probatur multipliciter. Primo quia hoc ſacramentū eſt ſacramētum vnionis mēbroꝝ Chriſti cum capite & adinuicem. igitur peccatū quod eſt cauſa maioris diuiſionis abinuicē & a capite eſt magis cōtrarium huic ſacro. & magis impeditiuū efficacię ei⁹: ſed huiuſmodi eſt peccatum car-

H
Euchariſtia.
Q; magis peccat cōicās i pctō deſperationis vel iuidentię fra[...] gu[...]

M.E.C.D. 2016

nis quod ad minus ſepat duo a capite Chriſto & a mēbris eius. ergo tales huic ſacramēto maiorē faciūt cōtumeliā. In cui⁹ ſignum in ſcriptura.j.Reg.xj. inhibet panis ꝓpōnis figuralis huius panis. maxime his qui hoc peccato infecti ſunt. Ait eñ ſacerdos Dauid panē petēti. Nō habeo panes laicos ad manū ſed tm̄ panē ſanctū. Si mundi ſunt pueri, maxime a mulieribus: illū manducēt. Secūdo.j.Cori. vj. Omne peccatū quodcūq; fecerit hō extra corpus eius eſt. qui autem fornicat, in corpus ſuū peccat. glo. Fornicatio nō mō animam ſed etiam corpus cōtaminat. Illud ergo peccatū duplici maculat immūdicia. ſed iſtud ſacramentū eſt mūdicię ſacramentū ratiōe cōtēti & ratione ſignati. ſ. corpis Chriſti veri & myſtici. ergo in hac duplici immūdicia illud ſumēs magis huic ſacramento iniuriat. Tertio, quia ad digne ſuſcipiendū Chriſti corpus requirit q̄ hō ſit i ſtatu gratię. & q̄ actu mens eius feratur in dñm. ꝑpter quod ſacerdos ante cōſecrationē monet populū ſurſum corda habere ad dñm. requirit etiā magnū ratiōis iudiciū & deliberatio. Sed p peccatū luxuriæ mens hūana magis deprimit vt ad ſupna ferri non poſſit. & magis abſorbet ratiōis iudiciū q̄ p peccata ſpūalia. Vñ & in actu matrimoniali ſpūs ſanctus corda prophārū nō tāgebat. vt vult Hiero. & ſecundū phūm. viij. Ethico. Impoſſibile eſt hominē intelligere in ipa carnali delectatiōe. ergo plus impedit dignam huius ſacramēti ſuſceptionē. Quarto magis contēnit qui accedit cū certitudine vilitat pcti q̄ q nō accedit ita cert⁹. ſed q̄ peccāt pctō luxurię certi ſūt q̄ ſūt i pctō mortali. & ſeviles reputāt. q̄ raro ꝯtigūt de peccātib⁹ ſpūaliter. Raro ei accidit q̄ aliqs ſciat an peccet mortalr ex cōmiſſiōe actus ſpūalis. vt pote ſupbiæ/irę/vel inuidiæ. Quinto. ſūptio corporis Chriſti a fornicatore aſſimilat peccato Iudę traditoris. quātū ad hoc q̄ oſculo tradidit dñm ſuū. vt vult Hierony. ſed illud peccatū fuit ſceleratiſſimū. ergo. Nec valet argumentū q̄ ſpūale peccatum grauius eſt q̄ carnale. quia nō ſequit. iſte ſumit Chriſti corpus cum maiori peccato q̄ ille. ergo grauius peccat q̄ ille. Maioritas eñ peccati in hoc caſu nō ꝓuenit ex indignitate maiori ex parte accedentis. ſed ex indignitate maiori ex parte ipius acceſſus. Ideo valet argumentū. iſte indigni⁹ accedit q̄ ille. ergo magis peccat. ſed nō ſequitur. iſte indignior accedit q̄ ille. ergo magis peccat. Spūalia vero faciunt perſonā indigniorē. luxuria vero acceſſum indigniorem. Hęc Hall. ¶ Quartū malū eſt cęcitas mētis. Inde ſubdit. Obſcurētur oculi eorū ne videāt. quia nec ſe: nec ſuā cōſciam: nec ſuū periculū vidēt. Accedūt ſiquidē iuſti ad dñm: vt digne eū recipiāt & illuminētur. iuxta illud Pſal. Accedite ad eū & illuminamini. accedit peccator indigne. & ꝑcutitur cæcitate. Hinc Soph. ij. Ambulabunt vt cæci. quia peccauerūt dño. ſ. i ꝑpria pſona. Et hac cæcitate iuſto dei

riæ. & magis in pctō luxur[illegible] q̄ [illegible] irę & [illegible]

I Euchariſtia. Q̄ indigne cōicātes icurrūt cęcitat[illegible]

M.E.C.D. 2016

percutiūtur ꝓpter multa. Primo. quia vt dicit̄ Ioānis. xij. Iſti dilexe rūt magis tenebras q̄ lucē. i. peccatū q̄ veritatē. diabolū q̄ deū. Nec mirū. quia oculis egris odioſa eſt lux. nō ex vicio ſuo ſed ex vicio oculorū. ſicut ſanis & nō lippientibus oculis lux grōſa eſt. iuxta illud Eccleſia. xj. Dulce lumē & delectabile oculis videre ſolē. Ideo nō eſt mirum ſi percutiātur a deo cęcitate mentis. Si em̄ Sodomitę pcuſſi ſunt cæcitate. eo ꝙ abuti voluerunt angelis qui ſub humana ſpecie apparebant: quanto magis qui abutunt̄ domino ſuo ſub ſpe cie ſacramentali apparente. Sed licet iſti non videant ſui ſtatus periculum: tamē ſemel hoc videbunt quādo aperiētur oculi eorū. ſed tarde nimis. Vn̄ ſub figura de eis dicit̄. iiij. Reg. vj. Percute gētē hāc cæcitate. & ſtatim ſequit̄. Dn̄e aperi oculos iſtorū vt videant. aperuitq; dominus oculos illorū & viderunt ſe eſſe in medio Samariæ ſcilicet inter hoſtes. Sic peccator iſte ſi oculos aptos haberet: in me dio dæmonum periculoſe ſe videret cōſtitutū. qđ tamē ſemel vide bit: ſi vitam nō mutet. Secūdo ſcriptū eſt in Pſal. Secundū opa manuum mearū retribues mihi. Hoc em̄ clamat omne ius. Sed iſti po nunt dn̄m ſuum in obſcuro & tenebroſo loco cōſciētiæ eoꝝ. iuxta quod ſe plāgit per Pſal. Collocauit me (inquit) in obſcuris ſicut mor tuos ſeculi. & iterum. Poſuerūt me in loco inferiori. in tenebroſis & vmbra mortis. ergo non eſt mirum ſi dominus ab eis lucem ſuā auertat & exęcatos dimittat. Tertio. non eſt mirum ſi non videat qui feneſtras ſuas claudit lumini. ſed talis peccator per peccatū cor & conſcientiam claudit illi qui dixit. Ego ſum lux mundi. licet os aperiat doloſe iuxta illud Pſal. Os peccatoris & os doloſi ſuper me apertū eſt. Vn̄ Iob. xxiiij. Ipſi fuerunt rebelles lumini. Ideo nō eſt mirabile ſi remaneant exęcati. Qꝫ ſi quis diceret cæcitatem illam non eſſe multum malam peccatori: audiat Auguſtinum dicentem ſuper illud Pſal. Obſcurentur oculi eorum &c. Quis non videat infœlicitatem hominis cuius cor iam cæcum eſt? Tollantur illi oculi corporis: om̄s homines miſerum dicunt. perdat oculos mentis. ſed tamē circunfluat oīm rerum abūdantia. & fœlicē appellāt. Sed certe infœliciores ſunt. qui mentis oculos perdiderunt. ¶ Quintū ma lum eſt continuum murmur cōſcientiæ. Nam ſeruus ſub onere incuruatus ſemp murmurat. Sic cōſcia peccatoris ſerua peccati indigne recipiens hoc ſacramentū cū ſe ſentit incuruatā & opp̄ſſā pōde re diuini iudicij. iuxta illđ. j. Cori. xj. Quicūq; mādicauerit panē & biberit calicē dn̄i indigne: iudiciū ſibi mādu cat & bibit: murmurat tūc de onere / de læſione / & de fœtore ſui. De onere quidē. quia ipm̄ recipit ſupra ſuā cōſcientiā. qui grauis eſt peccatoribus ad portandū. Si em̄ peccatores. Sap. ij. dixerūt de eo. Grauis ē nobis ad vidēdū. quāto magis ad portādū. Murmurat etiā de onere peccati gra

K Euchariſtia. Indigne cōicās habet cōtinu um murmur cōſciē tię.

uiſſimi dicẽs illud Pſal. Iniquitates meę ſupgreſſę ſũt caput meũ. & ſicut onus graue grauate ſunt ſup me. Murmurare etiã põt de le ſione ſui. Sicut enim forte nutrimẽtum nimium lędit & grauat ſto machum infirmum. ita vt poſtea ructet & euomat iuxta Hypocra tis alphoriſmum. ęgra corpora quanto magis nutries: plus lędes: ſic multum aggrauatur conſcientia peccatoris hũc cibum indigne ſuſcipiens. Ideo ſubditur. Et dorſum eorum ſemper incurua. i. con ſcientiam quę onera portat: permitte ſemp onere incuruari & mur murare. Vnde Chryſoſto. Sicut corporalis cibus cum ventrem in uenerit aduerſis humoribus occupatum. amplius lędit: magis no cet: & nullum pſtat auxilium. ita & iſte ſpiritualis cibus ſi aliquem reperit malignitate pollutum: magis eum perdet. non ſua natura ſed accipientis vicio. Tertio murmurat de fœtore ſui. Maxime ei fœtet cõſcientia ex tantę fragrantię receptione. Nam ſicut ſole lu cẽte cũ calore ſuper fimariũ ipſum fimarium plus fœtet. ſed ex hoc ſol non fœtet. nec in eo inuenitur aliqua fœditas: ſic in fimario con ſcientię peccatoris Chriſtus receptus ſacramentaliter: non inde ſor didus efficitur aut fœtidus. ſed ſola conſcientia peccatoris. quę fœ tens coram deo & angelis. immo maxime ſibiipſi vt ſe pati nõ poſ ſit: efficitur.

¶Sed q̃ritur: vtrum peccator indigne ſuſcipiẽs Euchariſtiã eam ſa cramentaliter & ſpũaliter recipiat. Et videt̃ ꝙ ſic. quia nec pcipit̃ Chriſti corpus aliquo ſenſu corpali. ergo nõ pcipit ſacramẽtaliter. & ſic ſi pcipiat: hoc ẽ ſpũaliter. Ad hoc dicit̃. Primo. ſcdm de argẽti nai. iiij. Ꝙ corp⁹ Chriſti quia nõ nude accipit̃ ſed exteriori velami ne velatũ. ſ. ſpẽbus. Ideo nullo ſenſu pcipit̃ immediate. Sicut em̃ ſi mia ſi deglutiret nucẽ nõ fracta teſta: nõ guſtaret nucleũ teſta vela tũ. quis ipm corpaliter ſumeret: ſic in ꝓpoſito bñ accipit peccator corpus Chriſti ſub ſpẽbus & ſpẽs ſentit. ſed nõ dulcedinẽ q̃ interius latet. Dicitur ſecũdo. ꝙ exiſtẽs in mortali nõ comedit eũ ſpũaliter quia qui ſic comedit: manet in Chriſto & Chriſtus in eo iuxta illud Ioã. vj. Caro mea vere ẽ cibus & ſanguis me⁹ vere ẽ pot⁹. Qui mã ducat meã carnẽ & bibit meum ſanguinẽ in me manet &c. Sup quo Augu. Hoc eſt illam ſpũalem eſcã mãducare & illum potũ bibere: i Chriſto manere & Chriſtũ manẽtẽ in ſe habere. Et eadẽ verba tra ctans Augu. in libro de ſacramẽtis fidelium in pſona Chriſti ſic ait. Qui in me nõ manet nec ego in illo: ſi accipit ſacramentũ: acquirit magnũ tormẽtũ. Ꝙ autẽ nõ maneat peccator i deo patet. q̃a Eſa. lix. Peccata nr̃a diuiſerũt iter nos & deũ nr̃m. Prętereа. null⁹ mor tuus põt vitalẽ cibũ vitaliter ſumere. ſed peccator ſpũaliter mortu⁹ eſt. q̃a ſepat⁹ a deo q eſt vita aię. Cib⁹ aũt ille viuific⁹ ẽ dãs vitã ſpũa le ei qui ſumit eũ. iuxta illud. Ioan. vj. Si quis manducauerit ex hoc

L
Euchariſtia. Indigne cõicãs nõ recipit euchariſtiam ſpũaliter & ſi ſacramẽtaliter.

M.E.C.D. 2016

M Euchari-
ſti[illegible]
Indigne c[illegible]
munica[illegible]
currit offẽ-
ſã [illegible] & ef-
fuſionem
irę eius.

pane viuet in æternũ. ¶ Sextũ malũ eſt effuſio irę dei qui indigna
tur ſup talẽ indigne ſuſcipientẽ aut celebrantẽ. Inde ſubdit. Effun-
de ſup eos irã tuã. Hinc eſt ꝙ poſt paſcha ꝓpter irreuerentiã factã
huic ſacramento ſæpe cõtingũt peſtes. Sic Romę cõtigit tẽpore be-
ati Pelagij. cuius tẽpore fere ꝓpter hoc viciũ populata eſt vrbs Ro-
mana. & domus plurimę deſertę habitatore. & occaſiõe huius ca-
nit eccleſia. Quæſumus auctor omniũ in hoc paſchali gaudio: ab oĩ
mortis impetu: tuũ defende populũ. Sicut ẽm male tractat̃ a nobis
ita poſtmodũ nos male tractat. Inde canit hymnus. Sic tu nos viſi-
tas ſicut te colimus. Hoc etiã cõtigit Corithijs: qui indigne tracta-
bant Euchariſtiã. Poſtq̃ ẽm dixit Apoſtolus de indigne manducã-
tibus ꝙ ſibi iudiciũ mãducant & bibũt. ſubiũxit ſtatim. Ideo inter
vos multi infirmi & imbecilles & dormiũt multi. glo. Multi infirmi
febribus & alijs ęgritudinibus. & imbecilles. ſ. lõga corpis valitudi-
ne. & dormiũt multi. i. moriũtur morte corpali. quia cibus vitæ ma
le ſumẽtibus fit cibus mortis. Et ꝙ hæc mala cõtingãt ex indigna
ſumptiõe Euchariſtiæ oſtẽdit cõſequẽter Paulus dicẽs. ꝙ probet
ſeipm hõ. quia ſi noſmetipſos iudicaremus. i. ante cõmunionẽ pro-
pter peccata noſtra noſipſos puniremus. qđ nihil aliud eſt niſi ꝓba-
re ſemetipſos. de quo iudicio. Iob. xxiij. Corã deo iudiciũ meũ: & os
meũ replebo increpatiõibus: nõ vtiq; iudicaremur. ſ. a deo nec tpa
liter. nec æternaliter. Vñ & circa annũ dñi Milleſimũ ducenteſimũ
viceſimũquartũ Phrygia pene eſt ſubmerſa marinis fluctibus. in
quibus perierũt pluſq̃ centũ millia hominũ ꝓpter irreuerentiã factã
ſacramẽto a quodã pugile. qui ꝑcipitauit hoſtias cõſecratas in terrã
nec ꝓpter ea luxit populus ſup hac offenſa grãdi. nec ſatis fuit cor-
rectus pugil ille. Et hoc reuelauit Maria dei mater cuidã ſancto
viro. & cõſtructa eſt eccleſia poſt modũ in eodẽ loco vbi hoſtiæ ce-
ciderãt. vt recitat Cæſarius in dialogo. & quidã liber appellatus Fa-
ſciculus temporũ. Pręterea. ꝑcuſſus eſt Oza quia tetigit archã dei
irreuerẽter. q̃ erat ſignũ dñici corpis. ij. Reg. vj. Et quia nocte iacue-
rat cũ ꝓpria vxore. vt dicũt Hebręi. & Bethſamitę quia viderũt eã
nudã. Sed ſi ſic ꝑcuſſi ſunt qui irreuerẽter ad ſignũ ſe habuerũt: qua
pœna plectẽtur qui ad veritatẽ dñici corpis indigne accedunt. Ma-
gna quippe eſt Chriſti patiẽtia & beatorũ angelorũ ibidẽ exiſtẽtiũ:
dũ tolerãt indignitatẽ cõtrectantiũ hoc ſacramẽtũ: cũ popul⁹ iſrael
tãta ſeueritate puniebat̃ accedẽs ad montẽ Sinay. Nã & ſi beſtia te-
tigiſſet montẽ: obruebat̃ lapidibus. Exod. ix. Legit̃ ẽm in libro pa-
ſchali. ꝙ quicũq; indigne cõmunicat: niſi bonitas Chriſti (cuius iu-
dicio pẽdent oĩa) gladiũ ſuſpẽderet. & temporalẽ mortẽ vt pœnite-
at relaxaret: ab angelis ad hoc poſitis perimeret̃. Nec mirũ. quia ſi
ꝑ morte Chriſti gens iudęorũ deſtrui debuit: & peccatũ indigne cõ-

M.E.C.D. 2016

ficientium ſimile eſt peccato eorum qui crucifixerunt Chriſtum: iuſtiſſime poſſunt tales a domino interfici. & maxime timendum eſt hoc ſacerdotibus indigne celebrantibus. Si enim (vt inquit Petrus cantor) ex inſtitutione eccleſiæ primitiue lecto euangelio dicebatur cathecuminis. exite. exite. & ſic membris Chriſti non licuit intereſſe confectioni corporis domini: quanto magis timendum eſt ſacerdotibus malis. qui ſunt membra diaboli. conficere & conſecrare. Vnde Exodi. xxix. dicitur. Sacerdotes qui accedunt ad altare ſanctificentur: ne percutiam eos. Hinc Hugo' de duodecim abuſionibus clauſtri. Sunt multi in ſeculo qui non ſolum vani & curioſi: ſed etiam cum ambitione non cum deuotione accedunt. qui etiam non accederent: niſi inde aliquid ſe lucraturos ſperarēt. Sed acceſſit ad Ieſum Petrus. acceſſit & Iudas. acceſſerunt diſcipuli. acceſſerunt & milites crucifigentes Chriſtum. accedunt & quotidie ad eum peruerſi ſacerdotes. qui ea quæ offeruntur ad mēſam Chriſti: offerunt ad menſam diaboli. In illa deum inuocant: in iſta periurant. non orationibus ſed luſibus vacant. legem domini neſciunt: nec addiſcere volunt vacantes ocio. comeſſationibus & ebrietatibus ſtudent: terrenis inhiant: aſſidui in plateis: rari in eccleſia. tardi ad inueſtigandum culpam peccatoris: prompti ad inueſtigandum leporum veſtigia. velociores ad congregandum canes q̃ ad conuocandum pauperes. Non eſt mirum. ſi tales aliquando puniat de⁹. Nihilominus tamen iſtę punitiones temporales nō ſunt infructuoſę. quia dicit Apoſtolus primæ Corinthiorum vndecimo. Dū iudicamur: id eſt dum pœnis temporalibus propter peccata noſtra affligimur: a domino corripimur. quod eſt valde vtile. Iob decimoquito. Beatus homo qui corripitur a domino. Ideo ſubdit. ne cum hoc mundo damnemur: ſcilicet æternaliter.

N Euchariſtia. Vñ ē ꝙ dominꝰ diſſimulat nūc punire īdigne cōicātes plꝰ q̃ in primitiua eccleſia.

¶ Sed quæritur cum Oza tangens archam ſtatim mortuus eſt. & ſimiliter viri Bethſamitę. & tamen illa non erat niſi figura & pictura dominici corporis: quare dominus non punit incontinenti malos ſacerdotes. cum etiam dominus magis deberet animaduertere in ſacerdotes q̃ in laicos. Inde. Ezechielis vigeſimonono. A ſanctuario meo incipite. & .j. Pe. iiij. Tempus eſt vt iudicium incipiat a domo domini. & maxime cum etiam in primitiua eccleſia eos ita punierit. vt patet in Corinthiis. Ad hoc reſpōdetur ꝙ hoc dominꝰ rationabiliter facit. & hoc poteſt eſſe propter tria. Primo. vt oſtendat zelum ſuum & amorem receſſiſſe a ſacerdotibus. & non amplius curare de eis vt dicit Ezechie. xvj. Auferetur zelus meus a te & quieſcam. nec iraſcar tibi amplius. & Oſee. iiij. Non viſitabo ſuper filias tuas cum fuerint fornicatę. nec ſuper ſponſam veſtram cum

M.E.C.D. 2016

adulterauerit. Secundo. quia plus peccant ſacerdotes nunc celebrātes indigne q̄ qui indigne figuram tangebant. vel qui in primitiua eccleſia minorem cognitionem de hoc ſacramēto habebant. Ideo maior eos pœna expectat. Iob. xxi. In diem perditionis ſeruatur malus. & ad diem furoris ducetur. Sic quando aliquis aliquod paruum crimen committit ſtatim corripitur & dimittitur. vt voluit facere Pilatus. Lucæ. xxiii. Corripiam ergo illum & dimittam. Sed dum magnum eſt crimen: ſeruatur vſq; in diem certum. Tertio. qa principium iuſtitiæ eſt timor. conſummatio amor. A timore enim inchoari debet præceptum. & in amorem terminari. Nam lex vel præceptum dum imponitur: confirmari debet timore. quia in principio legis vel præcepti ad auctoritatem eorum confirmandam oportet contemptores puniri. Ideo quando datum eſt gentibus Euchariſtiæ ſacramentum: ad confirmandam auctoritatem tanti ſacramenti: ſæpe puniebat dominus contemptores. Modo vero qa confirmata eſt: diſſimulat dominus per miſericordiam ſuam. vt ſic ſaltem conuertantur & viuant. ℂ Septimum malum eſt ęternę dānationis periculum. Hinc ſequitur. Et furor iræ tuæ comprehendat eos. Furor enim eſt ira geminata qua quis in alterum ſeuire iudicatur. & a ſe totaliter abiicit & proiicit. quemadmodum facit de⁹ pater abiiciendo totaliter a ſe damnatos dando eos æternis cruciatibus. quia Pſalmiſt. Opera manuum eius veritas & iudicium. Super quo quidam expoſitor. Op⁹ manuum domini eſt Euchariſtia quam per ſeipſum inſtituit. Eſt autem illud opus veritas promiſſa æterni præmii digne ſuſcipientibus. ſed iudicium dānationis male ſuſcipientibus. iuxta illud quod canit eccleſia. Mors eſt malis. vita bonis. Eſt enim Euchariſtia ſimilis amigdalo quæ hominib⁹ eſt cibus & vulpibus eſt venenum. vt inquit Plinius. Vnde in vita beati Bernardi legitur. q̄ cum quidam frater accederet ad menſam domini peccati conſcius. & hoc ſciēte beato Bernardo. dixit ei Bernardus. Iudicet deus inter me & te frater. Qui aſſumpta Euchariſtia ſtatim crepuit medius. & ſic damnationis æternæ excepit ſententiā. quemadmodum Iudas qui poſtq̄ eam ſuſcepit indigne: ſuſpenſus patibulo crepuit medius. & effuſa ſunt viſcera eius. Actu. i. ℂ Octauum malum eſt auxilii diuini deſertio. Merentur enim tales a deo deſeri: qui dominum ſuum ita inhoneſte tractant. iuxta illud quod ſequitur. Fiat habitatio eorum deſerta: ſcilicet auxilio diuino. cuius cauſa eſt ingratitudo maxima. Venit enim diuina maieſtas in hoc ſacramento viſitare vermē & puluerem humanum cum plenitudine chariſmatum ſuorum. & miſer homo non timet ei contumeliam inferre: quem pro poſſe ſuo debuit honorare. Satis enim poſſu

O Euchariſtia. Q̄ı indigne cōicās icurrit æternę dānatiōis periculum

P Euchariſtia. Q̄ı indigne cōicās meret deſertionē diuini auxilii.

mus in hac parte mirari bonitatem diuinam & peruerſitatem humanam. Quid enim (vt ait Pſal.) eſt homo quia ſic magnificas eũ. aut filius hominis quia viſitas eum. Etiam latrones illis ad quorũ menſam ſedent: ſeruant fidem. Indigne vero conficiens vel communicans in ipſa menſa in qua cum domino comedit: ei contumeliam facit. Propter quod de ipſo domino dicere poſſumus illud Ecclesia.xxxix. Paſcet & potabit ingratos: & adhuc amara audiet. Et ad magnitudinẽ ingratitudinis facit. quia in hoc ſacramento mors domini figuratur. iuxta illud.j.Corinth.xj. Quotienſcumq; manducabitis panem &c. mortem domini annunciabitis. Magna autẽ ingratitudo eſt aliquam ei comtumeliam inferre: quem recordatur quis mortuũ pro ſuo amore. Ingratitudo vero meretur ſiccari fluenta gratiarum. & ꝙ omnia beneficia ſubtrahantur: ideo nõ eſt mirabile ſi tales a diuino auxilio deſeruntur. ¶ Nonum malum eſt ariditas mentis. Cum enim vinum iſtud ſacramentale bibi non debeat ſine aqua deuotionis cum ſit forte & inebrians. iuxta illud Pſalmi. Calix meus inebrians ꝗ pręclarus eſt. tales tamen accedũt ad hanc menſam ſine aqua deuotionis totaliter aridi mente. quia calore luxurię & auaritiæ ibidem vigente. nec apparet Ortolanus ſpiritus ſanctus qui eam roret & fœcundet. & inde dicitur in Pſal. Et in tabernaculis eorum non ſit qui inhabitet: id eſt tabernacula mentis eorum ſint arida & indigna habitari ſpiritu ſancto. Vbi eñ non reperitur aqua: terra manet deſerta. Sic & vbi non inuenitur aqua gratiarum & deuotiõis. Rationem huius ſubdit Pſalmi. Quoniam quem tu percuſſiſti perſequuti ſunt: & ſuper dolorem vulnerum meorum addiderunt. Merito enim denegari ei debet aqua de puteo: qui dominum putei perſequitur & vulnerat. Sed deus eſt dominus huius aquę illam largiens ſolus & miniſtrans. immo ipſemet eſt puteus. iuxta illud Cantico.iiij. Puteus aquarum viuentiũ. Iſti vero perſequuntur eum. & qui propter eos a pio patre percuſſus eſt: iterum vulnerant. non recordãtes quoniam propter iniquitates eorum vulneratus eſt. Ideo non eſt mirum ſi eis aqua deuotionis ſubtrahatur. Tales enim ſine deuotione & appetitu quocũq; ad menſam accedunt. quia non ſunt ſani ſed infirmi valde. Sed ꝙ tales addant vulnera vulneribus patet. Nam tripliciter & a tribus putatur Chriſtus vulneratus. Primo vulneratus eſt viuus vita mortali. quod vulnus inflixerunt iudęi dicentes. Crucifige eum. Secundo. vulneratus eſt mortuus. quando vnus militum lancea latus eius aperuit. & hic creditur fuiſſe gentilis. Tertio. vulnerant eum mali chriſtiani: dum fructum amariſſimę paſſionis ſuę: ſcilicet ſeipſos ei auferũt. In prima vulneratiõe tm̃

Q Euchariſtia. Qꝫ idigne cõicãs icurrit ariditatem mẽtis

R Vulneratio. De triplici vulneratione Chriſti.

M.E.C.D. 2016

modo ſanguis ex eo exiuit. in ſecũda vero non tm̃ ſanguis ſed etiã aqua contra naturam. in tertia autem cum ipſe impaſſibilis ſit: ab eo exibit mors æterna. quod contra naturam eius eſſe videtur. cũ ipſe ſit vita. & ab eo qui mitiſſimus eſt furor procedet. & tunc non exibit aqua ſed ignis. iuxta illud Pſal. Ignis in conſpectu eius exardeſcet. ℭ Decimum malum eſt ruina continua de peccato in peccatum. Inde ſubditur. Appone iniquitatem ſuper iniquitatem eorum: id eſt permitte vt deſcendant de iniquitate in iniquitatem. Nec hoc eſt mirabile. quia vt dictum eſt. tales ſunt deſerti a diuino auxilio. Sed (vt dicitur. Hiere. decimo) Non eſt hominis via eius. nec viri vt ambulet & dirigat greſſus ſuos. Ideo non oportet mirari. ſi cõtinuo ruant de malo in malum. Præterea. infirmus comedens cibum vetitum & ſibi nociuum nõ eſt mirabile ſi illico cadat in multo maiora inconuenientia & maiores infirmitates. Sed peccator accedens ad ſacramentum infirmus eſt. & qui prius debuiſſet ceſſare a febre peccati: & tenetur per dietam pœnitentiæ comedere cibum ſanorum. Non enim dat medicus infirmo carnes & vinũ niſi ceſſante febre. Ideo non eſt mirandum ſi in multas alias peccatorum infirmitates ſæpe incidat. vt qui in ſordibus eſt / ſordeſcat adhuc. Apoca. Vlti.

[S Euchari]ſtia. Q̃ idigne cõicãs meret vt ruat de pc̃tõ in peccatum

ℭ Vndecimum malum eſt difficultas iuſtificationis. Tales enĩ verentur confiteri illud peccatum propter enormitatem & turpitudinem. Ideo difficulter purgãtur ab eo. Hinc ſubditur. Et non intrẽt in iuſtitiam tuam. id eſt cum difficultate intrent in locũ iuſtitiæ tuæ ſcilicet confeſſionis & pœnitentiæ. vbi iuſtitiam de ſe facit peccator & a deo iuſtificatur. Quod recte ſignatũ eſt in eo cui dicitur Math. xxij. Amice ad quid huc intraſti. ſcilicet ad cœnam nuptiarum. nõ habens veſtem nuptialem. charitatis ſcilicet & mundiciæ. At ille obmutuit. id eſt mutus factus eſt. Si enim tantæ eſt verecundię fateri proditionem alicuius regis vel principis. vt vix poſſit torturis multis ab ore extorquæri: quantę difficultatis erit confiteri ꝓditionem iſtam factam regi regum in perſona ſua? Inde eſt ꝙ tales per multa tempora dormiunt in peccatis ſuis. Q̃ ſi diceret quis facile eos mundari poſſe per acceſſum ad illum qui eſt omnis mundicia. Non enim poteſt ſuprema & excellentiſſima mundicia inficere eos qui ad eam accedunt. Si enim in ſcriptura ſacra dicatur. Leuitici vigeſimoſecundo. Qui tetigerit quodlibet immundum. immundus erit: ſequitur econtrario ꝙ qui tetigerit mundum / immo mundiſſimum. mundiſſimus erit. & ſic intrabit in iuſtitiam: id eſt iuſtificationem recipiendo eam. Ad hoc reſpondetur. Primo. iuxta ſentẽtiam Pauli: ꝙ coinquinatis & infidelibus nihil eſt mundum.

T Euchariſtia. Q̃ idigne cõicãs vix poſtea reſurgit a peccato.

V Euchariſtia.

M.E.C.D. 2016

Q[ꝙ] ex in diſpo[ſi]tio ne m[...]orꝫ nõ [...]defe. [...] Chriſti q[...] eſt mũ an[...]p cedit. ꝙ nõ mũdē tur p ſuſce ptionē ei⁹

Tit.j. Licet eñ hoc ſit mũdiſſimũ: tñ illi ex vicio ſuo faciunt de omniũ lauachro ſuũ inquinamētũ. Sicut eñ mali & etiã mala proſunt bonis patiēter tolerata. vt decius Laurētio in eũdem ſequiēdo: ſic bona malis nocēt & coinquinãt. nõ ex defectu ſui ſed ex indiſpoſitione ſuſcipientiũ. ſicut ſol facit fructificare terrã calore ſuo & abundare. & tñ cũ hoc hoiem percutit febre. Secũdo dr̃ ꝙ non iuſtificantur pctõres ex ↄtactu & ſuſceptiõe ſacramēti. niſi facta digna cõfeſſione. Vnde Iſido. & habetur de cõſe. diſt. ij. Qui ſcelerate viuũt in eccleſia & cõicare nõ deſinũt: putãtes ſe tali cõione mundari: diſcant nil ſibi ꝓficere ad emũdationē. dicente ꝓpheta Hiere. xi. Quid eſt ꝙ dilectus me⁹ in domo mea fecit ſcelera multa. Nunquid carnes ſanctę auferent a te maledictiones tuas. quaſi dicat nõ. & ideo per cõfeſſionē neceſſario diluendę ſunt. Vnde & cum dñs Moyſi in rubo apparuiſſet. dixit ei. Solue calciamētũ tuũ de pede tuo. Loc⁹ eñ in quo ſtas terra ſancta eſt. Sic cũ dñs adeſt in ſacramēto: oē morticinũ peccati auferendũ eſt. Hinc Gen. xlj. Ioſeph eductũ de carcere totõderũt: & mutata veſte obtulerũt regi. In quo datur intelligi ꝙ nemo debet ſe offerre ad mēſam cęli regis: niſi qui attonſus eſt omne ſupfluũ peccati abiiciendo & reſtituendo. & qui mutat veſtē peccati in veſtē ſanctitatis. Qñ eñ Melchiſedech rex Salem ſacerdos dei ſummi obtulit panē & vinũ Abrahę: hoc fecit ei reuertenti a cęde quinq; regũ. ad deſignãdũ ꝙ tales accedentes ad digne celebrãdũ vel cõmunicandũ debēt habere victoriã ſup quinq; ſenſus qui quodãmodo in hoibus beſtialibus videntur principatũ gerere: anteq̃ valeãt digne bñdictionē huius cibi ſuſcipere. Dicitur tertio. ꝙ licet mali recipiēdo indigne hoc ſacr̃m reddãtur immundiores: nõ tñ Chriſti corp⁹ maculãt. cũ per os eorũ trãſit & in ſtomachũ deuenit. Solis eñ lumen per imũda loca trãſiēs nullas inde cõtrahit imunditias: nec Chriſtus ſol iuſtitię per os peccatoris ſacramentaliter trãſiēs. Et ſi infirmns indiſcrete ſolis calores recipiēs: inde mortem incurrat: hoc tñ eſt abſq; ſolis damno aut commaculatione. In hoc aũt ꝙ ſe permittit ita viliter tractari a peccatorib⁹ & inimicis ſuis: cõmendat nobis pietatē & mãſuetudinē in hoſtes noſtros habendã. ne nos de eis vindicem⁹ cũ ipſe dñs ita viliter tractat⁹ patiēter expectet. ¶ Duodecimũ malũ eſt perditio vitę ęternę. Prędicit eñ Pſal. eorꝫ dãnationē cõminatorie dicēs. Deleãtur de libro viuētiũ. & cũ iuſtis nõ ſcribãtur. ad habendum vitę ęternę pmiũ. nõ ꝙ aliqñ (vt ait Augu.) ibi fuerint aſcripti ſi ſint reprobi: ſed cũ videantur ex aliquo bono per eos facto ibi inſcripti: ita fiat vt poſtea appareat eos nõ ibi eſſe aſcriptos. Et ratio huius eſt. quia Apoc. xxj. Nihil imũdũ aut coinquinatũ intrabit in illã. Hinc & Pſal. interrogat. Dñe quis habitabit in tabernaculo tuo. & rñdet. Qui ingredit̃ ſine

X Euchariſtia. Q[ꝙ] idigne cõicãt ſe quit̃ perditio vitę ęternę.



M.E.C.D. 2016

macula & operaꝛ iuſtitiā. Sed iſti ſunt maculati & coinquinati. imo ita inhoneſti ꝙ nō lauāt manꝰ ſuas dū veniūt ad mēſam. Ideo indigni ſunt recipi ad menſam honeſtiſſimoꝝ. ſ. ſanctoꝝ paradiſi. Dicit etiā Pſal. ſcḋm puritatē manuū mearū retribuet mihi. & qa immūdę fuerūt opationes eoꝝ: ideo imūditię ſuę mercedē accipient. Pręterea. iſti male locāt dñm ſuū. quia eū proijciūt in viliſſimā latrinā. imo qḋ incōparabiliter deteſtabilꝰ eſt: in inferni ſentinā. qa cor luxurioſi vel guloſi ſentina eſt inferni. Vnde qñq; cōtigit militem quēdā cū quodā ſacerdote malę vitę cōtendere. Iurāte aūt ſacerdote per deū qui illa die hoſpitatus fuerat in corpe ſuo: ꝙ nō impune ferret: ſed vindicaret in illū: quęſiuit idē miles ſi verū eſſet ꝙ Chriſtus in corpe ſuo fuiſſet hoſpitatus. Rñdit pbr̄ ꝙ ſic. Tūc ait miles. Certe Chriſtus nō dixit hodie pater noſter ſancti Iuliani. ex quo in tā vili & ſordido corpe hoſpitatꝰ eſt. Ideo credēdū eſt tales abijci a regno cęleſti & proijci in gehēnā inferni. Pręterea. ſi excōmunicatꝰ eijcitur ab eccleſia militāte: quāto magis eijcieꝛ a triūphante. quia Matth. xviij. dixit dñs paſtoribꝰ eccleſię. Quęcunq; ligaueritis ſup terrā erūt ligata & in cęlis. Sed talis pc̄tōr quātū in ſe eſt rurſum crucifigēs dñm Ieſum: nō amat. imo odit ipſum. & per ſentētiā beati Pauli. j. Coꝝ. vlti. Si quis nō amat dñm Ieſum Chriſtū ſit anathema. ergo talis a ciuitate cęleſti omnino abijcietur.

¶ Sed circa hoc quęriꝛ vtrū ſacerdos debeat dare Chriſti corpꝰ illi quē ſcit eſſe in pc̄tō mortali. Arguiꝛ ꝙ non. quia iubet dñs Matth. vij. Nolite ſanctū dare canibꝰ. & Matth. xv. dicit. Non eſt bonū ſumere panē filiorū & mittere canibꝰ. Euchariſtia aūt eſt panis ſanctus & panis filioꝝ. ſ. angeloꝝ & hoim beatoꝝ. igiꝛ. Secūdo qa medicus corpalis medicinā quā ſcit ęgro mortiferā. cū quātacūq; inſtātia peteret eā infirmus ſibi dari: peccaret mortaliter & eſſet homicida eius ſi eā ſibi daret. Sed euchariſtia eſt medicina ſalubris bonis. & ęgris mortifera. nō tm̄ corpi ſed etiā ſpiritui. Hinc Augu. lib. iij. de trini. Sancta bonis ſunt ad ſalutē. malis ad iudiciū. & loquiꝛ ibi de corpe & ſanguine Chriſti. ergo ſi ęgrotus exiſtēs in pc̄tō mortali petat. nō debet ſibi dare medicꝰ ſpūalis. Tertio nullus caſus eſt in quo nō peccaret ſacerdos ſi ſciēter & volūtarie ꝓijceret euchariſtiā in lutū vel ſterquiliniū: ſed exiſtēs in mortali eſt qſi lutū. Sap. xix. Luto vilior eſt vita ipſius. igiꝛ. Ad hoc rñdetur. Prīo ſcḋm Richar. in. iiij. di. ix. q. iij. ar. j. quia aut ille peccator nō petit. & ſacerdos dat. & tūc peccat. aut petit. & hoc dupliciter. quia aut ſuū pc̄tm̄ eſt occultū. aut manifeſtū. Si ſecūdum. ſacerdos peccaret. quia legitimā cōtra ipm habet exceptionē: quā ſibi publice obijcere pōt. puta excōmunicationē ꝓpter graue crimen. vel aliquid aliud tale. & accipio manifeſtum nō pro omni eo qḋ ꝓbari pōt: qḋ magis ꝓprie dr̄ manifeſtabi

Y
Euchariſtia.
Q teneꝛ qñq ſacerdos dare euchariſtiā illi quē ſcit eſſe in mortali.

M.E.C.D. 2016

le q̄ manifeſtū. Vnde ſi ſacerdos ſciret parochianū ſuū eſſe in crimi
ne q̄d legitime cōtra eū ꝓbare poſſet. ita ꝙ illud crimen neſciret cū
eo niſi duo vł tres teſtes ꝑ quos hoc ꝓbare poſſet. nō tn̄ ꝑpter hoc
debet ei negare euchariſtiā ĩ publico petēti. quia iā inferret ſibi pœ
nā ante criminis ꝓbationē: q̄d fieri non debet. xj. q. iij. eorū qui. ſed
accipio hic manifeſtū pro notorio. Eſt aūt peccatū notoriū aut per
ſententiā ſeu cōfeſſionē factā in iure aut euidentiā rei: quę tergiuer
ſatione aliqua celari nō poteſt. extra de cohabi. clericorum & mulie
rū. c. vlti. Si aūt peccatū ſuū eſt occultū. aut petit in occulto. & tunc
ſacerdos ſibi dando peccaret. quia habet cōtra eū legitimam exce=
ptionē quā ſibi in occulto obijcere pōt: & ipſum debet monere ne
petat in publico. de cōſecra. diſt. ij. ne ꝓhibeat. Aut petit in publico.
& tunc ſibi ſacerdos dare tenetur. quia cōtra eū nō habet legitimā
exceptionem quā ei in publico obijcere poſſit. extra de officio iudi
cis ordinarij. ſi ſacerdos. Hęc Richar. Et ſunt alię plures cauſę ꝓ
pter quas ſacerdos tenetur dare. Vna eſt celatio criminis. Alia vi=
tatio ſcandali. Tertia apparētia iuris ipſius petētis. Quarta ignorā=
tia diuinę opationis. Neſcit eñ ſacerdos vtrū deus in eo opereť oc
culte. Potiſſima aūt ratio eſt vt nō prodat crimē alicuius: cuius curā
gerit. Vnde Augu. & habetur. ij. q. j. ſi peccauerit. Si ſolus noſti q̄a
peccauit. & eū vis corā oībus arguere: nō eris corrector ſed ꝓditor.
Et iterū Augu. de cōſe. di. ij. Nō ꝓhibeat diſpēſator pingues terrę
ad menſam dn̄i mādu care. i. pc̄tōres. ſed moneat exactorē timere.
Poteſt etiā eſſe quinta rō. quia ſi hoc poſſit ſacerdos denegare pec=
catori: poſſet malicioſus ſacerdos malicioſe ſanctis negare & ipſos
infamare. Hęc Hall. ❡Dr̄ ſecūdo pro ſolutione primi argumenti.
ꝙ nō eſt bonū ſumere volūtarie panē filiorꝫ: & mittere canibꝰ. Nec
hoc facit ſacerdos: ſed coactꝰ: quia neceſſitas iuris ad hoc cōpellit &
exēplū Chriſti q̄ eā Iudę cōtulit. Ideo nō eſt dicēdꝰ actor illiꝰ. ſicut
nec ille qui ſc̄dm legē aliquē interficit dr̄ actor interfectionis: ſed po
tius lex. Ideo nō iuſſit dn̄s nō dare ſanctū canibus: ſed dicit nolite.
quia nō debet hoc facere volūtarie ſed cū diſplicētia. ❡Dr̄ tertio ꝓ
ſolutione ſecundi. ꝙ ſacerdos eſt diſpenſator: nō dn̄s ſacramentorꝫ
ecc̄lię. ideo dādo euchariſtiā nō dat ſuū ſed reddit alienū. q̄d nega=
re nō pōt de iure. Nec eſt ſimile de medico corpali. q̄a tali licet re=
uelare morbū ęgroti. nec ꝑpter hoc diffamat eū. Non aūt ſp̄uali li=
cet. Et ſi dicať ꝙ nō eſt reddēdus gladius furioſo. Licet eñ lex di=
cat. ꝙ petēti depoſitū ſit reddēdū: tn̄ ille peccat qui gladium reddit
apud ſe depoſitum ei quem ſcit ſe ex illo iugulare velle. Ad hoc di
citur ꝙ in iudicio reddendus eſſet gladius furioſo: ſi non conſta=
ret ipſum eſſe furioſum. Peccator autē in ꝓpoſito eſt quaſi in iudi=
cio ecc̄lię nō furioſꝰ. q̄a ĩ facie ecc̄lię dū petit euchariſtiā nō apparet



M.E.C.D. 2016

ſuū pctm̄ ideo tūc nō cōſtat eū eſſe furioſum. Silr in hoc caſu ius naturale dictat ꝗ pctōr occult⁹ a plato ſuo nō publicet. ſicut nec Chriſtus manifeſtauit pctm̄ Iudę quoadusq; ipſe Iudas ſeipſum manifeſtauit. Hęc Hall. Dr̄ quarto ſcd̄m eundē pro ſolutioue tertij ꝗ ſacerdos qui ſic dat corp⁹ Chriſti pctōri nō proijcit ipſum in lutū: ſed cōpellens ſacerdotē ad dādum per inſtantiā petitionis ſuę proijcit. ſicut ſi tu ferres ęgroto corp⁹ Chriſti qui proijceret te in lutū cū euchariſtia peccaret mortaliter. & tu cōpulſus vel inuitus proijceres euchariſtiā in lutū. Hęc Hall. Et ſi dicat ꝗ corp⁹ Chriſti tūc indecēter portat in tā vili loco ſicut in corpe pctōris. Rn̄det idē ꝗ hoc nō eſt indecēs ex parte ipſi⁹ dei. qa ibi oñdit ſuā humilitatē. Sicut em̄ in cruce humiliat⁹ eſt a pctōrib⁹: ita adhuc in hoc oñdit ſe humiliatū & quaſi paratū pati a pctōribus: vt nihilominus ſaluētur pctōres. Ad oſtendēdū etiā miam ſuā. quā rōne duritię ſuę pctōr conuertit in irā. Hęc Hall. Dr̄ quinto ꝗ tn̄ multū debet cauere ſacerdos ne pctōri det hoſtiā nō conſecratā. Tū primo. quia dn̄s dedit Iudę euchariſtiā nō hoſtiā nō cōſecratā. Scd̄o quia pctōr in mom̄ēto poſſet cōteri & cōuerti. Actuū. ij. Factus eſt repēte de cęlo ſonus adueniētis ſpūs vehemētis. Sup quo Ambro. Neſcit tarda molimina ſpūs ſancti grā. nec ſcit ſacerdos nec ſcire pōt an hoc acciderit petenti. Ioel. ij. Quis ſcit ſi cōuertat & ignoſcat de⁹. Et ideo nō debet ei negare qđ petit. Tertio qa nihil prodeſſet talis ſimulatio. Ex quo em̄ pctōr petit. & per eū nō ſtat quin accipiat: tātū peccat ſi nō accipiat euchariſtiā ſed hoſtiā nō cōſecratā. ſicut ſi accepiſſet. Simulatio autē ſine vtilitate: illicita eſt. Quarto quia ille nō ſolū illuderet pctōrē ſed etiā aſtātem populū: quē quodā mō idolatrare faceret. Ex prędictis patēt ſatis pericula indigne ſumentiū Chriſtū. Sic ergo conemur eū digne & cū tali reuerētia ſumere: vt ab illis nos liberet idē ipſe dn̄s noſter Ieſus Chriſtus qui eſt ſuper omnia benedictus in ſecula. AMEN.

Z Euchariſtia. Quare nō ē dāda hoſtia nō ꝯſecrata etiā pctōri publice petēti euchariſtiam.

¶ Sūt & q̄ttuor alij ſermōes de eodē ſacro euchariſtię. Prim⁹ ē de tpe p̄cedēte inſtitutionē eius per thema. Deſiderio deſideraui hoc paſcha mādùcare vobiſcū anteq̄ patiar. Secūdus eſt de inſtitutiōe eiuſdē per thema. Comedetis vetuſtiſſima veterū: & nouis ſupueniētibus vetera p̄ijcietis. quos ambos require in ſecūda parte quadrageſimalis feria. ij. hebdomadę ſāctę. Terti⁹ eſt de p̄paratiōe ad ſuſcipiendū euchariſtiā per thema. Exemplū dedi vobis: vt quēadmodū ego feci ita & vos faciatis. quē require vbi prius in die cœnę dn̄i. Quartus eſt de cuſtodia dn̄i in mēte noſtra per thema. Mane nobiſcū dn̄e: qm̄ adueſperaſcit. Require vbi ſupra feria. ij. Paſchę.

M.E.C.D. 2016

❡Sequitur index iuxta alphabeticum ordinē digeſtus: materias oēs in marginib⁹ p̄ſentis opuſculi de euchariſtia notatas ꝯtinēs. quibuſdā tñ (& ſi ſcitu nō idignis) quę ſub p̄fatis materijs latitāt: cōſulto ac de induſtria p̄termiſſis. queadmodū attentiore ſtudio libellū pluſtrās/ac introſpiciens facile aduertet.

## A

### Agnus Chriſtus.

Q̄ Chriſtus qui ſumit̄ in euchariſtia habeat ꝓprietates agni legalis. ſermone. ix. folio. lvij. pagina prima. D.

Q̄ doctores mali ſolum monſtrant hunc agnum: hypocritę ſolum pelles agni: Incontinentes cito proijciūt. ſer. ix. fo. lviij. pa. j. E

Q̄ non debet ſumi ſine debita coctione. i. diſcretione: alioquin multa incurrerentur incommoda. ſermone. ix. folio. lviij. pa. j. F.

Q̄ agnus Chriſtus aſſatur in corde iuſti igne claro charitatis. non autem igne turbido cupiditatis. ſermone. ix. fo. lix. pagina. j. G.

Quid ſit agnum Chriſtū comedere cū azimis panibus. ſermōe. ix. folio. lix. pagina. j. H

Quid ſit ipſum comedere cū lactucę agreſtib⁹. ſer. ix. f. lix. pa. ij. I

Q̄ comedendus eſt integer. i. cū plena fide. ſermōe. ix. f. lx. pa. j. K

De conditionibus requiſitis ad ſumendū Chriſtū ſcđm figuram agni legalis. & imprimis ꝙ ſint renes accincti per caſtitatem. ſermone. ix. folio. lx. pa. j. L.

Q̄ crux Chriſti vel diuinum adiutorium eſt baculus quem habere debent comeſturi agnū Chriſtum. ſermone. ix. fo. lx. pa. ij. N.

Quid eſt comedere feſtinanter agnum Chriſtum. ſermone. ix. folio. lxj. pagina. ij. Q.

Qui ſunt alienigenę qui non admittuntur ad comeſtionem agni ſermone. ix. folio. lxiij. pa. j. T

Q̄ nō admittitur ſeruus emptitius diaboli. & ibi de duplici ſeruo emptitio. ſermone. ix. fo. lxiij. pagina. ij. V.

### Amor Chriſti.

Q̄ ex quattuor perpenditur amor Chriſti in ſacramēto. ſermone. ij. folio. viij. pagina. j. D

## B

### Bonum.

De triplici differentia bonorum: inter quę bonum euchariſtię tenet optimum gradum. ſermone iij. folio. xviij. pa. j. D.

## C

### Calciamentum.

De duplici calciamēto ſiniſtri. ſ. pedis & dextri. & quid ſignificet vtrūq;. ſermo. ix. fo. lxj. pa. j. O

Quare apoſtolis interdictus eſt vſus calciamentorum: & tamen pręcipitur comeſturo agnū. ſermone. ix. folio. lxj. pagina. ij. P

### Celebrare.

Q̄ laudabilius eſt ſępe celebrare q̄ ſępe abſtinere. ſermone. viij. folio. lj. pagina. j. H

Q̄ non ſemper abſtinere debet a celebratione qui inuenit ſe indeuotum. ſermone. viij. folio. lj. pagina. j. Z

### Cibus.



M.E.C.D. 2016

Sex differentię cibi ſacramentalis ab alijs cibis.ſermone.iij.folio xiiij.pagina ſecunda.C
Qꝫ cibus ſacramentalis eſt vita aię. eiſdem ſermo.fo.& pagi. D
Qꝫ cibus ſacramentalis in ſe conuertit ſumentem. Et de duplici conuerſione Chriſti. eiſdem ſermo.fo.& pa.E
Qꝫ cibus ſacramẽtalis animam perpetuat:& eccleſiam cõtinuabit:ſic ꝙ eo ceſſante ceſſabit eccleſia.ſermone.iij.foľ xv. pa.j.F
Qꝫ cibus ſacramentalis eſt verꝰ cibus hominis. Alius vero eſt cibus equi vel aſini eius. eiſdẽ ſermo.& fo.pagina.ij.G
Non emitur cibꝰ ſacramentalis: licet ſit precioſiſſimꝰ: ſed datur. ſermone.iij.fo.xvj.pagina.j H

Conuiuium.

De conuiuio dei & diaboli. & ꝙ conuiuium diaboli habet quattuor malas conditiones. dei vero quattuor bonas oppoſitas.ſermone.x.folio.lxv.pagina.j.B

Corpus Chriſti.

Corpus Chriſti eſſe ſub ſacramẽto cõueniebat perfectioni nouę legis.charitati Chriſti: & fidei ꝑfectioni.ſerm̃.v.fo.xxvij.pa.ij.B
Quare corpus Chriſti appellatur panis angelorum.eiſdem ſermo..fo.& pa.I
Quare corpus Chriſti appellatur panis vitę.ſermone.v.folio. xxxj.pagina.ij.K
Quare corpus Chriſti appellatur panis intellectus.ſermone.v folio.xxxij.pagina prima.L
Corpꝰ xp̄i quare dr̄ panis doloris.ſerm̃.v.fo.xxxij. pagina.j.M
Quare vocatur panis noſter.ſermone.v.fo.xxxij.pagina.ij.N
Quare dr̄ panis quotidianus.ſermo.v.folio.xxxij.pagina.ij.O
Quare dr̄ panis ſupſubſtãtialis. ſermo.v.folio.xxxiij.pagina.j.P
Quõ cõcordatur ꝙ dr̄ orõ dñica poſt prandium qñ non ſolet celebrari:& tamen ibi ſit mentio de pane euchariſtię.ſermone.v.folio.xxxiij.pagina.ij.Q
Qꝫ corpus vel caro Chriſti habet illa quattuor propter quę libenter comedũtur carnes.ſermone v.folio.xl.pagina prima.B

Conſuetudo

De auctoritate cõſuetudis eccl'ię ſermone.vj.fo.xliij.pa.ij.G

Conuerſio

De triplici cõuerſione in ſcripturis ſacris miraculoſa.ſermõe.iiij. folio.xix.pagina ſecunda.A

D

Deſcenſus.

De quadruplici deſcenſu Chriſti.ſermone.iij.fo xvj.pagina.i.S

Deuotio.

Qꝫ literati communiter carent deuotione.& quare.ſermone.xj. folio.lxxvj.pagina.ij.L
Qꝫ cõſideratio diuinitatis eſt de ſe deuotionis excitatiua:& delectationis cauſatiua.ſermone.xj. folio.lxxvj.pagina ſecunda.M
Qꝫ lachrymæ non requiruntur ad deuotionem.ſermone.ix.folio.lxxvij.pagina prima.N

Dubitare.

Dubitans aliquid eſſe illicitum non ſemper peccat illud faciens: niſi ſit dubium vehemens.ſermone.viij.fo.l.pagina prima.E

M.E.C.D. 2016

## E

### Euchariſtia

Qꝫ dominus reuelauit mirabi-
lia euchariſtię ad quietandū hu-
manum ingenium: & affectum
demulcendum. ſermone. j. folio
ij. pagina prima. C
Qui ſunt modi quibus licet ſcru-
tari mirabilia euchariſtię. eiſdem
ſermo. & fo. pagina. ij. D
Qꝫ tria requiruntur ad capacem
auditorem vel relatorem mirabi
lium euchariſtię. ſermone. j. folio
ij. pagina ſecunda. E
De hęreſi Berengarij circa eu-
chariſtiam. ſermone. j. folio. iij.
pagina ſecunda. G
Manuductio quędam ꝙ cor-
pus Chriſti ſit in ſacramento. &
quomodo ibi videatur. ſermone
primo. folio. iij. pagina. ij. H
Perſuaſiones multę de trāſſub-
ſtātiatione panis & vini i corpus
& ſanguinem Chriſti. ſermone. j.
folio. iiij. pagina. j. I
Qꝫ nec panis nec vinum manēt
poſt tranſſubſtantiationē. & qua-
re. ſermone. j. folio. iiij. pa. ij. K
Manuductiones ꝙ corpus Chri-
ſti tam magnum cōtineatur ſub
parua hoſtia. & ꝙ ibi omnes ſen-
ſus decipiuntur pręter auditum
ſermone. j. folio. v. pagina. j. L
Similitudines quędam ꝙ corpꝰ
Chriſti poſſit ſimul eſſe in pluri-
bus locis. ſermone. j. folio. v. pa-
gina prima. M
Qꝫ corpus Chriſti ſit ęqualiter
ſub parua & magna hoſtia ſimili
tudo in manna & candela. ſermo
ne. j. folio. v. pagina. ij. N
Qꝫ non eſt mirandum ſi corpus
Chriſti nō minuatur licet quo-
tidie comedatur a fidelibus. ſer-
mone. j. folio. v. pagina. ij. O
Rationes quattuor ꝓpter quas
in ſacramento altaris manent ac
cidentia ſine ſubiecto. ſermone
primo. folio. vj. pagina. j. P
Qꝫ pietas domini & conditio na
turę noſtrę deū commouerūt: vt
pararet nobis cibū corporis ſui.
ſermone. ij. folio. vij. pagina. j. A
Qꝫ deus cibum corporis ſui lon-
ge aliter parat q̄ mundani cibos
ſuos. eiſdem ſer. fo. & pagi. B
Qꝫ amor Chriſti fuit vna ex cau
ſis inſtitutionis ſacramēti eucha-
riſtię. ſermone. ij. fo. viij. pa. j. C
Qꝫ ſacramentū euchariſtię qua-
drupliciter eſt memoriale paſſio
nis. ſermo. ij. folio. ix. pagi. j. D
Qꝫ magni meriti eſt fides ſacra-
menti euchariſtię. ſermone. ij. fo-
lio. ix. pagina. ij. F
Qꝫ ſacramentum euchariſtię in-
ſtitui debuerit āte paſſionē Chri-
ſti probatur triplici ratione. ſer-
mone. ij. folio. ix. pagina. ij. G
Qꝫ quattuor modis ſubleuatur
ſpes noſtra in ſacramento eucha
riſtię. ſermo. ij. fo. x. pagi. j. H
Qꝫ propter tria inſtitutum eſt ſa
cramentum euchariſtię nocte.
ſermone. ij. folio. ix. pagina. j. I
Tres cauſę inſtitutionis euchari-
ſtię poſt cœnā. eiſdē ſer. f. & pa. K
Quattuor cauſę propter quas in
ſtitutum eſt euchariſtię ſacr̄m in
lege noua & non veteri. eiſdem
ſermo. & fo. pagina. ij. L
Qꝫ euchariſtia data eſt quaſi me
dicina contra peccati morbū. ſer-
mone. ij. folio. xij. pagina. ij. M



M.E.C.D. 2016

Quare non ſufficiebat ſcriptura ſine euchariſtia contra morbum peccati. eiſdem ſer. fol. & pagi. N

Propter quattuor idem cibus eſt hominum & angelorū in euchariſtia. ſer. ij. fo. xiij. pagina. j. O

Qꝛ caro Chriſti excellentior eſt cęteris carnibus in multis. ſermone. iij. folio. xiij. pagina. ij. A

Propter quattuor caro Chriſti appellatur cibus. ſermone. iij. folio. xiiij. pagina prima. B

Sex differētię cibi ſacramentalis ab alijs cibis. ſer. iij. f. xiiij. pa. ij. C

Quō ſacrm̄ euchariſtię excedit ſacramenta veteris legis. ſer. iij. folio. xvj. pagina ſecunda. K

Qꝛ in ſex excellit ſacrm̄ euchariſtię ſacra nouę legis. & quare non pręcedit baptiſmum & cōfirmationē: cū ex eodē virtutes eorum originentur. ſer. iij. fo. xvij. pa. j. L

Quare non eſt cōmunicata poteſtas conſecrandi angelis. eiſdem ſermonibus. & fo. pagina. ij. M

Quare ſacramentum altaris dicat̄ euchariſtia. eiſdē ſer. f. & p. N

De triplici differētia bonoꝝ: iterque bonū euchariſtię tenet optimū gradū. ſer. iij. fo. xviij. pa. j. O

Quare nō ſolis pontificibus ſed etiam ſimplicibus ſacerdotibus data eſt poteſtas conſecrandi. ſermone. ij. folio. xviij. pagina. j. P

Ex miniſterio euchariſtię ſacerdotes cōſequuntur dignitatem: puritatem habere debent/ ac timorem dū accedunt/ ſimulq; eis magna debetur reuerentia. ſermone. iij. folio. xviij. pagi. ij. Q

De triplici cōuerſione in ſcripturis ſacris miraculoſa. ſermone quarto. folio. xix. pagina. ij. A

Qꝛ cibus iſte diuinus melior eſt q̄ manna. ſer. v. fo. xxvij. pa. j. A

Quinq; rationes ꝑpter quas voluit dn̄s corpus ſuum eſſe velatum ſub alienis ſpeciebus. ſermone. v. fo. xxviij. pagina prima. C

Quinq; rationes ꝑpter quas voluit dominus ſub ſpeciebus panis & vini occultari. ſermone. v. folio. xxix. pagina. ij. E

Quare ſimul miſcet̄ panis aqua & vinum in ſacramento. & quid ſignificent illa tria. ſermone. v. folio. xxx. pagina ſecunda. F

Quō reuelandum fuit ſacramentum ſeu ſecretum euchariſtię. & quibus de cauſis abſcōdi poſſent ſecreta dei. ſer. vj. f. xxxiij. p. ij. A

Quibus modis manifeſtauit deꝰ ſuam diuinitatem. & quō potiſſimum in euchariſtię ſacramento. ſermone. vj. folio. xxxiiij. pa. j. B

Duę cauſę propter quas neceſſe eſt ſacramentū euchariſtię iterari. ſermone. vj. fo. xxxviij. pa. j. O

Qꝛ Chriſtus vt fideliſſimus medicus de propria ſubſtantia facit in euchariſtia medicinā. ſermone. vj. folio. xxxviij. pagina. ij. P

Quomodo duplicem morſellū dat nobis deus in euchariſtia. ſermone. vj. folio. xxxviij. pag. ij. Q

Qꝛ Maria poteſt dici mater euchariſtię. ſerm̄. vij. fo. xl. pagi. j. A

Qꝛ ſumptio euchariſtię non eſt de neceſſitate quo ad omnes: ſed quo ad aliquos & certo tempore ſermone. vij. folio. xl. pagi. ij. C

Quotiens in anno renetur fidelis euchariſtiam ſumere. ſermone. vij. folio. xlij. pagina prīa. D

M.E.C.D. 2016

In qua etate iudicādꝰ ē quis ido
neus ad ſuſcipiendum Euchariſ=
tiam/ſer.vij.folio.xlij.pagi.j.E.
Qꝫ non ſit neceſſariū ad ſalutem
cuicūqꝫ fideli ſumere euchariſtiā
ſub vtraqꝫ ſpecie probatur multi
pliciter.ſer.vij.fo.xlij.pagi.ij.F.
De periculis quæ ſeqrentur ſi ſu=
meretur ſacramētum ſub ſpē vi=
ni a laicis.ſer.vij.fo.xliiij.pa.ij.H
Qꝫ hoc verbū niſi māducaueri=
ris &c.& biberitis &c.nō cōcludit
ſumendā euchariſtiā ſub ſpē vini
a quolibet & exponitur multipli
citer.ſer.vij.fo.xlv.pagina.ij.K.
Solꝰ ſacerdos dū celebrat poteſt
& tenetur ſub vtraqꝫ ſpē cōicare.
ſermo.vij.folio.xlvj.pagina.ij.L.
Non pōt homo dignus reddi ad
ſumptionē euchariſtiæ: niſi deo
iuuante.ſer.viij.fo.xlvij.pag.ij.A.
Quæ ſunt motiua ꝑparandi hoſ=
pitiū cordis Chriſto ſuſcipiēdo ī
ſacramēto.ſer.viij.fo.xlviij.p.j.B
De tribus requiſitis ꝓ debita p̄=
paratiōe ad ſuſcipiendā euchari=
ſtiam.ſer.viij.fo.xlviij.pagi.ij.C.
Qꝫ nūq̄ habetur certitudo euidē=
tiæ de ſufficiēti ꝑparatiōe ad eu=
chariſtiā ſumendā.& ꝙ illa nō re
quiritur.& ꝙ non oīs ſcrupulus
de mortali impedit dignū acceſ=
ſum declaratᷣ tribus ꝓpōnibus
ſermo.viij.folio.xlix.pagina.j.D.
Qꝫ feruētius diligentes deū ha=
bent ſepiꝰ ſumere euchariſtiam.
ſermo.viij.folio.l.pagina.ij.G.
Qꝫ ꝑcipue diuino muneri aſcri=
bēda eſt digna participatio ſacra=
menti.ſermo.viij.folio.lj.pagina
ij.K.
Qꝫ ſuſcepturus euchariſtiam pri
us debet ꝯteri & confiteri ꝓpter
tres cauſas.ſermo.viij.folio.lij.pa
gina.ij.L.
An cōtingat accedere ad eucha=
riſtiam in mortali ſine nouo pec=
cato diſcutitur.ſermo.viij.folio.
lij.pagina ſecunda.M.
Qꝫ oratio requiritur ad debitam
euchariſtiæ ſumptionem.ſermo.
viij.folio.liij.pagina ſecunda.O.
Qꝫ pollutio aut alia corporalis ī=
mundicia eſt quandoqꝫ deper ac=
cidens impeditiua ſumptiōis eu=
chariſtiæ ſermone.viij.folio.liiij.
pagina ſecunda.Q.
Qꝫ quādoqꝫ ſomno pollutus me
ritorie accedit ad ſacramentum
ſermo.viij.folio.lv.pagina pri.R
Non ob timorem contaminatio
nis corporis Chriſti iubemur illđ
cum mundicia corporali contre=
ctare.ſermo.viij.folio.lv.pagina
ſecunda.S.
Qꝫ Chriſtus qui ſumitur ī eucha
riſtia habet proprietates agni.ſer
mo.ix.folio.lvij.pagina prima.T
Qꝫ debet dari euchariſtia tranſi=
turo ad placandum deum: ad ſe=
curitatem: ad robur & directionē
ſermo.ix:folio.lxij.pagina prima
R.
Quare euchariſtia dicitur viati=
cum.ſermo.ix.folio.lxij.pagina
ſecunda.S.
In māducatione ſpirituali eucha
riſtiæ inuenitur maſticatio ſiue
conſideratio eius quod ſumitur
refectio vel delectatio: aſſimila=
tio per fidem: & incorporatio per
amorem.ſermo.x.folio.lxiiij.
pagina ſecunda.A.
Qꝫ receptus euchariſtiam de=

M.E.C.D. 2016

bet eſſe adultus: ſine periculo vo
mitus: nō diffamat⁹ crimine pub
lico. ſermo.x.fol.lxv.pagi.ij.C.
Quare accedere debet homo ie=
iunus ieiunio naturæ. ſermo.x.
folio.lxvj pagina prima.D.
Tres caſus in quibus poteſt quis
communicare non ieiunus. ſer=
mo.x.fol.lxvj.pagina ſecūda.E.
Licet Chriſt⁹ poſt cœnā cōmuni
cauerit: noluit tamē nos in illa cir
cunſtantia tēpis vel epularū eū
imitari. ſermo.x.fo.lxvj.pa.ij.F.
Q̄ nō eſt neceſſariū poſt ſūptio=
nem euchariſtiæ diu abſtinere a
cibis. & quare dandum ſit vinū
ablutionis. ſer.x.fo.lxvij.p.j.H.
A quibus vitijs mūdus eē debet:
qui accedit ad ſumendam eucha
riſtiam. ſermo.x.folio.lxvij.pagi
na ſecunda.I.
Q̄ cor cōmunicaturi debet eſſe
quaſi ſepulchrū mūdum in quo
Chriſtus reponat̄. & de duplici lo
co in quo Chriſtus legitur dormi
uiſſe. ſermo.x.fo.lxviij.pag.ij.K.
Quomodo cōmunicatur⁹ vel ce
lebraturus ſi habet pc̄tā morta=
lia tenetur ꝯfiteri ſecluſo impedi
mento. Sermo.x.fo.lxix.pa.j.L.
Ad quid neceſſarium eſt lumen
fidei communicaturo. ſermo.x.
folio.lxix.pagina ſecunda.M.
Q̄ credibile de euchariſtia con=
tinetur ſub illo articulo/ ſanctorū
communionem. ſermo.x.folio.
lxx.pagina prima.O.
Q̄ debet accedi ad ſacramentū
cum amore dei & proximi. & de
vtroq; ponūtur rationes. ſermo.
x.folio.lxx.pagina prima.P.
Q̄ accedendum eſt ad euchari=
ſtiam cū deuotione. & q̄ tria de=
bet conſiderare acceſſurus. ſer=
mo.x.fol.lxxj.pagina prima.R.
Q̄ in ſuſceptione euchariſtię cō
ſideranda eſt diuina beneficen=
tia propter duo. ſermo.x.folio.
lxxj.pagina ſecunda.S.
Q̄ nō eſt ſuſcipiēda euchariſtia a
peccatore publico/ hęretico/ ſimo
niaco, ſciſmatico vel excommu=
nicato/ ſermo.x.fo.lxxj.pa.ij.T.
De triplici guſtu & quomō guſta
tur ſuauitas domini in euchari=
ſtia. ſermo.xj.fo.lxxij.pagi.ij.A.
Quomō labor pœnitentiæ exci
tat ad deuotionē circa euchariſtiā
ſermo.xj.folio.lxxiiij.pagi.ij.D.
Q̄ vacuitas cordis excitat ad ap
petitum cibi ſacramentalis. ſer=
mo.xj.folio.lxxiiij. pagina.ij.G.
Q̄ meditatio ſācta excitat ad de
uotionē. & de triplici meditatiōe
ſermo.xj.fo.lxxv.pagina.ij.I.
Ad ſuauem deguſtationē cibi ſa=
cramentalis requirūtur fides: de=
ſiderium: & longa maſticatio ſeu
conſideratio eius. ſermo.xij.folio
lxxvij.pagina ſecunda.A.
Quare malis parum ſapit cibus
ſacramentalis. ſermo.xij.folio.
lxxviij.pagina prima.B.
Deſcribūtur quinq; ſapores cibi
ſacramentalis. ſermo.xij.folio.
lxxix.pagina prima.C.
De tribus maſticandis ad rite cō
municandum. ſermo.xij.folio.
lxxix.pagina prima.D.
Ratio multiplex quare ſūptio eu
chariſtiæ fiat magis guſtando q̄
videndo. ſermo.xij.folio.lxxx.
pagina ſecunda.E.
Nō eſt neceſſe apponere expreſ=

M.E.C.D. 2016

am conditionem in adoratione euchariſtiæ. ſer. xij. folio. lxxxj. pagina prima. F.
Q; ſunt quinq; impedientia guſtum ſacramentalis cibi. ſermo. xij. folio. lxxxj. pagina prima. G.
Fructus euchariſtiæ cuius ſit. ſermo. xiij. folio. lxxxiij. pagina. j. B
De differētia pinguedinis corpalis & ſpūalis. & quomō etiam cōueniunt. ſer. xiij. fo. lxxxiij. p. j. C
Deſcribuntur duodecim vtilitates euchariſtiæ. imprimis ꝙ ē directio ſuſcipientis. ſermo. xiij. folio. lxxxiij. pagina ſecunda. D.
Q; cōfertur habundantia gratiæ in euchariſtia. ſermo. xiij. folio. lxxxiij. pagina ſecunda. E.
Q; digna ſuſceptio ſacramentalis addit ad meritum ſolius ſpiritualis. ſer. xiij. foli. lxxxiiij. p. j. F.
Q; datur refectio animæ & conſolatio in ſacramento. ſermo. xiij. folio. lxxxiiij. pagina ſecunda. G.
Q; virtute ſacramenti fit concupiſcentię inordinatę extinctio. Sermo. xiij. fo. lxxxiiij. pa. ij. H.
Q; liberamur a malis quotidianis virtute ſacramenti. ſer. xiij. folio. lxxxv. pagina prima. I.
Q; per euchariſtiam non delet̄ mortale cuius eſt actualis memoria. & exponit̄ illđ ſit ablutio ſcelerū. ſermo. xiij. fo. lxxxv. p. ij. L.
Quare magis per baptiſmum & pœnitentiā deleantur mortalia q̄ per euchariſtiam. ſermo. xiij. folio. lxxxvj. pagina. j. M
Q; virtute euchariſtię qs ꝯfirmatur i bono. ſer. xiij. f. lxxxvj. p. j. N
Q; eſt munimentū cōtra diabolicas tētatiōes ꝓbat̄ multipliciter. ſermo. viij. fol. lxxxvj. pagi. ij. O.
Q; eſt cōſolatio cōtra tyrannidē carnis: mundi. & peccati. ſer. xiij. folio. lxxxvij. pagina prima. P.
Q; virtute euchariſtię illuminat̄ ratio. ſermo. xiij. folio. lxxxvij. pagina ſecunda. Q.
Q; inebriat amore. ſermo. xiij. folio. lxxxvij. pagina ſecunda. R.
Q; liberat a pœnis purgatorij. ſermo. xiij. folio. lxxxviij. pagi. j. S.
Vnde eſt ꝙ ſacrm̄ altaris plus ꝓdeſt poſt mortē q̄ alia ſacramēta. ſermo. xiij. fo. lxxxviij. pagi. ij. T.
Q; virtute ſacramēti dat̄ finaliter gl'a. ſer. xiij. fo. lxxxviij. p. ij. V.
Peccatū indigne ſumētis ē peccato crucifigētiū Chriſtū & iude ſimpliciter min⁹. licet quoad aliquā circūſtātiā poſſet dici ęq̄le vl' maius. ſermo. xiiij. fo. lxxxix. p. j. A.
Q; tribus modis poſſunt dici rei mortis Chriſti qui ipſum idigne ſumunt. ſermo. xiiij. folio. xc. pagina prima. B.
Q; tribus modis indigne acceditur ad ſacramentum euchariſtię/ eiſdem ſermo. & fo. pagina. ij. C.
Q; duodecim mala incurrunt idigne cōmunicātes quoꝝ primū eſt ꝙ ſunt in plena poſſeſſiōe diaboli/ eiſdem ſermo. fo. & pagi. D.
Q; licet pctōri videre Chriſti corpus & tāgere in caſu. ſed nūq̄ guſtare. & quare. ſermo. xiiij. folio. xcj pagina prima. E.
Q; indigne communicantes priuantur omnib⁹ bonis ſpūalib⁹. ſermo. xiiij. folio. xcij. pagina. j. F.
Q; indigne communicantes ruunt in peccatum grauiſſimū. ſermo. xiiij. folio. xcij. pagina. ij. G.

M.E.C.D. 2016

Q̄ magis peccat cõmunicans in peccato deſperatiõis vel inuiden tiæfraternę q̄ gulę vel luxurię & magis in pc̄tõ luxuriæ q̄ irę &c. eiſdem ſer. folio. & pagi. H

Q̄ indigne cõmunicantes incur rũt cęcitatem mẽtis. ſermo. xiiij. folio. xciij. pagina prima. I.

Indigne cõmunicãs habet conti nuum murmur conſcientiæ eiſ dem ſer. & folio. pagina. ſc̄da. K.

Indigne cõmunicans nõ recipit euchariſtiam ſpũaliter. & ſi ſacra mentaliter. ſer. xiiij. folio. xciiij. pagina prima. L.

Indigne cõmunicãs incurrit offẽ ſam dei & effuſionem irę ei⁹. eiſ dẽ ſer. & folio. pagina ſecũda. M

Vñ eſt q̄ dñs diſſimulat nũc pu nire indigne cõmunicãtes pluſq̄ in primitiua eccleſia. ſermo. xiiij. folio. xcv. pagina prima. N.

Q̄ indigne cõmunicãs incurrit æternæ dannationis periculum eiſdem ſer. & folio. pagina. ij. O.

Q̄ indigne communicans me retur deſertionem diuini auxi lij. eiſdem ſermo. folio. & pagi. P.

Q̄ indigne communicans incur rit mẽtis ariditatem. ſermo. xiiij. folio. xcvj. pagina prima. Q.

Q̄ indigne communicãs mere tur vt ruat de peccato in peccatũ ſermo. xiiij. folio. xcvj. pa. ſc̄da. S.

Q̄ indigne communicans vix poſtea a peccato reſurgit. eiſdem ſermo. folio. & pagina. T

Q̄ ex indiſpoſitione malorum nõ ex defectu Chriſti (qui eſt mũ diſſimus) p̄cedit: q̄ nõ mũdẽtur per ſuſceptionem eius. eiſdem ſermo. folio. & pagina. V.

Q̄ indigne communicãtẽ ſeq̄ tur perditio vitæ æternæ. ſermo xiiij. folio. xcvij. pagina ſecũda. X

Q̄ tenetur quãdoq; ſacerdos da re euchariſtiam illi quem ſcit eſ ſe in mortali. ſermo. xiiij. folio. xcviij. pagina prima. Y

Quare non eſt dãda hoſtia nõ cõ ſecrata. etiã peccatori publice pe tenti euchariſtiam. ſermo. xiiij. folio. xcviij. pagina ſecunda. Z.

F

Fides.

Q̄ magni meriti eſt fides ſacra mẽti euchariſtiæ. ſermo. ij. folio. ix. pagina ſecunda. F.

Ad quid neceſſarium eſt lumen fidei communicaturo. ſermo. x. folio. lxix. pagina ſecunda. M.

G

Guſtus.

De triplici guſtu & quomõ guſta tur domini ſuauitas in ſacramen to. ſermo. xj. folio. lxxij. pa. ij. A.

Quare non guſtet hic anima con tinue dei ſuauitatem. ſermo. xj. folio. lxxij. pagina ſecunda. B.

In quo fundatur guſtus ſpũalis. & q̄ non poſſit eſſe ſine viſu ſpiri tuali. ſermo. xj. folio. lxxiij. pagi na ſecunda. C.

De ſimilitudine guſtus ſpũalis & corporalis. ſermo. xj. folio. lxxiij. pagina ſecunda. D.

I

Infirmitas humana.

Q̄ infirmitas nr̃a apparet hic: quia paruuli ſumus: in exteriori viſu. In interioribus oculis. & in guſtu debilitati. ſermo. v. folio. xxviij. pagina ſecunda. D.

M

Manna.

M.E.C.D. 2016

Q cibus iſte diuinus melior ẽ q̃ manna. Ser.v.fo.xxvij.pa.j.A.

Meditatio.

Q meditatio excitat ad deuotionem. & de triplici meditatione. Sermo.xj.folio.lxxv.pa.ij.I.
Q quadruplex põt eſſe meditatio fructuoſa circa Euchariſtiam Sermo.xj.folio.lxxv.pagi.ij. K.

Menſa.

Q menſa diaboli eſt rancor/inuidia/& iracundia. & de malis quæ faciũt iſta vitia. Sermo.x.fo.lxx. pagina.ij.Q.

Mirabile.

Tria videbantur antiquis in deo mirabilia: quæ miramur in natura. Sermo.j.folio.j.pagina.j.A.
Q mirabile Euchariſtię deus ſolus fecit & q perpetuo durabit. & quod ſcriptũ ſit in cordib⁹ hominũ. Sed nõ ſic faciũt ſancti ſua mirabilia eiſdem. ſer.fo.&.pa.B.
Q decẽ mirabilia iueniunt i Euchariſtia. Ser.j.folio.iij. pagi.j.F.

Miſſa.

Exercet dñs i miſſa officiũ ſacerdotis: aduocati: medici: & dapiferi. & q iprimis dicit ſacerdos ſecundũ ordinẽ melchiſedech propter mlta. ſer.vj.fo.xxxiij.p.ii.C
Q Chriſt⁹ i miſſa offert deo patri ſeipm. ſer.vj.fo. xxxv. pa.j.D.
Q Chriſt⁹ in miſſa ſe offert deo patri: ſe offert & peccatori. Ser. vj.folio.xxxv.pagina.j.E.
Q Chriſt⁹ in miſſa offert ad honorẽ ſanctorũ patriæ: p ſalute viuorum: & requie mortuorum. Sermo.vj.folio.xxxv.pagi.ij.F.
De triplici differẽtia miſſarum. Sermo.vj.folio.xxxv.pag.ij. G.
Q certa multitudo angelorũ aſſiſtit corpi Chriſti in miſſa. Ser. vj.folio.xxxvj.pagina.j.H.
Triplex ratio quare aſſiſtũt angeli corpori Chriſti. Sermo.vj.folio xxxvj.pagina.ij.I
Quõ in miſſa pſens eſt dñs Ieſus tanq̃ aduocatus. & ſacerdos tanq̃ pcurator vel mediator. Sermo. vj.folio.xxxvij.pagina.j.K.
Quõ populus nõ debet cito recedere de miſſa. Sermo.vj.folio. xxxvij. pagina.ij.M.
Non eſt regulariter celebranda miſſa: niſi i loco ſacro. Sermo.vj. folio.xxxviij. pagina.j.N.
Q debet audiri miſſa ĩtegra diebus dñicis & feſtiuis. Sermo.vj. folio.xxxix.pagina.j.R.
Quõ liceat celebrare miſſam p lucro temporalium. Sermo.ix. folio.lxiiij.pagina.j.X.
Comeſtio poſt matutinas veſperi dictas non impedit celebrationem diei ſequentis. Sermone.x. folio.lxvii.pagina.j.G.
Tres cauſę ppter quas non celebratur miſſa ſine ignis lumine. Sermo.x.folio.lxx.pagina.j. N.

O

Oratio.

Q oratio requiritur ad debitam Euchariſtiæ ſũptionẽ. Ser.viij. folio.liij.pagina.ij.O.
De oratione quõ excitet ad deuotionem circa Euchariſtiã. Sermo.xj.folio.lxxv.pagina.j.H.

P

Pœnitentia.

Quattuor ſigna verę pœnitẽtiæ & gratiæ inexiſtẽtis. Sermo.viij. folio.liij.pagina.j.N.

M.E.C.D. 2016

Pollutio.

De pollutiõe in ſomno ĩcepta & cõpleta q̃ nõ eſt peccatũ ſed qñq; meritũ: declarat̃ duabus ꝓpoſitionib⁹. Ser. viij. foli. liiij. p. j. P.

Q̃ pollutio aut alia corpalis im̃mũdicia eſt quãdoq; depaccidẽs impeditiua ſumptiõis Euchariſtiæ. Ser. viij. folio. liiij. pa. ij. Q.

S

Sacerdos.

Ex miniſterio Euchariſtiæ ſacerdotes cõſequũtur dignitatẽ: puritatem habere debent / ac timorẽ dũ accedũt / ſimul̃q; eis magna debet̃ reuerẽtia. ſe. iij. f. xviij. p. ij. E

Q̃ peccat ſacerdos vbi omittit ponere aquam. Sermo. v. folio. xxxj. pagina. j. G.

Q̃ debet apponere ſacerdos aquam in calice: licet ſciret appoſitã dolio. Ser. v. folio. xxxj. p. ij. H

De dignitate ſacerdotis. q̃ ẽ portare verbũ eccleſię in conſpectu dei. Ser. vj. folio. xxxvij. pa. ij. L.

Sol⁹ ſacerdos dum celebrat põt & tenetur ſub vtraq; ſpecie communicare. Sermo. vij. folio. xlvj. pagina. ij. L.

Põt ſacerdos nõ vti poteſtate ab ſoluendi: nõ aũt cõſecrãdi. & quare. Sermo. vij. fo. xlvij. pa. j. M.

Q uõ quilibet ſacerdos tenet̃ aliquãdo celebrare probatio multiplex. Ser. lxvij. fo. vij. pagi. j. N.

Sacra ſcriptura.

Quare nõ ſufficiebat ſcriptura ſacra ſine Euchariſtia. Sermo. ij. folio. xij. pagina. ij. N.

Sanguis Chriſti. Sanguis.

Cauſæ ꝓhibitiõis vſus ſãguis ceſſãt quoad ſãguinẽ Chriſti / & quę erãt ille. Ser. iiij. folio. xx. pa. j. B.

Quare dęmõ volebat ſibi ſeruiri ſãguĩe eiſdẽ ſer. folio & pa. C

Sãguis Chriſti ĩducit pc̃tores ad cõtritionẽ / cõfeſſionẽ & ſatiſfactionẽ eiſdẽ ſer. & folio. pagina. ij. D.

Sãguis Chriſti valet cõtra deſperationẽ ad quã tria ĩducũt. Enormitas culpę: grauitas offenſi: & timor pœnę. Sermo. iiij. folio xxj. pagina. ij. E.

Q̃ Chriſt⁹ ſuſcepit officiũ lauandi ſordes ſp̃uales ĩ ſanguine ſuo. eiſdem ſer. fo. & pa. F.

Q uõ ſãguis Chriſti cõtra naturã alteri⁹ ſãguis lauat. Et q̃ habet lactꝫ naturã. ſer. iiij. fo. xxij. p. j. G

Q̃ ſãguis Chriſti nos reconciliat deo mediãdo & pacificãdo. eiſdẽ ſer. & fo. pa. ij. H.

Q̃ pc̃tõr quaſi excõicat⁹ nõ eſt abſolut⁹ niſi ſub ſigillo ſanguinis Chriſti. eiſdem ſer. fo. & pa. I.

Q̃ ſãguis Chriſti ſoluit ſymbolũ: vbi tñ ex potu vini cõſurgit obligatio. Ser. iiij. folio. xxiij. pa. j. K.

Q̃ ſãguis Chriſti facit pugnãtes aggredi ardua: ſuſtinere aduerſa: & tandẽ triũphare. eiſdẽ ſer. folio & pagina. L.

Q̃ dat̃ ſãguis Chriſti laborãtib⁹. vt ſciant velit & poſſint laborare Ser. iiij. fo. xxiiij. pagina. j. M.

Q̃ ſãguis Chriſti ſolat̃ cõteplantes ſcd̃m tres grad⁹. ſcilicet meditãtiũ: amplectẽtiũ: & expectãtiũ. eiſdẽ ſer. & fo. pa. ij. N.

Q̃ ſanguis Chriſti delectare habet incipiẽtes: nutrire ꝓficiẽtes: & nobilitare pfectos. ſermo. iiij. folio. xxv. pagina. j. O.

Q̃ ſãguis Chriſti ꝓtegit decedẽ=

M.E.C.D. 2016

tes ab hoſte / & eripit a miſeria/ & itroducit ad gloriā: eiſdē ſer. & fo.pagi.ij.P.
Q; ſāguis Chriſti nō ſe extendit vſq; ad lotionē dānatoꝝ. Ser.iiij. folio.xxvj.pagina.ij.Q.
Cauſa multiplex ꝙ nō ſumiť ſāguis Chriſti ī paraſceue/eiſdē ſer. fo.& pa.R.
Quare ſeorſū cōſecratio ſanguis Chriſti fit / cū ſub ſpē panis ſit ī teger xp̄s.& de triplici pfectiōe ſacramēti euchariſtię Sermo.vij. folio.xlv.pagina.j.I.

Scrupulus conſcientiæ.

Q; errāt multipliciter q nō depo nūt ſcrupulos ad cōſiliū prudentium.ſermo.viij.folio.l.pag.j.F.

Spes.

Q; quattuor modis ſubleuatur ſpes noſtra ex ſacramento euchariſtiæ.ſermo.ij.folio.x.pagi.j.H.

T

Tranſitus.

Q; trāſit⁹ hois habet quadruplicē cōditionē comitantē.ſer.ix.folio.lvj.pagina.j.A.
De triplici trāſitu faciēdo cōformiter ad triplex paſcha filiorum Iſrael.ſer.ix.fo.lvj.pagina.ij.B.
Q; qdā trāſeūt p mare mūdi natādo.qdā nauigādo.& qdā volādo.ſer.ix.folio.lvj.pagina.ij.C.

V

Venialia.

Q; venialia tria mala faciunt ſermo.xiij.folio.lxxxv.pagina.j.K.

Verbum dei.

Q; verbū dei excitat ad deuotionē in deū.ſer.xj.fo.lxxiiij.pa.j.F.

Vinum vinea.

Quō differunt vineę & agricolę terreſtres a cęleſtib⁹.& ꝙ in Euchariſtia ſit optimū vinū ſpūale ſermo.xiij.folio.lxxxij.pagi.ij.A.

Vulneratio.

De duplici vulneratione Chriſti ſermo.xvij.fo.xcvj.pagina.j.R.

Z

Zona.

De duplici zona ſignificante duplicē puritatē.ſer.ix.fo.lx.p.ij.M.

Finis Tabulę.

¶Sic fœlicibus auſpicijs ſuam hic ſumpſere periodū: ſermones de Euchariſtia probatiſſimi/religioſiſſimiq; ſacrarum literarum interpretis/Ioannis Raulin. Per Ioannem de prato Pariſieñ. gymnaſij Chalcographum in vico olearum morātem: optimis inſigniti characteribus/in lucemq; editi: ęre tamen ac impenſis Ioannis Parui eiuſdem almę Pariſiorum academiæ librarij/bibliopolęve iurati. Anno dñi quingenteſimo decimonono ſupra milleſimū ante paſchalis diei ſolennia. die vero.xxiiij.menſis Martij.

M.E.C.D. 2016

M.E.C.D. 2016

C.D. 2016

M.E.C.D. 2016

RAVLIN
Sermones
DE
Penitencia

16.902

M.E.C.D. 2016